H/13

Pedro
Ramad
Bens. em... 7
1 mai em - 5

Cód. 13

n. 1133

Emmanuel Gomez cum facultate Superiorum ... iam commendum velint.

1133

outbro

Mª eugenia entrou em doze de outbro de 1733

a fª do Capam entrou em o dia doze do mesmo mez

[illegible]

i 20575889 [illegible]

Vergilius cum cōmē tarijs ⁊ figuris.

P·VERGILII

Maronis Bucolica/Georgica/Aeneis/cū Seruij cō-mentarijs accuratissime emendatis / in quibus multa/ quae adhuc deerāt/sunt adiecta/⁊ graecae dictiones/ ac versus vbiq; restituti.

Additus est etiam Probi celebris grāmatici in bucolica ⁊ georgica perutilis cōmētariolus recens castigatus. Necnon cōmētarij Donati. Mācinelli. ⁊ Ascēsij.

Insunt praeterea Beroaldi annotationes/⁊ Augustini Dathi in aeneidem praefatio.


Atq; vt studiosi nihil amplius desiderēt/adiuncta sunt opuscula omnia siue lusus vergiliani tum a Domitio calderino,tum ab Ascensio perspicue declarati.

Res vero totius operis adeo graphice imaginibus exprimūtur vt nō minus geri videantur / q̄ legi possint.

Adhaec ne/dū aliq̄d q̄ris/totū opus laboriose reuoluas/cōpositissimus index e uestigio singula mōstrat.







LVCIVS PAVLVS ROSELLVS PATA[illegible] [illegible]XIMIO IVRISCONSVL[illegible]
TVM IN PRIMIS MAGNO ORATORI, ATQVE EXCELLENTI
POETAE, FOEDERICO NAVSEAE BLANCICAMPIANO .S.

PRæclara quidē res est, summúq; decus eloquentia, sine qua recte veteres illi oratores muta tradi-
derunt esse omnia, ad hanc igitur qui toto animo siue pedestri, siue liberiore gradu nituntur, in
summū euadūt, nullius enim disciplinæ tā nobilis facultas est expers, vt quo propius ad eius fasti
giū liceat accedere, eo magis præstare cæteris mortalibus contingat. Quapropter græci cū om
ne genus doctrinæ se nō excoluisse modo, sed a se profectū esse gloriarentur, iure quidē, nt ab an
tiquissimis scriptoribus est traditū, vniuersum genus humanū in græcos atq; barbarus diuidebant. Romanos
vero etiā (quod spurcius est) vt ad filiū Cato censorius scripsit, magis q̄ alios opicos appellatione fœdabāt. At
virtute veterū nostrorū effectū est, ne perpetuo solis hanc sibi gloriam tribuerint, illi enim magna industria,
summoq; ingenio tantos fecere in omni doctrina atq; elegātia progressus, vt facile sese græcis æquarint. Tē-
porum vero tantæ sunt vicissitudines, tantæ rerum conuersiones, vt iā diu nisi per nos disciplinæ, quas græ-
cia nos docuit, ab obliuione vindicatæ fuissent, vestigium earū nullū plane videremus, ita enim græcorū il
la diuina virtus magnis temporū difficultatibus fracta cecidit, vt rari admodū græci Platonē, Aristotelem,
Homerum, Demosthenē, Galenum, aliosq; huius notæ scriptores in græcia natos esse sciant, nisi ex Roma
nis suos agnoscant, vt iam se intelligant eos esse, quos, iā tum florente græcia nos esse dictitabant, Cū igitur ve
teres nostri Italiam omni Barbarie defecarint, ac omni præstanti disciplina ornarint, pudere nos admodum
debet, si primarios illos, per quos maxime barbari non sumus, ipsa iam Barbarie sinamus occupari. Namq;
(vt alios omittam) turpius esse potest, quā vt Maronem, per quem laudem græcorū videmus attonsam, de-
prauatum circūferri patiamur, illū inquā tantæ laudis virū, vt quo plura plerīq; omnes amplissimis pconiis
in eum contulere, eo sane videantur pauciora, q̄ debuerunt, contulisse, quocirca putidum videri posset, si hūc
præter cæteros lucere prædicarem, cum a quouis artifice id ipsum constantissime teneatur. Quare & si quan
doq; cupiditate ipsa rapior, reuoco me tamē a tanta maiestate celebrāda, præsertim cū vere dixerit ille, eū nul
lius laude crescere, vel minui obtrectatiōe posse. Cæterū, vt hoc nō audeo, ita illud ferre nō possum, vt decus il
lud nostrum ignorantū impunitate, quæ nimium peruagata est, infuscetur, atq; denigretur. Visum est igitur
operæ pretium futurum, si quatenus virtus nostra pstare possit, sublimitatem Maronianā in bono, proprioq;
lumine collocaremus, multi vero ante me sudarunt in hoc puluere, ex quo, tametsi non inglorii recesserūt,
reliquere tamen, vnde nos ēt aliquā victoriā reportaremus, itaq; infixa, quæ reliqua menda erant, omnia refi-
ximus, vt ornatissimus ille cultus, & nitor candidissimus facile omnibus appareat, Cum vero expēderim, q̄ re
condita, q̄q; multiplici doctrina multa essent in iis carminibus abstrusa, quæ ex antiquissimis ritibus decerpta
non omnibus, vel bene doctis, satis esse plana solent, me dol[illegible] ingens occupauit, propterea q̄ Seruius, cui Ma
ronis mentem deus inspirauit, velut alter Driphobus, lacer totus, & græcis omnibus sentētiis nudatus vbiq; le
geretur, quod eo magis indignum est, quod (vt ille adseuerat.) Verg. vt ab eo intelligi non potest, qui sonū la
tinæ vocis ignorat, ita nec ab eo, qui græcā non hauserit extrema facietate doctrinā, quo colligitur intelligē
di Vergilii facultatem sustulisse, qui ex Seruii commētariis græca sustulerunt. Quod inde natum esse conten-
derim, quod priusq̄ Chrysolora extinctam prorsus linguam atticā in Italia exsuscitasset, ad septingentesimum
ferme annum nemo iuuenes Italiæ græcas literas docuerat, quare simplices latini, quod nō intelligebāt, scribe
re omiserant, At reuocata iā copia, partim, collapsa restituēdi munus qui susceperūt, nō vt oportuit, obierūt,
partim, quod deerat probe intelligentes, contempserunt eos, quorum imbecillitati fuit succurrēdū. Ab huma
na vero societate prorsus repellendi sunt qui integris hisce commentariis, velut hostiū spoliis potiti, pios Ser
uii manes insigni torquēt iniuria. Quid est enim per deos immortales immanius r̄ q̄ eos cōmentarios ab illis
legi non pati, quorū caussa potissimū fuerūt elaborati r̄ qua immanitate multis ansam præbuerūt, eū ipsum, si
Diis placet, literatorū honoratū dilacerādi, quod si, vt ipse scripsit, legere nobis per hos inuidos liceret, non hi
contra Seruium scripsissent, nec vt incuriosum illi, alii vero vt fœde lapsum exagitarent, nō oēs deniq; hunc
vnum agmine facto impeterēt, quæ tamen res celeberrimi scriptoris amplitudinem testatur, oēs enim, qui in
aliquo literatorum numero referri se cupiunt, id in primis rati sunt ad rationem suam facere, si cum Seruio cō
gredi nō extimescant, Verum summa hæc est seruianæ virtutis gloria: quod qui illum velut imperitū vexant,
cum eo tamen (ni sint stultissimi) libenter nomen suum commutarent, verum vt a mortuis hæ laruæ semel
repellantur, nostra iam opera, quod reliquum est illorum cōmentariorū, effectum sperauerim, vt lucem aspi-
ciat, nanq; latina prius elegantia reparata, & multis ad interpretis sensum reuocatis, græca omnia summo stu
dio, curaq;, & diligentia restitui, vt ne accentus quidem, aut quoduis minimum signum desideretur, itaq; ex
seruiana doctrina omni discussa nocte. incommoditate nulla studiosi prementur. quominus omnia facile per
cipiant. Sed video, cum q̄ plurimis studeo prodesse. crudelissimam mihi inuidiam quæri. Siquidem quorun
dam est adeo peruersa natura, vt alienæ famæ detraendo. suam bonis commendare putent, quæ sane pernicio
sa opinio sic eos falsos habet, vt maledictis suis nullum modum constituant. Sed me non tamen abducent a

proposita

proposita modestia, nec efficient. quin (diis annuentibus) hac medio critate nostra semper aliquid boni in medium conferamus, quare nos oderint, vsquequaq; lacessant. adlatrent. q̄ miror. qui nostro labore offenduntur. vnde suo liuore delectentur. Corrigant ii nos, meliora ferant, impius essem. si hæc non ferrem æquo animo, possunt & iis, si sint eruditi, plura occurrere. quandoquidem medio posuit Deus omnia campo. sin sunt imperiti. dicacitatem suam malint comprimere. q̄ nostrum studium maledictis retardare. At bene est. plures quidem animos nobis addunt. & ii profecto, quibus me probare contendo. & enim peritissimus quisq; (quos isti ne de facie quidem norunt) fouet labores meos. atq; semper exosculatur. Quo circa e multis vnum elegi. cui præcipue hanc præsentem recognitionem meam dicarem, iudicemq; huic dandum statui, nec meā hāc electionem iure reprehendet, qui cuiusmodi sint, quæ recognouimus intelligit, Nemo certe, nisi indoctior philonide, in Marone vel Iuris scientiam, vel oratoriæ maiestatem, vel poetices diuinitatem desyderat. est & pariter, cuius in illo delegi patrocinium, magnus idem orator, idem excellens Poeta, idem deniq; sapiens iurisconsultus, est idem & latinæ linguæ dux optimus, & græcæ non indoctus, & disertissimus leporum, sed & summus elegantiarum, quippe qui omnem Nauseam ex omni pectore remoueat. quin ipsam humanarum literarum disciplinam sic repurgauit. vt Nausea vel delicatissimis stomacis iam nulla moueatur. hæc est mediussidius propria ipsius virtus, vt reficiat gustus, vnde non minus decenter q̄ ex Africa Scipiones. cum Triūpho nomen reportauit. quid itaris enim ab extincta Nausea. pro victoriæ testimonio Nausea nūc dicitur. Salue Nausea decus nostrum. spero equidem hoc nomine etiam obtrectatoribus demi fastidium. sin pergent. vt solent. indefessa pertinacia nos insectari. animaduertent me tandem omnes ictus patrocinio tuo declinasse. Si quidem simul ac ad nomen tuum respexi. si qua ego angebar cura, omnis ea consedit. nec mirum id quidem est. nam quanti viros omnes facio, cum elegantia venusq; linguæ, tum omni disciplina claros. id totū in te vnum persequor, nihil enim in te nisi expeditum, compositum, summum, per te latina lingua longe fit in dies locupletior. nec fractum quicquam, aut minutum, aut puerile ex te manat, contra vero est per qua validum quicquid agis. & integrum, planeq; maturum, amplificas angusta, rursus contrahis redundantia, vt ad summā perfectionē quicq̄d attingis redigas, quis ingenii? quis eloquentiæ? Sed et quis sapientiæ nostra tēpestate sibi primas ascribit. verum has sibi tribuant qui volunt. priores tamen tibi deferant necesse est. nec mihi mens est. aut ædita. aut quæ mox a te prodibunt opera. & ea quidē in omni artium genere (quod vel nostrates demirantur) recensere. quando longe melius sese. cum legentur. doctissimis quibusq; cōmendabunt. quid? spero me hercule. castigationes hasce tui nominis auctoritate visum iri multo gratiores. quare libenter eas suscipe. vt initias mihi spem eas posse alios quoq; doctissimos viros delectare. quod vt sensero. ad alia. quæ mihi proposui. acrior accedā. At tu mi Nausea, Nauseam vero cū dico, Ambrosia tū vesci mihi videor. es enim ea Nausea. cuius nihil nisi iucundum. atq; suaue degustamus. tu inq̄ mi suauissime fœdence Nausea, si quam Rosellus tuus Rosam tulit, primus decerpe. quam spero tecum non paucorum Nauseam sedaturam. Vale.

VERGILIVS DE SEIPSO AD LECTOREM.

Si me Vergilium Cupis maronem
Integrum legere, & mea uidere
Confectum numeris manu poema,
Nostrum perlege nunc uolumen ipsum
Præstans omnibus, ante quæ priores
Forma reddiderint Venustiore,
Quod factum est opera mei Roselli.

Publij Vergilij Maronis vita, quæ a Donato dicitur edita, Cum tamen, vt Valla notauit, in reciprocationem q̄ sæpissime peccet, nec phrasim eius redoleat.

De noie vita & moribus poetæ.

VErgilius Maro parentibus modicis fuit, & præcipue patre Marone, quem quidam opificem figulum, plures magi cuiusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt: quē cum agricolationi, reiq; rusticæ. & gregibus præfecisset socer, syluis coemundis, & apibus curandis reculam auxit. ¶ Natus est Cn. Pompeio magno, & M. Licinio Crasso primum coss. Iduum octobriū die in pago, qui Andes dicitur, qui est a Mantua non procul, pregnans mater Maia cum somniasset enixam se laureū ramum, quem contacta terra, cōfestim cerneret coaluisse. & excreuisse ilico in speciē maturæ arboris refertæ varijs pomis, & floribus, ac sequēti luce cum marito rus propinquū petēs ex itinere diuertit, atq; in subiecta fossa partu leuata est. ¶ Ferunt infantem vt fuit editus, nec euagisse, & adeo miti vultu fuisse, vt haud dubiam spem prosperioris genituræ iā tum indicaret. Et accessit aliud præsagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperijs eodem statim loco depacta, ita breui coaluit, vt multo ante satas populos adæquarit. Quæ arbor Vergilij ex eo dicta, atq; consecrata est summa grauidarū, & fœtarum religione suscipientiū ibi, & soluētium vota. initia ætatis. i. vsq; ad septimū annum Cremonæ egit: &. xvij. anno virilem togam cœpit illis consulibus iterū, quibus natus erat, Euenitq; vt eo ipso die Lucretius poeta decederet, sed Vergilius a Cremona Mediolanū, & inde paulo post. Neapolim transijt, vbi cū literis, & græcis, & latinis vehementissimā operā dedisset, tandē oī cura, oīq; studio indulsit medicinæ, & mathematicis. Quibus rebus cū aū alios eruditior, peritiorq; eēt, se i vrbē ɔtulit, Sta

timq;

[illegible]nisqꝫ magistri stabuli equorum Augusti amicitiā nactus: multos, variosqꝫ morbos incidētes equorum curauit. At Augustus ipse in mercedē singulis diebus panes Vergilio, vt vni ex stabularijs dari iussit. Interea a Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cæsari dono fuit missus, qui omnium iudicio spem portēdebat virtutis & celeritatis immēsæ. Hūc cū aspexisset Maro magistro stabuli dixit natū esse ex morbosa equa: & nec viribus valiturū nec celeritate. Idqꝫ verū fuisse inuentū est, quod cū magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedē panes iussit. ℭ Cū vero ex Hispania Augusto canes duo mitterentur, & parentes eorum dixit Vergilius & animum, celeritatemqꝫ futurā. Quo cognito, mādat iterum augmētari Vergilio panes: Dubitauit Augustus, Octauij ne filius esset, an alterius, Idqꝫ Maronem aperire posse arbitratus est, quia canū, & equi naturā, parentesqꝫ cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat: & solum rogat: an sciat quisnam esset, & quā ad felicitandos homines facultatem haberet, Noui inquit Maro te Cæsarem Augustum, & fere me æquam cum dijs immortalibus potestatem habere, vt quem vis felicē facias. Eo animo sum respondit Cæsar, vt si verum pro rogatu dixeris, beatum, felicemqꝫ te reddam. Vtinā (ait Maro) interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Augustus Putant alij me natum Octauio, quidam suspicantur alio me genitum viro, Maro subridēs: facile (inquit) si impune, licenterqꝫ quæ sentio loqui iubes, id dicam. Affirmat Cæsar iureiurando nullum eius dictum ægre laturum, immo non nisi donatū ab eo discessurum. Ad hæc oculos oculis Augusti infigēs Maro facilius ait in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis, & philosophia cognosci possunt, in homine nequaquam possibile est. sed de te coniecturam habeo similem veri, vt quid exercuerit pater tuus scire possim. Attente expectabat Augustus quidnam diceret. At ille, quantū ego rem intelligere possum, pistoris filius es inquit. Obstupuerat Cæsar, & statim quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Vergilius: audi inquit quo pacto id conijcio. Cum quædā enunciauerim prædixerimqꝫ, quæ intelligi, sciriqꝫ non nisi ab eruditissimis, summisqꝫ viris potuissent, Tu princeps orbis iterum & iterum panes in mercedem dari iussisti, quod quidem aut pistoris, aut nati pistore officium erat. At deinceps inquit Cæsar, nō a pistore, sed a rege magnanimo dona feres. Placuit Cæsari facetia, illūqꝫ plurimi fecit, & Pollioni commendauit. ℭ Corpore & statura fuit grandi, aquilino colore, facie rusticana, valitudine varia: Nam plerūqꝫ ab stomacho, & faucibus, ac dolore capitis laborabat: sanguinem etiam sæpius eiecit, cibi, viniqꝫ minimi. Fama est eum libidinis pronioris in pueros fuisse. sed boni ita eum pueros amasse putauerunt, vt Socrates Alcibiadem, & Plato suos pueros. Verum inter omnes maxime dilexit. Cebetem: & alexādrum, quem secūda bucolicorum ecloga Alexim appellat. donatum sibi ab Asinio pollione, vtrūqꝫ non ineruditum dimisit. Nā Alexandrum grammaticū, Cebetem vero & poetā. Vulgatum est consueuisse eum cum plotia Hieria. sed Asconius pedianus affirmat, ipsum postea in maioribus natu narrare solitū inuitatū quidē se a Varo ad communionem mulieris, verū pertinacissime: cætera sane vita, & ore & animo tam probum fuisse constat, vt neapoli Partheniae appellaretur vulgo, Ac si quando Romæ, quo rarissime commeabat, viseretur, in publico sectantes, demonstrātesqꝫ se subterfugeret in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exulantis, offerente Augusto non sustinuit accipere, Possedit prope centies sestertiū ex liberalitatibus amicorum, habuitqꝫ domum Romæ in exquilijs iuxta hortos Mecœnatis q̄q̄ secessu Campaniæ, Siciliæqꝫ plurimum vteretur. Quæcunqꝫ ab Augusto peteret, repulsam nunquā habuit. parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amisit, ex quibus patrem oculis captū, & duos fratres germanos: Silonem impuberem, Flaccū iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cætera studia: vt supra diximus, medicinæ quoqꝫ: ac maxime mathematicæ operam dedit. Egit & causam vnam omnino, nec amplius q̄ semel. Sermone tardissimum ac pene indocto similem fuisse Melisus tradidit. ℭ Poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorū coopertum lapidibus distichon fecit.

Parthenias appellat⁹

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus.
Nocte dieqꝫ tutum carpe viator iter. — Alij Nocte dieqꝫ tuum &c.

ℭ Deinde Cathalecton, & moretum, & priapeiam, & Epigrāmata, & diras, & Culicem cum esset annorum xxv. cuius materia talis est, Pastor fatigatus æstu, cum sub arbore obdormisset: & serpens ad illum proreperet e palude, culex prouolauit, atqꝫ inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem contriuit, & visum serpentem interemit, ac sepulchrum culici statuit, & distichon fecit, parue culex, pecudum custos tibi tale merenti. Funeris officium vitæ pro munere reddit. Scripsit etiam, de qua ambigitur: ætnam, & mox quum res Romanas inchoasset, offensus materia & nominum asperitate, ad Bucolica transijt, maxime vt Asinium pollionem, Alphenum, Varum, & Cornelium Gallum celebraret, quia in distributione agrorum, qui post phillippensem victoriam veteranis triumuirorum iussu transpadum diuidebantur, indemnem se præstitissent. Denique Geor. in honorem Mecœnatis edidit. cum sibi vix dum noto opem tulisset aduersus Claudij veterani militis, vel vt alij putant Arij centurionis violentiam, a quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit, quin occideretur. Nouissime aūt æneidē aggressus est, argumētum varium, & multiplex: & quasi amborū Homeri carminū instar, p̄terea noibus, ac reb⁹ græcis, latinisqꝫ cōe, & in quo maxime studebat, Romanæ simul vrbis, & augusti origo contineretur. Cum Georgica scribere, traditur quotidie meditatos mane plurimos versus dictare solitum, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere non absurde carmen se vrsæ more parere dicens, & lambendo demum effingere. Aeneida p̄saica prius orationem formatam, digestamqꝫ in duodecim libros particulatim componere instituit. vt quidam tradunt. Alij eius sententiæ sunt, vt existimēretur, si diutius vixisset, quattuor & viginti libros vsqꝫ ad Augusti tempora scripturum: atqꝫ alia quædam percursurum. Augusti vero gesta diligentissime executurum, quippe qui dum scriberet, ne quid ineptum moliretur, quedam imperfecta reliquit. Alia leuissimis versibus scripsit, quos per iocum protigillis: vel tibicinibus interponi a se dicebat ad sustinendum opus, donec solidæ columnæ aduenirent. Bucolica triēnio Asinij pollionis suasu perfecit. Hic transpadanam prouinciam regebat. cuius fauore cum veteranis augusti militibus Cremonensium, & Mantuanorum agri distribuerent, suos Vergilius nō amisit. Facta enim distributione suos Claudio, seu Arrio datos recuperauit. Hunc Pollionem maxime amauit Maro, & ab eo magna munera tulit. Quippe qui inuitatus ad cœnā, captus pulchritudine, & diligētia Alexandri pollionis pueri eum dono accepit. Huius pollionis filiū. C. Asinium Cornelium, oratorem clarum: & poetā non mediocrē quo [illegible] dilexit Vergilius [illegible] transtulit euphorionē in latinum, & libris quattuor amores suos de Cyteri descripsit. Hic primo in amicitia Cæsaris Augusti fuit & postea in suspitionem cōiurationis contra illum ductus occisus. Verum vsqꝫ adeo hunc Gallum Vergilius amarat, vt quartus Georgicorum a medio vsqꝫ ad finem eius laudem contineret, quem postea, iubente Augusto, in Aristæi fabulam cōmutauit. Georgica septennio Neapoli, Aeneida partim in Sicilia, partim in Campania. xxij annis confecit. Bucolica eo successu edidit: vt in scœna quoqꝫ per cantores crebra pronunciatione recitarentur. Georgica reuerso ab Actiaca victoria Augusto, atqꝫ reficiendarum virium causa Atellæ commoranti per continuum quatriduum legit, suscipiente Mecœnate legendi vicē, quotiens interpellaretur ipse vocis offensione. pronunciauit autē maxima cum suauitate, & lenocinijs miris. Seneca tradidit iulium Montanum solitū dicere, vi ablaturū se quædam vergilio si & vocem posset: & os & hypocrysim, Eosdem enim versus eo pronunciante bene sonare. Sine illo manescere quasi mutos. Aeneidos vix dum cœptæ tanta extitit fama, vt Sextus propertius non dubitarit sic prædicare.

Cedite Romani scriptores, cedite Graij.
Nescio quid maius nascitur Iliade.

ℭ Augustus vero quum iam forte expeditione Cantabrica abesset, & supplicibus, atqꝫ minacibus per iocum litteris efflagitaret vt sibi de æneide, vt ipsius verba sunt, vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret, negauit se facturum Vergilius. Cui tamen multo post perfecta demum materia, tris omnino libros recitauit: secundum videlicet, quartum, & sextum. Sed hunc præcipue ob Octauiam, quæ cum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus, Tu Marcellus eris defecisse fertur atqꝫ ægre refocilāta denā sestertia pro singulo versu Vergi. dari iussit. Recitauit, & pluribus, sed neqꝫ frequenter, & ferme illa, de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur. Erotem librarium, & libertum eius exacte iam senectutis tradunt referre solitum quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore. Misenum Aeolidem, adiecisse, quo non præstantior alter. item huic, Aere ciere viros, simili calore iactatum subiunxisse, martemque accendere cantu. Statimqꝫ sibi imperasse, vt vtcunque volumini ascriberet. ℭ Bucolica, Georgicaque emendauit. Anno vero. lij. vt vltimam manum æneidi imponeret, statuit in græciā. & asiam secedere, trienioque continuo omnem operam limitationi dare, vt in reliqua vita tantū philosophiæ vacaret. Sed cum aggressus iter athenis occurrisset Augusto ab oriente Romā reuertenti, vna cū

Fœcūditas īgenij vergilij.

Cæsare

Cæsare redire destinauit. At cū Megara vicinū Athenis oppidū visendi gratia peteret, languorē nactus est, quē nō intermissa nauigatio auxit. Ita vt grauior indies, tandē Brundusiū aduentarit, vbi diebus paucis obyt. x. calen. octob. Cn. Plantio. Q. Lucretio consulibus, q cū grauari morbo sese sentiret, scrinia sæpe, & magna instantia petiuit crematurus æneida, quibus negatis: testamento comburi iussit, vt rē inemendatā, imperfectāq;. Verū Tucca & Varrus monuerunt id Augustū nō permissurus. Tunc eidē Varro, ac simul Tuccæ scripta sub ea cōditione legauit, ne quid ederent, quod a se editū nō esset, & versus etiā imperfectos, si qui erant, relinquerent. Voluit etiā eius ossa Neapolī trāsferri. vbi diu & suauissime vixerat, ac extrema valitudine hoc ipse sibi epitaphiū fecit distichō, Trāslata igit iussu Augusti ossa, ꝓut statuerat Neapolī fuere, sepulta q̄ via Puteolana intra lapidē secūdū, suoq; sepulchro id distichon: qd̓ fecerat inscriptū, est, Mātua me genuit, calabri rapuere, tenet nunc, Parthenope. cecini pascua, rura duces. ¶ Heredes fecit ex dimidia parte. Valeriū Proculū fratrē ex alio patre. ex q̄rta Augustū, ex. xy. Mœcenatē. ex reliqua. L. Varium. & Plotium Tuccam. qui eius æneida post obitum. prout petiuerat. iussu Cæsaris emēdarūt. Nō nullius omnino sententia crematu æneis digna visa fuit, de qua re Sulpity Carthaginensis extant huiuscemodi versus.

¶ Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis,
  Vergilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat. Varusq; simul, tu maxime Cæsar
  Non sinis, & latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni,
  Et pene est alio Troia cremata rogo.

Extant & Augusti de ipsa eadem re versus plures, & clarissimi, quorum initium ita est.

¶ Ergo ne supremis potuit vox improba verbis,
Tam dirum mandare nefas, ergo ibit in ignes?
Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis?

Et paulopost.

Sed legum seruanda fides, suprema voluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas.
Quam tot congestos noctesq;, diesq; labores,

Hauserit vna dies, & quæ sequūtur. Nihil igitur auctore Augusto Varrus edidit, Quod & Maro præceperat, sed summatim emendauit, vt qui versus etiam imperfectos, si qui erant, reliquit. Hos multi mox supplere conati, non perinde valuerunt ob difficultatem: q omnia fere apud eum emistichia præter illud, quem tibi iam Troia peperit: sensum videntur habere perfectū. Nisus grammaticus audisse se a senioribus dicebat Varum duorum librorum ordinem commutasse, & qui tum secundus erat in tertium locum transtulisse, etiam primi libri correxisse principium, his dempta versibus.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
  Carmen, & egressus syluis vicina coegi.
Vt q̄uis auido parerent arua colono.
  Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis.
Arma: virumq; cano.

¶ Nec Ver. qui columē linguæ latinæ fuit, caruit obtrectatoribus. In bucolicis. n. duas eclogas, sed insulsissime. Paro quidā deridet, & sic deridendo incipit. ¶ Tityre si toga calda tibi est: quo tegmine fagi? Sequētis: Dic mihi Damœta cuiū pecus, an ne latinū? Nō verū Aegonis: nri sic rure loquunt. Alius recitante eo ex Georgicis. Nudus ara, sere nud͛, subiecit, hēbis frigore febrē. Est & aduersus Aeneida liber Carbily pictoris titulo eneidomastyx. M. Vipranius eū a Mœcenate suppositū appellabat nouæ Cacozeliæ repertorē, neq; tumidū, neq; exilē. s; cōibus verbis opus illud cōfecisse. Herēnius vitia eius tantū cōtraxit. Perilius Faustinus furta. Sunt &. Quinti Octauy Auiti volumina: Quibus annotant quos: & vñ versus trāstulerit. Asconius Pedianus libro, quē cōtra obtrectatores Ver. scripsit, pauca admodū ei obiecta ꝓponit, & potissimū q nō recte historiā cōtexuit, & q plera q; ab Homero sumpsit, sed hoc crimē sic defendere assuetū ait. Cur nō illi quoq; eadē furta tentarent. Verū intellecturos facilius esse Herculi clauā, q̄ Homero versum surripere, & tamē destinasse succedere, vt oīa ad satietatē maliuorū decidere. Referrēt. Pedian͛ benignū cultorēq; oīu; bonor, atq; eruditor fuisse, & vsq; adeo inuidia exptē fuisse, vt si q̄d erudite dictū inspiceret alterius, nō minus gauderet, ac si suū fuisset, neminē vituperare, laudare bonos, ea humanitate esse, vt nisi peruersus maxime q̄sq; illū nō diligeret mō, s; et amaret. Nil ꝓpry habere videbat. Eius bibliotheca nō minus alys doctis patebat, sc ipsi. Illudq; Euripidis ātiquū sæpe vsurpabat κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων Cōia amicor eē oīa. Quare coæuos oēs poetas ita adiūctos habuit vt cū inter se plurimū inuidia arderent: illū vna oēs colerent. Varus. Tucca, Horatius, Gallus, Propertius, Anser vero, qm̄ Antony partes secutus est, illū nō obseruasse dicit. Cornificius ob puersam naturam illū nō tulit. Gloriæ vero contēptor fuit, vt cū quidā versus quosdā sibi ascriberent, eaq; re docti haberent, non modo ægre non ferebat, immo voluptuosum id erat. Cum. n. distichon, quod laudē, felicitatēq; Augusti continebat, fecisset, Valuisq; non nominato authore infixisset. id erat huiusmodi.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
  Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Distichō in laudē Augusti

Diu queritās Augustus, cuiusnā hi versus essent, eor authorē nō inueniebat, Batillus vero poeta quidā mediocris, tacētibus alys sibi adscripsit. Quāobrē donatus, honoratusq; a Cæsare fuit: quod æquo animo nō ferēs Vergilius ysdē valuis affixit quater hoc principium. Sic vos non vobis, postulabat augustus, vt hi versus complerentur, quod cum frustra aliqui conati essent. Vergilius præposito disticho sic subiunxit.

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores
  Sic vos non vobis nidificatis aues.
  Sic vos non vobis vellera fertis oues.
  Sic vos non vobis mellificatis apes.
  Sic vos non vobis fertis aratra boues

¶ Quo cognito aliquādiu Batyllus Romæ fabula fuit, Maro vero exultatior, Cū is aliqñ Ennium in māu haberet. rogaretur q; quidnā faceret. Rñdet se aurū colligere de stercore Enny. Habet enī poeta ille egregias sentētias sub verbis nō multū ornatis. Interroganti Augusto, quo pacto ciuitas feliciter gubernaret. Si prudētiores inq̄t remones; tenuerint, & boni malis ꝓponantur. Itaq; optimi suos habeant honores, nulli tamē aliorū iniusti gēq; fiat. At Mœcenas q̄d inq̄t Vergily satietatē hoi nō affert. Omniū rerū respōdit. aut similitudo, aut multitudo stomachū facit præter intelligere. Itē interrogauit, quo pacto q̄s altā, feliceq; fortunā suā seruare posset. Cui Maro, Si quantū honore, ac diuitys præstātior sit: tāto liberalitate, & iustitia alios superare nitatur. Solitus erat dicere nullā virtutē cōmodiorē hoi esse patientia. ac nullā asperā adeo esse fortunā: quā prudēter patiendo. vir fortis nō vincat. Quā sni amin q̄nto æneides inseruit. Nate dea, quo fata trahūt, retrahūtq; sequamur. Quidquid erit superanda oīs fortūa ferēdo est. ¶ Cū q̄dā eius amicus Cornificy in eū maledicta. & inimicitias ipsi narraret. Quā putas inq̄t esse huiusce rei maleuolētiæ cām. Nā neq; vnq̄ Cornificiū offendi, & eū amo. an inq̄t Hesiodi sniæ nō meministi. vbi ait. Architectū architecto inuidere. Poetā poetæ. De malis inq̄t græcus ille intellexit. Nā boni eruditiores amāt. S; magnā cū mea laude, & gloria vindictā in manu habeo. maiore. n. cura virtuti intēdā, atq; quo elegātior ego fiā. eo magis inuidia rūpet. ¶ Erat Augusto familiaris Filistus q̄dā orator, & poesim mediocriter doctus. cui multiplex. variūq; ingeniū erat, q oīum oīa dicta reprehēdere conabat. nō vt verū dignosceret, quod Socrates facere ꝯsueuit, sed vt eruditior videret. Hic Vergiliū vbi rūq; cōuenire dabatur, maledictis, salibusq; vexabat. Quare ille sæpe tacibundus discedebat. & suffusus pudore tacebat. Vex cū Augusto audiente, elinguē illū diceret. & cām et suā, si linguā haberet, defendere nequiret. Tace inq̄t rabula. nā hæc mea taciturnitas defensorē causar mear Augustū fecit. & Mœcenatē: & ea tuba, cū volo, loquor. q̄ vbiq; diutissime audiet. Tu loq̄riate. nō mō aures hoīu;, s; muros & tapis Augustus vero Filistū graui vultu increpauit. Tūc Maro, si tēpus Cæsar inq̄t tacēdi hic sciret. raro loqueret. Tacēdū. n. sem

 per est.

per est, nisi cũ taciturnitas tibi noceat. aut oratio alijs profit. Nã qui pcedit, & an cõtentionis finis vtilis sit. non nouit. stultis illã annumerãdũ sapientes putãt. ℭ Posteaq; Augustus summa rerũ oĩuz potitus est venit in mẽtẽ, an pduceret tyrãnidẽ deimu ere & omnem potestatem annuis consulibus: & senatui rẽpu. reddere. In q re diuersæ sententiæ consultos habuit Mœcenatem, & Agrippã, Agrippa enim vtile ipsi fore, etiam si honestum non esset, relinquere tyrannidem longa oratione contendit, qđ Mœcenas dehortari magnopere conabatur, quare Augusti animus & hinc ferebatur, & illinc Erant enim diuersæ sententiæ varijs rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronẽ, an conferat priuato hoĩ se in sua repu. tyrannũ facere. Tũ ille. omnibus fermein quit, rempu. occupantibus molesta ipsa tyrãnis fuit ciuibus, quia necesse erat pter odia subditorum, aut eorum iniustitiã magna suspitione, magnoq; timore viuere, sed si ciues iustum aliquẽ scirent. quẽ amarent, plurimum. ciuitate id vtile foret. si in eo vno oĩs ptãs esset. Quare si iustitiã. quod mõ facis dibus. in futurũ nullo horum facta compositione distribues, dominari te, & tibi conducet, & orbi. Beneuolentiam. n. habes. vt deũ te, & adorent, & credant. Eius sniam secutus Cæsar pricipatum tenuit.

Foni uisse ℭ Audiuit a Silone præcepta Epicuri, cuius doctrinæ socium habuit Varũ. quis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime videatur. ipse tamen fuit academicus. Nam Platonis sententias omnibus alijs prætulit.

ℭ Nunc quoniam de authore summatim diximus. de ipso iam carmine dicendũ videtur, quod bifariã tractari solet, hoc est, & añ opus & in ipso opere. Añ opus titulus. cã. intentio. Titulus, in quo q̃ritur, cuius sit, & quare hoc potissimum sibi ad scribendum poeta psumpserit. Intentio, in qua cognoscitur, quid efficere conetur poeta. In ipso opere sane tria spectantur, numerus, ordo explanatio. ℭ Q̃uis igitur multa ψευδογραφή i. falsa inscriptiõe sub alieno nomine sunt prolata, vt Thyestis tragedia huius poetæ, quã Varus edidit p sua. & alia huiusmodi, tamen Bucolica aliquid o Verg. esse minime dubitandum est, præsertim cũ ipse poeta tanq̃ hoc metuens principium huius operis: & in principio æneι. & in alio carmine suum esse testatus sit sic dicens, Ille ego q quõdã gracili modulatus auena, & reliqua. Et carmine, qui lusi pastorum, audaxq; iuuenta. Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. Bucolica autem & dici, & appellari, vel hoc solum iudicium suffecerat, q hoc eodẽ nomine apud Theocritum censeatur. Verũ ratio quoq; demonstranda, Tria sunt pastorum genera, quæ dignitate in bucolicis habent, quorum qui minimi sunt αἰπόλοι dicuntur a græcis, ydẽ a nobis caprarij. Paulo honoratiores qui ποιμένες. i. opiliones dicuntur, honestissimi & maximi βουκόλοι, quos bubulcos dicimus, Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi, q ab eo gradu: q apud pastores excellentissimus inuenitur. Nã dupliciter inspici solet de origine carminis, & a voluntate scribentis. Originẽ autẽ bucolici carminis alij ob aliam causam ferunt. Sunt. n. qui a lacedæmonijs pastoribus dianæ primum carmẽ hoc redditum dicãt, cũ eidem deæ propter bellũ, qđ tota græcia illo tpe Persæ inferebant, exhiberi p virgines de more sacra nõ possent Alij ab Oreste circa siciliam vago id genus carminis Dianæ redditum loquuntur per ipsum, atq; pastores, quo tempore de scithia cũ pylade fugerat, surrepto numinis simulachro, & lato in fasce lignor, vnde fascelidẽ Dianam perhibẽt nuncupatã, apud cuius aras oreste a per sacerdotẽ eiusdem numinis Iphigeniam sororem suã a parricidio fuerat expiatus. Alij Apollini Nomio pastorali. s. deo, qua tempestate admeti boues pauerat. Alij libero nympharum. s. & satyrorũ, & id genus numinum princip, quibus placet rusticum carmen. Alij mercurio daphnidis patri pastorum oium princip, & apud Theocritũ: & apud hunc ipsum poetam, Alij in honorem Panos scribi putant peculiariter pastoralis dei. item Sileni: Syluani, atq; Faunor. Quæ cũ oia dicantur, illud erit pbatissimũ, bucolicũ carmen originẽ ducere a priscis tẽporibus, quibus vita pastoralis exercita est. Et nõ veluti aurei seculi spẽm in huiusmodi personarum simplicitate cognosci, & merito Vergilium processurum ad alia carmina non aliunde cœpisse, nisi ab ea vita, q prima in terris fuit. Nam postea rura culta, & ad postremum pro cultis & feracibus terris bella suscepta, quod videtur Vergilius in ipso ordine operũ suor voluisse monstrare, cũ pastores primo, deinde agricolas & ad vltimum bellatores scribat. Restat vt q cã voluntati attulerit poetæ bucolica potissimũ scribẽdi consideremus. Aut. n. dulcedine carminis Theocriti, & admiratione eius illectus est, aut ordinẽ tẽporũ est secutus erga vitam humanam: vt supra diximus. Aut tria modos elocutionum. quos χαρακτῆρας græci vocãt ἰσχνόν, q tenuis ἁδρόν, q validus μέσον. q moderatus intelligitur Credibile erat Vergilium, qui in omni genere pualuerit, Bucolica primum, Georgica secũdũ, Aeneida tertiũ voluisse cõscribere: aut ideo potius primo Bucolica scripsit, vt in huiusmodi carmine, qđ & paulo liberius: & magis validũ q̃ cætera est: facultatem haberet captandæ Cæsaris indulgentiæ. reparãdiq; agri, quem amiserat. Ob hanc causam die tertio iduũ martiarum. C. Cæsare interfecto, cum Augustum Cæsarẽ pene puerũ Veterani milites nõ abnuente senatu sibi ducem constituissent, Exorto ciuili bello, cremonenses enim cæteris eiusdem study aduersarios Augu. Cæsaris adiuuerũt, Vnde factũ est, vt cum victor Augustus in eorum agros veteranos deduci iussisset, non sufficiente agro cremonẽsium, Mantuani quoq; in quibus erat Vergilianus, maximam partem suorum finiũ perdiderũt, eo q vicini cremonensibus fuerant, Sed Vergilius Augusti familiaritate: suoq; carmine fretus. centurioni Ario obsistere ausus est, Ille statim. vt miles ad gladium manũ admouit. Cũq; se in fugã proripuisset poeta. Non prius persequendi finis fuit q̃ se in fluuiũ Vergilius cõiecisset, sed postea a Mœcenate & Pollione ipso Augusto fauẽtibus agros suos recepit. Intentio libri, quã σκοπὸν græci vocant imitatione Theocriti poetæ constituitur, qui syculus, & syracusanus fuit. Est intentio ẽt in laudem Cæsaris, & principum cæterorũ. per quos in sedes suas redijt. Vnde vt & delectationẽ, & vtilitate fimã cenineret õni præcepta cuncta confecit. Quæri solet, cur non plures q̃ decem eclogas conscripserit, quod nequaq̃ mirandum videbitur ei, qui cõsiderauerit ætatẽ scænarum pastoraliũ, q vltra hunc numerum non potest pferri: præsertim cũ ipse poeta circũspectior Theocrito, ipsa res indicat, videatur metuere: ne illa ecloga. q pollioni inscribitur nimis rustica videatur, cũ ipsas præstruat ipse dicens. Sicelides musæ paulo maiora canamus & item similiter in alijs duabus facit. illud tenendum esse prædicimus in bucolicis Vergily, neq; nusq̃ neq; vbiq; aliquid figurate dici, hoc est per allegoriam. Vix enim propter laudem Cæsaris, & amissos agros, hæc Vergilio concedentur, cum Theocritus. quẽ hic noster toto studio imitari conatur, simpliciter omnino conscripserit, Quod autem in carmine tractari solet, est numerus. ordo explanatio. Numerus eclogarũ manifestus est, Nam decez sunt, ex quibus ppriæ bucolicæ septem esse creduntur. Nam tres vltimæ propriæ bucolicæ dici non debent, Pollio. s. Silenus, & Gallus. Prima igitur continet quæstionẽ publicã, & priuatã gratulationem de agro, & dicitur Tityrus: secunda amorem pueri, & dicitur Alexis. Tertia certamen pastorum, & dicitur Palemon. Quarta genethliacum. & dicitur Pollio. Quinta epitaphio. & dicitur Daphnis. Sexta metamorphosim, & dicitur Varrus, & silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuersorũ sexuũ & dr Damon. Nona continet conquestionem de amisso agro & dicitur Meris. Decima desideriũ Galli. & dicitur Gallus. Quod ad originem spectat istud scire debemus. in prima tantum, & in vltima ecloga poetam voluisse ordinem seruare. quoniam altera principium constituit. vt in Georgicis ait, Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. In altera ostendit finem quippe qui, dicat. Extremum hunc arethusa mihi concede laborem. Verum inter ipsas eclogas pastoralẽ: conscriptumq; ordinem nullũ esse certissimum est. Sed sunt qui dicunt initium Bucolici carminis non Tityre. sed prima syracusio dignata est ludere versu. Superest explanatio, ad quam anteq̃ veniamus, illud dixerim, tenue esse bucolicum carmen, & vsq; adeo ab heroico charactere distare. vt versus quoq; huius carminis suas quasdam cesuras habeant, & suis legibus distinguantur. Nam cum tribus probetur metrum. cesura. scansione. moderatione. non erit bucolicus versus. nisi in quo & pes primus partem orationis absoluerit, & tertius trocheus fuerit. etiam cæsura, & quartus pes dactylus magisq; spondeus parti ẽ orationis terminauerit. Quintus & sextus pes ex integris dictionibus fuerit. quod Vergilius a Theocrito sæpe seruatum victus operis difficultate neglexit in solo principio: incertum industria, an casu has cæsuras seruauerit. Nã tityre dactylus partẽ orationis absoluit. tu patu le recu. tertium trocheum, q̃uis de composita dictione conclusit. hans sub. quartum spondeum pro dactylo. cum subiunxit tegmine fagi. Terminatis partibus orationis integrum cõma perfecit. Cuius rei diligentiam licet in Theocriti ferme omnibus versibus admirari. Qui vero supradicta acri iudicio diligenterq; considerarit facile intelliget, quæ in Georgicis intentio, quiq; finis fuerit. nec minus etiam in Aeneide. ℭ Poematis stili genera tria sunt. aut enim actiuum, vel imitatiuum, quod græci δραματικὸν appellant, in quo personæ loquentes introducuntur sine poetæ interlocutione. vt sunt tragœdiæ, & comediæ δρᾶν enim græce ago dicitur quo genere scripta est prima, Tityre. & quo te mœri pedes: aut enarratiuum, quod græci διηγηματικὸν appellant in quo poeta

Genera poematis ipse loquitur sine interpositione personæ. vt tres primi georgicon libri. Item Lucretij carmina. aut commune. vel mixtum. qđ græci μικτὸν appellant. vbi & poeta ipse loquitur, & introductæ personæ, vt Vergily æneis.

ℭ Christophori Landini Florentini de peculiari Publij Vergilij Maronis laude, honesta præfatio.

Cum

ASCEn. ¶ Nonne fuit satius tristes amaryllidis iras, & c. Lege amatori ꝓscribit tacite dicens satius ee aut amaryllida supba amasse, aut menalcã deforme, q̃ vtriusque amoris facilis fuisset medela. Dũ enĩ supbe cõtemnit̃ amans, sicut ab amaryllide .i. superba, & resplẽdente ac pomposa muliere in vrbe residente rusticus desperans amari, amori modũ impõit, & dũ nimis facilẽ amorẽ inuenit. sicut in nõ satis pulchris, facile sui copiã facientibus, illico sanatus abit. Vnde Horati. in odis docet gratam esse ĩ puellis ꝓteruitatẽ. Sanus ergo fuisset, aut amaryllida superbã, aut menalcã facilẽ amasse, q̃ alexiz puer superbũ qdẽ, sed tamẽ forte blãdo aspectu allicientẽ. Nã stulti amatores quicqd ab amatis ridet̃, sibi rideri putãt. Alloqtur ergo dilectũ puer, cohortãs eũ ad amorẽ sui, monẽsque, ne ꝓpter formã superbiat, cũ nõ oĩa q̃ cãdida, eadẽ dilecta, nec oĩa, q̃ nigra, cõtinuo aspernata sint, Nã ligustra cadũt & vacinia legũt. volebat aũt nescio qd amarius in alexim dicere per exclamationẽ, incipiẽs. O q̃s addere voluisset puer inaniter supbiẽtẽ, cũ licet formosus, nõ tamẽ dulcis sit, aut quid simile, sed ne amatũ offendat, repssit voce, aliud tãdẽ inferẽs, ac dicẽs. Formose puer nimiũ ne crede colori. Ordo est. Nõne .q. d. maxime, satius, idest melius fuit pati .i. perpeti, & pertollere, tristes .i. veteras, & non fictitias, sed ex cõtemptu seuero procedẽtes, iras, idest ꝓteruitas, atque pro & .i. superba fastidia .i. supbã cõtẽtionẽ, amaryllidis .i. quã me splendida amica vrbana aspernata tãdẽ est. nonne fuit satius pati Menalcã pastorẽ nigrũ, & deformẽ, de cuius fruitione par delectationis esset, vnde & eũ pati are, q̃uis ille, scilicet Menalcas, eẽt sup, niger & q̃uis tu o Alexi esses candidus. O. q. d. puerũ inaniter superbiẽtẽ, sz repressõ sermone tãdẽ subdit, puer formose, ne crede, .i. ne confidas nimiũ colori, q2 ligustra .i. flores ligustri ligni, alba .i. licet albi tamẽ q2 inutiles, & ad nihil conducentes. cadũt .i. decidũt in terrã, nullis eos, aut ea colligẽtibus, & vacinia nigra, idest flores vaciniorũ, qui licet nigri, tamẽ quia vtiles sunt leguntur idest colligunt̃, & ita debet et Menalcas verna vtilis licet deformis a rustico potius amari, q̃ puer superbus forma, & ad nihil vtilis. Seruius ligustrũ, & vacinia flores dicit, quod fortasse nõ omnino aspernandũ est. Nã sicut poma. balsama,

Proterui tas i puellis grata

Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras.
Atq; superba pati fastidia, nonne Menalcam,
Quamuis ille niger, q̃uis tu candidus esses.
O formose puer, nimium ne crede colori.
Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.

SERVI. Nõne fuit satius tristes amaryllidis iras, Dicit ¶ Tristis, vt verã irã ostederet, & nõ istã irã quæ est amãtiũ, de qua Terentius, amantium iræ amoris reintegratio est, de q̃ Horatius. Vrit grata ꝓteruitas. Superba fastidia. Ex fastidio ꝓuenit oĩs supbia, amasse aũt tres dicit̃. Verg. Alexãdrũ, quẽ ei donauit pollio: & Cebetẽ puerũ, & puellã Leriã, quo a Mœcenate accepit. Vnde p Amaryllida Leriã, & p Menalcã Cebetẽ poni volũt. O formose puer. Recte donatus ait, suspẽdẽdũ, o, & deinde dicendũ, formose puer, vt itelligamus aliud p iram dicere voluisse. sed ne Alexim offenderet, in hæc verba amore fuisse cõpulsum. Crede. Cõfide. Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur, & rustice, & amatorie ex floribus facit cõparationem. Ligustrũ aũt flos est cãdidissimus, se vilissimus. Vacinia sunt violæ, quas purpurei coloris esse constat.

Tres virgili⁹ amauit

MAN. ¶ Nonne fuit satius, q̃ amaryllida ꝓpter Alexandrum reliquerit, sese arguit. Satius, melius, Superba fast. Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam. Irrisum vultu despicit illa suo. Ouidius in fastis, Menalcã, rustici pueri nomẽ O formose puer opõt hic esse vocandi aduerbium, sed melius doloris interiectio, Crede, cõfide, Ligustra, Ligustrum, arboris genus est. Ait .n. Ply. li. xvi. ca. xxxi. Ligustra tesseris vtilissima. Itẽ, Vacinia Italiæ in aucupijs sata Galliæ vero etiã purpurea tingendi causa ad seruorum vestes. Intelligi potest igitur ligustrum albos flores producere nulli rei idoneos. Vacinia vero nigros, seu purpureos, qui ad tingendas vestes leguntur. Itẽ quoque libro. xiij. inquit, sic. Ligustrum eadem arbor est, quæ in oriente cyperos, suos in Europa vsus habet.

thura, hebenũ p arbore, aut ligno, ita ligustrũ, & vacinia p floribus eaꝝ arborũ posuisse potuit, verũ audiamus virũ perq̃ amœne doctũ beroaldũ, qui ita dicit. Apud Plyniũ legi ligustrũ, & vacinia magis inter arbores q̃ inter flores numerari, q̃ in. xij. scribit Cyperũ appellari in Italia ligustrũ, & in. xxiiij. inq̃t. Ligustrũ eadẽ arbor est, q̃ in oriẽte cyperos, cuius acini contra phthiriasim sunt efficacissimi. Idẽ in. xvi. refert vacinia. Italiæ in aucupijs sata eẽ Galliæ et purpurea tigẽdi cã ad seruoꝝ vestes. hæc ille. Ex q̄bus patet, & ligustrũ, & vacinia flores habere, nã acini non sunt sine floribus: sed ligustri flores albos penitus inutiles, vacinioꝝ nigros ad tincturã vtiles. Lãdinus quoque ex Plynio & Columella docet ligustrũ esse herbã, vt et apud medicos, sz siue arbor sit, siue herba, florẽ albũ habet, q̄ hic decidere intelligit̃. nõ .n. de ligno, aut cortice diceret, q̃ cadunt. Tristis hic accusatiuus est pluralis. Supbia fastidia .i. aspernationẽ ex fastu, q̄ fere formositatis comes est, vnde Ouidius in fastis. Fastus inest pulchris, sequit̃ que superbia formã. Irrisum vultu despicit illa suo. Ne crede colori. Sic Iuuenalis satyra. ij. Fronti nulla fides, q̄s enim nõ vicus abundat. Tristibus obscœnis, Regula est. Ne particula licet apud poetas frequenter cũ imperatiuo construat̃. optatiuum tamen prohibitiue posita apud oratores eflagitat. dicit ergo Maro. Ne crede. ne sæui magna sacerdos, ne quære doceri vbi orator diceret ne credas ne sæuias, ne quæras. Nam Seruius constanter dicit ne sic imperatiuæ formæ nõ cõgruet. cũ tamẽ comicus dicat ne nega, cũ dicet e potuisset, ne neges.

Beroaldi expositio

ASCEn. ¶ Despectus tibi sum. Respondet p anthypophorã tacitæ obiectioni, si enim Alexis dicat. Non sum crudelis Corydon, tamet si te nõ redamo, quia amabilis nõ es: ad hoc Corydõ ostẽdit se quidẽ amabilẽ, & habere omnia, q̃ ad cõciliandũ amorem

Despectus tibi sum, nec qui sim quæris Alexi,
Quam diues pecoris niuei, q̃ lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
Canto, quæ solitus, si quando armenta uocabat.
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec sum adeo informis nuper me in littore uidi,
Cum placidum uentis staret mare, non ego daphnim,
Iudice te metuam, si nunq̃ fallit imago.

SERVI.

ℭ Quã diues pecoris. Tria sunt, qb⁹ possint amatores cõmẽdari pulchritudo, diuitiæ, cãtilena, a qbus iste se commendat. Niuei pecoris. Alij niuei glactis abundans, legitur secundum homerũ, q dicit, Sed melius est niuei pecoris cãdidæ oues maioris prij sunt vñ in geo. Munere sic niueo lanæ: si credere dignũ est. Errãt cũ securitate pascunt. Mille agnæ, Theocritus ἀλλ' ὢν τοσ τοιοῦτος ἐών, βωτὰ χίλια βόσκω. A sexu, ꝛ ab ætate cõmendat. Lac mihi. Rectius q̃ Theoc. q nõ lac, sed caseũ dixit his verbis τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ, οὐ χειμῶνος ἄκρῳ. Sed caseus: quia seruari potest, omni tẽpore haberi põt. Laudat ergo, q̃ habeat lac nouum. i. colostrũ in neutro genere, nã fœmininum esse nõ põt. Vergilij mastyx sententiã pueriles niale disponit. lac mihi non æstate nouũ: nec frigore desit. idest semp deest. Amphion, Hic fratrem cetũ habuit: & filij fuerunt Iouis ex Anthiopa, sed Zetus rusticus fuit. Amphion vero musicæ deditus. Aracynthus mons est Thebanus. Ergo actæo, idest litorali: vt in quinto æneidos. At procul in sola secretæ troades acta, quis ἀκτή. Primo sint dictæ Athenæ. Vel dicamus, qd ipse velut pastor ignarus dixerit illũ Atheniensem, q sit Thebanus, Nã & Theocritus ad exprimendã simplicitatẽ multã aliter dicit, sic hac ratione potuit dixisse Oaxem Cretæ fluuium, cum sit Mesopotamiæ. nec sum adeo, modeste pulchritudinẽ suã cõmemorat. Me in litore. Negatur hoc p rerũ naturã effici potuisse, sed sequitur Theocritũ q ait de Cyclope καὶ γάρ θην ... [illegible] Sed ille excusat, vel q̃ ingentẽ habet oculum Cyclops, vel q̃ sit filius Neptuni. Sunt tamen, qui putent dictum in litore. i. in aqua ibi a fluctibus relicta, Sed hoc excludit illud, cũ placidum ventis staret mare. Non autem reddit nobis imaginem mare, quia nõ stat, atq̃ etiam si stet, nõ potest reddere. Daphnis, puer fuit Mercurij formosissimus, ꝛ primus pastor. Te iudice si nunq̃. Nec uis meam despicias pulchritudinem.

Aracynthus vbi locorum

PRO.

ℭ Cãto q̃ solitus, si q̃do aementa vocabat, amphion dircæus, amphionẽ ꝛ Zetũ Euripides, & apud nos, Pacuuius, Iouis & Anthiope, Nyctei filia, ait Natos, cãtãdo potuisse armẽta vocare. Testant id Thebæ, quas Apollonius in argonauticis a fratribus antedictis muro esse clausas ait, Sed zetus humeris saxa contulit operi, Amphion cantu vocauit, Siquidem sensus animalium facilius q̃ saxa vincunt, Pannyasis & Alexãder Lyram a Mercurio muneri datam, dicit, quod primus Cynarã liberauit. Dircẽũ autẽ dixit pro thebano a fonte dirce. Actæo aracyntho, amœno monte thebano, quem actæum dixit, non atticum, Sed q̃ ibi actæon a canibus sit laceratus.

MANC.

ℭ Despectus tibi sum, Tertia ecloga Theocritus scribit, Chara amaryllis animo semper gratissima nostro: Cur miserum viridi antans formosa sub antro, Me fugis, & vocitas tu me nõ amplius vnq̃. Nimirum tibi despectus sum, neq̃ perosa es. Nec qui sim. legẽdum est, qui non quis. Quam diues atribus se laudat. diuitiis cãtu forma. his enĩ rebus potest allici amor. Pecoris niuei, color enim albus, vt etiam scribit Columella. li. viii. tum optimus est, tum etiam vtilissimus, q̃ ex eo plurimi fiunt. Lac mihi non æstate nouum. indicat suas oues optimas esse adeo, q̃ nec æstate, nec hyeme corrodantur. Nam, vt inqt Columella lib. viii, id pecus frigoris impatientissimũ est, nec minus æstium vaporis, Lac nouũ. i. recẽs, intelligit. n. illud, de quo Varro li. ii. sic ait a mulgendo, atq̃ ortu optimum est id quod neq̃ longe abest a mulsa, neq̃ a partu continuo est sumptum, Id autẽ dixit ꝑpter Colostrã, quæ mala est: de qua q̃dẽ Columella lib. viii. sic ait, Agnus autẽ, quũ est editus, erigi debet. atq̃ vberibus admoueri, tum eius deductũ os pressis humectare capillis, vt condiscat maternũ trahere alimẽtum, sed priusq̃ hoc fiat, exiguũ emulgẽdũ est, qd pastores colostram vocãt: ea nisi aliq̃tenus emittit, nocet agno. Desit ita legendũ est, nõ desit, p s. sed p f desit. Amphiõ dircæus. Amphion Iouis filius, primus inuenit musicã, primus itẽ cũ cythara cecinit. Primus illã inuenit, vt Alii Orpheus, vt alii Linus Ply. author li. vii. De hoc Ho. ait in arte. Dictus ꝛ amphion Thebanæ conditor vrbis, Saxa mouere sono testudinis, & prece blãda Ducere quo vellet, Soli. vero ait, Thebas condidit Amphion, nõ q̃ lyra saxa duxerit, neq̃. n. par est, ita gestum videri. sed q̃ affatus suauitate homines rupium incolas, & incultis moribus rudes ad obsequium ciuilis pellexerit disciplina, Apud Thebas autem eodem authore, Dirce fons est inde dyrcæus Actæo aracyntho

Amphiõ q fuerit

rem valent diuitias, suauitatem vocis ac comitatem sermõis & formam non despectabilẽ, se tamen nõ amatũ, quia despectum, vnde sicut Sapho docet apud Ouidium vt nigræ puellæ sæpe amatæ sunt, q̃ambiter inspectæ sic formosæ neglectæ, quia despectæ. dicit ergo Corydon Alexi, cũ despicis me: nec quæris qui sim: q̃ diues, q̃ suauiter cãtãs, & q̃ non difformis, qd si ingreres, forte me amares. ℭ Ordo est, O Alexi, ego sum despectus tibi. i. cõtẽptus a te, nec q̃ris. i. inqris, aut attẽdis, q. i. qualis sim, videlicet, q̃. i. q̃tũ, diues pecoris niuei. i. ad æquparãtiã niuis albi: cuius pciosissima est lana, vt ad purpurã vilissima, ꝛ q̃ abũdãs lactis. Quod si nescis. Mille agnæ. i. oues fœmellæ, ad ꝑpagatione aptæ. errant. i. in latis pascuis pascũtur mihi. i. ad vtilitatẽ meã, q: meæ sunt: in montibus siculis. Hic manifeste deprehẽditur non de se omnino loq poetã, sed imitari Theocritũ siculũ. Lac nouũ. i. recẽs mulsum, nõ desit. i. nõ deficit mihi æstate nec frigore. i. hyeme, sed licet rustice significantius dicit æstate, & frigore. q̃ si dicat Iulio, & decẽbri. nam æstas dr̃ ab æstu, æstu aũt & frigore lac in vacis & pecudibus imminuitur, Si ergo in Iulio fuerit tẽperatũ cauma, lac abũdare posset, sicut & in hyeme tepida, licet nõ tãtũ, ac in vere. Ego cãto sup. ea q̃ Amphiõ dircæus. i. Thebanus vates: ꝛ optimus musicus solitus sup. est canere, in aracyntho mõte acarnaniæ actæo. i. litorali, si vocabat q̃si. i. aliq̃n, armẽta. i. maiora aĩalia, qbus armẽ iminẽt, vt sunt boues, tauri, & vacæ. Ply. vt Beroaldus in Seruiũ notauit. dicit li. iiij. Aracynthu esse montẽ acarnaniæ: q̃ est pars epiri. Sed quo Amphion Thebanus dicit in acarnania cecinisse, nisi dicas, vt Seruius rustice locutũ, ꝛ regionẽ ignorasse: aut sequamur Probũ dicẽtẽ sic. A mõte amœno Thebano, quẽ actẽũ dicit: nõ atticũ, q̃ ibi actæon a canibus, sit laceratus. Mihi præcipue placet rustice locutũ, & errasse Corydona, qd ex pluribus cõiecturis assequor, & q: Theocritũ imitatur q errores imperitis non imperite assignat, sicut & Plautus seruis minus grammaticas dat locutiones. In qbus papauerẽ, gutturẽ & similia enunciant, & mihi nõ recte pronomine sui vtẽti: vnde cõuenit, vt amãti quasi amenti detur imperitorũ sermo, sicut comicus seruũ nõ amãtẽ, dõio amante, prudẽtiorẽ facit. Præterea versus ipse durior est, vt qui in quinto pede in reilatæ. videlicet, ꝛ cantilenæ narratione, spondeum habet nec eũ satis artificiose positũ. nã neq̃ dactylũ in quinto habet, neq̃ q̃ntitatis satis cõstat ratio, quæ vult: vt vocalis ante vocalẽ in diuersis dictionibus eiusdẽ versus abijciatur, aut saltẽ abbreuiet, sicut ibi. Et longũ formose vale, vale inqt iola, ꝛ ibi imponere pelio ossam. dicamus ergo in aracyntho mõte acarnaniæ. quẽ tamẽ forte Corydon Thebanũ putauit, si non sinas primisci amphiona dircæũ, quo tẽpore a patre expulsus erat, ad Epirum se contulisse, quod Corydon siculus audisse poterat, quis in promptu nõ sit a quo. Nam sæpe occurrũt loci in poetis, q aut semel tãtũ, aut nusq̃ alibi legunt, q̃ res Plautũ, obscuriorẽ facit. Sed ad ordinẽ redeo. Nec sum adeo. i. vsque adeo informis. i. sine forma, hoc est formositatis experes, vt ob id repelli debeã, ego vidi nuper. i. paulo ante me. i. imaginẽ ꝛ effigiẽ meã in litore, in aqua scilicet pluuiali, illic collecta aut a maris reflexu derelicta, cũ. i. q̃n mare placidũ. i. placatũ, ꝛ immotũ vẽtis staret. i. imotũ maneret. Ego nõ metuã Daphnim pastorẽ siculũ, ꝛ filiũ Apollinis indulgentissimum. i. non verear contendere cum daphni, aut daphnide de formositate te iudice. i. iudicante, si imago nũq̃ fallit. i. si talis sum, qualis mihi in aquis visus sum, q: solẽt pulchriores apparere facies in speculo, aut aqs visæ q̃ sint. Qui sim, durus esset sibilus, si qs sim, legeret: q: cõcursus eiusdẽ literæ. Siculis in mõtibus. Ex hoc loco manifestissime cõuincitur Corydona nõ oĩno significare Vergiliũ: nam vnde eius agni, in siculis montibus erent. dicere tamẽ possumus sic eas errare: vt in prima ecloga dicta est, sepes depasta apibus hyblæis, q̃ etiã siculæ sunt, nã in omnibus fere a siculo Theocrito aliquid sumit. vnde dicturus est, Sicelides musæ ꝛc. beroaldus carpit Seruiũ, q: colostrũ dicit lac nouũ tantũ neutro genere dici his verbis. In tã paucis verbis duplex est error manifestarius, nã & fœminino genere colostram reperiri ostẽdit Columella in. viij his verbis. Exiguũ emulgendũ est quod pastores colostrã vocant: ea nisi aliquatenus emittitur nocet agno. Et Plautus in penulo fœminino genere vsus est. Mea colostra, meus molliculus caseus. Præterea colostrũ non proprie significat lac nouũ sed est spongiosa dẽsitas lactis a partu, ut author est Plynius. ad quod allusit epigrammaticus poeta illo disticho. Surripuit pastor: q̃ nõdũ stãtib⁹ hœdis. De primo matrũ lacte colostra dam⁹. A colostro colostrati dicũtur infantes Cætera, vt hæc, ꝑsequit satis exacte Mãcinellus, cui⁹ vba iã ꝓposui. Addere potes, q̃ pastor mos est, dũ armenta, aut gregẽ vocant, vt se domũ referãt, q̃si recẽ ptim canere, ꝛ dulcius modulari iã peractis laboribus diurnæ custodiæ, Despectus aũt dicit a deorsum & specio verbo antiquo, ꝛ sæpe significat deorsum inspicere cũ cõtemptũ: vt cũ

Ordo.

Armenta quæ dicatur

Vocalis ante vocalẽ abijciatur

Beroaldi expositio

Despect⁹ vñ dicat

Iupiter, hoc est deus despicit sidos, sicut æne. i. Despiciens mare veluolum, &c. quia tamē qui aspicere, ac suspicere in quēpiā volunt, eū contēnunt, & aspernantur, pro eisdem verbis accipi solet. Prima regula est, Quædā verba, & participia passiue significantia regunt datiuū resolubilē in ablatiuū, a quo, vt despectus dilectus, visus tibi. i. a te. Secunda. Vitandus ē creber eiusdē litteræ strepitus, quē s littera præcipuū habet, nō ergo dices, quis sim q̄s is Alexi, sed nec qs sim q̄ris Alexi. Tertia q̄ acceptū pro eo, quod est q̄tum, positiuo quadrat, pro q̄to licet rarius comparatiuo ꝑ valde superlatiuo, sed cum positiuo fere figurata locutio est, aut dubitatiua seu infinita, vt nescio q̄ diues sis. aut interrogatiua, vt q̄ diues es. aut relatiua, vt tā dines q̄ honestus, aut admiratiua, vt o q̄ diues est, q̄ suis cōtētus est. aut similis. Exēplū de comparatiuo, vt q̄ magis illa tremens, tāto magis effera flammis, q̄ magis. i. q̄to magis de superlatiuo. vt vir q̄ ditissimus, aut q̄ maxime diues.

aracyntho, mōs est aracynthus clarus in Acarnania Epiri pte, vt docet Ply. li. iiij. Actæo. ait. i. littorali. Actæ. n. litus dicitur. Lactan. vero lib. iiij. th. scribit, q̄ actæa dicitur regio Attica. vnde Vergi. Et montem Atticum aracynthum, actæum dixit. Pro. ait sic aut. A monte amœno Thebano, quē actæum dixit non attici q̄ ibi actæon a canibus sit laceratus. Nec sum adeo informis Poly. quoque. vij. Theo. eclo. ad gala. sit, nec sum adeo informis fama iam notus in orbe. Nup in obliquo speculans me littore vidi. Quū placidis vētis staret ma. daph. de hoc circa principiū diximus cui, & maro, imo illud epitha. scrib. Daphnis ego in syluis hic vsque ad sydera notus, Formosi pecoris custos, formosior ipse. Ipse, idem in secunda theo. ait. Ille ego sum Daphnis. cui lætis pascere campis, cura boues domitos, & duros ducere tauros Fontibus & liquidis plenas depellere vaccas, Si nūq̄ fallit imago, Id dixit quia vera imago vis apparere potest in aquis. vnde vt etiam Alexāder aphrodiseus in procul. feri. Nummus, & pomum in aqua maiora q̄ sint, videntur, q̄ adiuncta ipsis aqua eorum recipit colorem, aspectumque decipit: vt pote, quæ maiora videantur, & cætera.

O tantum libeat mecum tibi sordida rura.
Atque humiles habitare casas, & figere ceruos,
Hœdorumque gregem uiridi compellere hibisco.
Mecum una in syluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit, Pan curat oues, ouiumque magistros.
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum,
Hæc eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas.

ASCEN. ¶ O tantum libeat, &c. Bono ordine procedit cantilena corydonis, licet prius incondita cecinisse dictus sit, q̄ per impatientiam amoris nō cohærentia canit. Nam postq̄ ostēderat animū puerū esse crudelissimum qui carmina eius non curaret, & se miserrimum, qui nihil refingere impetraret, nec amaretur, q̄uis sit redamari dignissimus, vt pote diues formosus, & bene canens, idque euenisse satis docuisset, q̄ despectus eēt vsque adeo: vt Alexis non digneī inspicere: quis esset. prudenter inuitat eū ad cōmerciū, ac societatem, vt scilicet ex familiari cōsuetudine ab eo amari mereatur. Maximæ autē ē fiduciæ: qd̄ dicit, o tantū libeat, quasi dicat vnū peto, vt mecū cōuerseris & viui quia tanta est mihi morū comitas, & suauitas: vt nō possis me non redamare. Ordo est O optandi particula. q. d. vtinā sic eēt. o Alexi, vt tātū. i. tātū modo libeat tibi habitare mecū rura sordida tibi. i. ad existimatiōes tuā, cū tamen sordida non sint, sed quōdā a dijs culta, atque casas humiles. i. tuguria humilia & demissa. Et figere. i. transfigere ceruos, venado. s. aut figere i terra. s. ceruos. i. stipites cornutos, ac furcas ad casam cōstruedā, verū prior lectio præstat. q: inuitat puerū delicatū ad rē placidā: q̄ ē venatio, nō ad durā: vt eēt furcarū figēdo, & copellere gregē hœdorū, viridi hibisco. i. ad viride, aut viridē hibiscū (vtroque n. mō dr̄) tu imitabere mecū vna. i. pariter aut cōcorditer pana. i. deū pastorū, canēdo i syluis. id. n. Pan fecisse dicit. Vnde subdit. Pan instituit. i. statuit primus cōiūgere plures calamos. i. fistulas: aut culmos cera. i. glutino cereo, Pan curat oues, magistros ouium. i. pastores. Nec Alexi, pœniteat te. i. piger videat tibi, aut pœnitudine, si feceris, afficiat te, triuisse calamo. i. frequēti inflatione calami, ac fistulæ labellū. i. tenellum labiū tuū nā qd nō faciebat amyntas pastor ille nō satis eruditus in musica, sed ob id studiosus, vt sciret hæc eadem scilicet, ad quæ te inuito, scilicet, vt sciret terrere labellū inflādo calamū, q̄si dicat, nihil nō faciebat: sed omnis faciebat, Quæ expositionis egent habita sunt ex Mancinello.

Regula grāmaticalis ¶ Regula est. Locum in quē, aut ad quē aliquid infertur, tendit, aut dirigitur. Vergi. sæpe in datiuo ponit, vt cæteri authores, repetita præpositiōe in accusatiuo vt compellere hibisco. idest ad hibiscum, it cœlo, clamorque virum. clangorque tubarū. Obuertūt pelago proras: idest in pelagus aut pelagus uersus.

SERVI. ¶ Habitare. Melius humiles casas, q̄ in humilibus casis, q: frequētatiuū est ab habeo quod actiū regit. Ceruos, vel furcæ sunt ad casas sustentādas sic dictæ ad similitudinem cornuum ceruor, vel melius iaculari ceruos. i. vēari. vt ad voluptatē, nō ad laborē inuitet. Hibisco. s. lacte ad hibiscū, vt dicimus. It clamor cœlo: idest ad cœlum Hibisc⁹ est genus herbæ. Imitabere pana canēdo. Exēplo numinis poteris mecū in syluis canere. Pan aūt deus rusticus in naæ similitudinē formatus Vn̄ dicit̄ pan. i. omne. habet enim cornua ad similitudinē solis radior & lunæ cornuū. Rubet eius facies ad ætheris imitationē. In pectore nebridē hēt stellatā, vt stellas imitet̄. Pars inferior hispida ꝑp arbores, & feras. Caprinos hēt pedes, vt ostēdat terræ soliditatē. Fistulā hēt septē calamor ꝑpter harmoniā ex septē sonis, pedū habet ꝑpter annū, quē in se recurrere fingūt poetæ: cū amore deo luctatū esse, & ab eo victū, q: oīa vincit amor. Syringē adamauit Pā. & cū deor cōmiseratione in cannā eēt mutata ad solatiū amoris ex illo fistulā cōposuit. Nec te pœniteat. Nō tibi pax videat̄. Terē. At n. q̄tū hic operis fiat pœnitet. Triuisse, ꝑ terrere vsurpatiue hoc fit. nisi sit defectiua: vbi psens nō est: vt q̄q̄ animus meminisse horret. Labellū. Inanis distinctio, vt viror labra: mulier labia sint. Quid nō faciebat amyntas. q̄si dicat omnia. Ex affectu autē alieno hunc cogere tentat.

ANTO. ¶ O tm̄ libeat. o aduerbiū. Tibi sordida, q̄ tu sordida putas. Hibisco, pastinacæ simile hibiscū, ossibus fractis medet̄. folia eius ex aq̄ pota aluū soluūt. Ply. lib. xx. Pan primus, ab exēplo conat̄ allicere puer ad fistulæ grāz Pā aūt, vt Herodotus li. ij. feri. e Penelope & Mercurio genitus dr̄ a græcis: volebāt aūt ipsum pana vniuersæ substātiæ materialis dominatorē significari, de quo late Macr. li. primo sa. Fistulā vero Pā primus inuenit teste ēr Ply. l. vij. Meminit itē Oui. li. primo meta. Pœniteat. i. pigeat. vel tædeat. Terē. in phor. Nostri nosmet pœnitet. Amyntas, ab vltima Theocrin nomē sumpsit Maro. est. n. ibi, Tres comites gelidas ibam⁹ alēris ad vndas. Eucritus, ide simul mecū formosus amyntas. est mihi, laudat mun⁹, q̄ facili⁹ attrahat puer.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula, damœtas dono mihi quam dedit olim.
Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.
Dixit Damœtas, inuidit stultus Amyntas.
Præterea duo, nec tuta mihi ualle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo.
Bina die siccant ouis ubera, quos tibi seruo.
Iampridem a me illos abducere Thestilis orat.
Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.

ASCEN. ¶ EST mihi dis. &c. inuitauit alexis corydon ad secū habēdā in syluis exercitationē. s. ad venationē. & ad amicū cōmerciū: ac studiū cātādi more amphionis, & panos, & nūc inuitat eūdem ad munera accipienda, quæ illi parata habet dicēs, se habere fistulā affabre factam ex testamēto amici morientis, & capreolos ex venatu periculoso acquisitos.

Ordo ¶ Ordo est. Fistula. i. instrumētū musicū, quod inflat̄, siue ex tibijs gruū interdū, aut herba fistulosa: seu concaua: aut ex culmo, aut ligno cauato: aut quouis metallo: cōpacta. i. cōstipata, & cōdensata, septē cicutis. i. internodijs cicutæ, herbæ fistulosæ disparibus. i. diuersæ q̄titatis, & soni, qd̄ ad artē musicā pertinet quā. s. fistulā damœtas pastor ille bonus, & musicæ peritus, ac singularis amic⁹ me⁹ dedit mihi dono. i. vt dicunt donū. & pro peculiari dono. & ipse moriēs. i. cū iā esset ꝑpe exitū vitæ, nec posset ampli⁹ eā possidere, dixit sup. ad me, o corydon, ista sup. fistula, quā nō tenes, sed eā nō nosat, q: ꝑprijs manibus moribūdus porterxerat. habet te nūc secūdū. sup. possessorē. q: qdiu mihi spes vitæ fuit, nullitā amico eā cōcedere volui, damœtas inquā dixit sup. hoc, & amyntas, pastor ille stultus. i. ꝑdite eā amās, inuidit. i. inuidia cōmotus est.

præterea quid ¶ Præterea. i. ꝑter & vltra hāc fistula, duo capreoli

SERVI. ¶ Disparibus. inæqualibus, vt voces inæquales faciant harmoniā. Cicutas, Cicuta est spatiū, qd̄ est inter cānar nodos. Dixit moriens, Cōmendat, q̄ hereditariū sit datū, & q̄ inuidiā meruerit. Nā res optimæ difficulter donant̄ a viuis, & acceptæ facile merentur inuidiā. Tuta cōmēdat a difficultate. sic in primo æneí. Reliquias troia ex ardente receptas. Sparsis: Habet maculas a prima ætate veniētes accessu. n. tēporis mutāt colorē &

re & eorum maculæ esse gratæ mmoris accipiūt. Etiam nunc. ad/ huc quis roget ab ibesthyli. Siccant, fugunt. Abducere, vt abducat, est enim figuratum: vt donat habere .i. vt habeat. Et faciet, Non dixit, & faciam, ne lædat quem amat,

MANC. ¶ Cōpacta Damoetas. pastoris nomē a sexta Theocriti sumptū, est. n. illic, Cōpulerāt pecudes daphnis formosus in vnū: Damoetasq. ābo dulces admitiere cātus Educti. Bina die siccāt, Theocrit⁹ q̄q; ait i. iij. Binos lactiferos q nūc alit v bē foet⁹. Nō tibi suabo posthac, īgrata capellā: Meremis hāc dudū tē/ tauit Erithacis a me, Sumet pulchra, decēsq; comis, & fusa colore, Donaboq; illi: postq̄ tu spernis amores Dura meos, certasq; iuum me ludere amantem.

capreoli .i. capreæ. hoc est capreæ syluestriū foetus iuniores, sparsis pellibus .i. qbus pelles sunt sparsæ, aut habētes pelles sparsas ēt nūc .i. adhuc albo .i. maculis albis, nec nō, & reperti .i. cū difficultate inuēti mihi .i. a me valle nō tuta, s; piculosa, siccāt .i. oīno exugūt, aut sugendo emulgent die .i. quotidie. bina vbera .i. ambas mamas ouis: idest pecudis foete, quos scilicet capreolos: ego sei uo tibi .i. ad cōmodū tuū, vt tibi eos dono de, vbi veneris ad me. Thestylis muliercula rustica, sed venefica & amatorijs intēta orat iāpridē .i. iā a plusculo tēpore, ex quo incipit orare. abducere .i. vt abducat, aut vt possit abducere .i. a me ad se ducere, & faciet .i. abducet. quoniā nostra munera sordent .i. sordida videntur tibi. Artificiose igitur cō/ mendat munera sua, sicut: & phedria terētianus in eunucho

pcipit dicens. Munus nr̄z ornato v̄bis, quoad poteris, qō faciens pmeno eunuchū, hoc est chēream in specie eunuchi commē dat ab arte: sicut hic corydon fistulam dicens fac periculum in musica & cætera. sed ille docet artificem esse cheream. hic fistulam artificiose factam, & ethiopissam commendat a difficultate acquirendi dicens, ex ethiopia est vsq; hæc sicut corydon: nec tuta: mihi valle reperti, vnde & æneid. primo, Reliquias troia ex ardente receptas. Cōmendare āt opus suum proprium est poetæ, quem se Corydon predicauit dicens. Canto quæ solitus, &c. Vnde flaccus carminum. iiij. ad martium. Gaudes carminib⁹ carmina possumus donare, & ptium dicere muneri. Partium ergo fistulæ ex multis accumulat. primo ex artificio, quia septē dispa ribus cōpacta est cicutis, q̄ si septena sphærarum sirenas ægparet. deinde ex possessore: qr damoetas, q etiam in sequenti eclo. optimus musicus ostendit: eam posse dit ad mortem vsq;, ita vt iā mouens eam manu teneret: & diceret te nūc habet ista secundum. Tertio ex inuidia amyntæ, q eā vsq; adeo amauit, ac cōcupiuit, vt priuatus & stultus efficeretur, vnde dicit, inuidit stultus amyntas. Sunt & alia non contennenda fistulam cōmendantia, vt qr dono dedi: quasi nullo pretio vēdere voluisset, nec dare nisi moriens: & qp habet non habet. In capreolis āt non minor est cōmendatio Et qr duo, quod inditium est bonæ, & foecūdæ matris, Et quia capreoli. q cariores sunt q̄ hœduli cicures .i. domestici, Et qr repti .i. summo labore iterum, atq; iterū parti .i. acq sitī, sicut infans matri a partu .n. fit repetio. Et quia in valle non tuta, vbi .s. lupi, & leones timerent. Et a tenetitudine, quia sparsis etiā nunc pellibus albo. Vnde malim dicere, dictum esse etiā nunc adhuc, propter tenetitudinem, q̄q thestylis adhuc abducere oret hoc. n. iampridem explicat. Et a pingui, & bona educatione: quia bina die siccant ouis vbera, hoc est singuli duo: quod importat dictio bina, Et quia thestylis eos orat .i. non imperiose, vt meretrices in re modica solent exigere: sed supplex rogat, non asportare, sed abducere, quia iam ingredi firmiter posset. Et quia orat iampridem .i. iam orat, nec desinit orare, & pridem .i. a plusculo tempore orauit: vbi scias olim de magno quouis tempore solē dici tam de pterito q̄ futuro, & abusiue de pñti, pridem de medioeri secundum rerum durationem: dudum de minimo, & cum verbo et pterit temporis recte construi, sed iam olim, aut olim iam. iampridem: & iamdudum, seruata ratione, e diuerso durationis, cum verbo pñti velle construi, eo qp videt posse addita, vt sit iam apridem: ab olim &c. Cætera: Māc. graphice exequitur: Prima regula. Plurima verba pter datiuum acquirentem regūt secūdū significantem modum, aut finem acquirendi, qui in accusatiuum mediante in aut ad resolui potest. vt do tibi dono .i. in donū: aut ad donū: Sum tibi voluptati: idest ad voluptatē, domus mea patet tibi hospitio. Venio tibi subsidio, do tibi vitio, cedit tibi honori, &c. Secunda. Iampridē: iādudum, & olim iam quia continuatum tempus important. & consistentiam actionis, præsens tempus efflagitant, vt iampridem erat. vnde dicce, veni dudū, & obsecuo te iādudū: vt Valla præcipit. Repio vñ fiat

Huc ades o formose puer tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis tibi candida Nais
Pallentes uiolas, & summa papauera carpens.
Narcissum, & florem iungit bene olentis Anethi.
Tum Casia, atq; alijs intexens suauibus herbis.
Mollia luteola pingit Vacinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo.
Et uos o lauri carpam, & te proxima myrte.
Sic positæ quoniam suaues miscetis odores.

SERVI. ¶ Nymphæ, tātū honoris habet puero, vt dicat ēt numina illi. At vero inter q̄s illis pendat aurū. Cādida, pulchra, vel dea. Dij. n. vmbris ɔtrarij sunt, q sunt nigræ, Vnde, illud, Candidus isuetū miratur limē olympi. Pallētes, Amātiū tinctas colore, Hora: & tinctus viola pallor amātium. Nō igitur præter amātis affectionem eos florea nymphas dicit offerre, q sunt amātib⁹ similes. Sane papauer, narcissus, anethus pueri pulcherrimi in flores suos nouiz versi. Vnde occulte admonet, caueat ne talia vnq̄ ex amore patiatur, Casia herba suauissimi odoris, qō ōndit, cū dicit, alijs suauib⁹ herbis. Quō i Salustio legimus Leonē: atq; alias feras. Mollia, plumei tactus. Pingit cōponit de caltha luteola in ablō, nā aliter nō staret versus. q̄rit aūt ornatū ex coloris diuersitate. Lanugine ma. Dicit cydonia, q sunt tenera lanugine. Ex hoc oblique tāgit, quod apud cretenses infamiæ genus erat iuuenibus nō amatos fuisse. Verecūde igitur rē inhonestā supprimit, quā Theocritus apte cōmemorat. Castaneas nuces, Bene ponit spēm. Nā nuces sunt q̄cunq; hūt corticē duriorē. Cōtra dicūtur poma oīa molliora. Amabat, amare dignata est, ne viles existimes. Nā apud illam in ingēn fuerūt honore. Cera. cerei coloris: vel mollia. Horatius. Cerea telephi laudat brachia. Huic quoq;, si a te amabitur sicut fuerūt i honore castaneæ, qr amabantur ab amaryllide. Lauri, melius in secūda ponūtur declinatione. licet Hora. dixerit, Sub lauru mea. Proxima my, Vel vicina, vel ad odorē proxima. Sic positæ. Nā ex commixtione, excitantur suaues odores.

Narcissus & anethus qui

PRO. ¶ Narcissus, flos Acusilaus refert a narcisso Amarāthi, q fuit Erecbtheis ex insula euboea interemptus ab epope, ex cruore eius

ASCEn. ¶ Huc ades o formose, &c. Rursum alexin allicit, imitatq; ad pcedēdū in agrū, dicens et paratos eē flores suauissimos, atq; herbas maxime odoriferas, quos & q̄s nymphæ illi vltro afferēt. si veneri u, additur q̄ pterea se sertū ex varijs floribus, herbis, & fructibus. Ordo est. o formose puer alexi, ades .i. adsis. aduenias, huc .i. ad me, ecce si mūera nr̄a tibi sordēt, nymphæ .i. deæ hoc est rex naturaliū pductrices, ferūt .s. obuiam, aut afferunt tibi lilia plenis calathis, idest vasculis vimineis: nais idest dea illa candida, idest decēs, & formosa carpēs .i. legens carpēdo .i. sūmis digitis abrūpēdo, violas pallētes, grata amātibus ɔgruas: & summa papauera .i. sūmitatē papauerū, iūgit .i. conserit, in sertū colligit, narcissum florē illū, in quē narcissus puer trāsformatus fingit, & florē anethi herbæ, videlicet, bñ .i. suauiter olēns .i. fragrāns, cū .i. deinde, aut insup ipsa itexēs .s. sertū ipsū, hoc est in medio suffulciēs itertexēdo, casia, herba illa suaui, atq; alijs herbis suauibus, pingit .i. cōponit, aut potius in morē pictoris diuersarū herbarū coloribus diuersis exornat componendo. vacinia .i. flores vaciniorum, mollia .i. plumei tactus, caltha .i. flore illius herbæ: luteola .i. aliq̄tulum lutei coloris, q color est in vnguibus. aut cornu oris merulæ: est. n. ruber cū croceo. aut sic. tū .i. insup nais intexens vaccinia mollia casia, atq; alijs suauibus herbis, pingit sup. ea caltha luteola. Ipse ego .i. egomet legā .i. ex arbore molliter, ne lædant. excerpā mala cana, .i. canescēna, q cotōea a doctis, ab imperitis, (licet alia sint) coctana vocant. tenera lanugine .i. qb⁹ adhæret q̄dā lanugo tenera, & castaneas, q̄s nuces, aut castaneas existētes nuces: amaryllis mea .s. amica, amabat, sup. tūc cū a me amaret, & erat fastidiossima, vñ. Non nisi delicatissima amasse putāda est, ego addā pruna cerea .i. cerei coloris, & honos, idest decor erit quoq; .i. ēt huic pomo .s. pruno, quod pomum est: qr corticē molem habet. Et o laur, (monstrat amatorie lauros, quas alexi iāpridē destinat), ego carpā vos, & o myrte arbor odorifera veneri sacra, proxima .i. quæ pxima lauro es, ego carpā .i. decerpā te, sup. iunc, q̄uis nunc molliter feruē: ac custodiā, qm̄ vos .s. laurus, & myrtus, positæ sic .i. circū mala, & poma iā dicta, miscetis suaues odores. Multa hic. Seruius subtiliter differit, nō pauca Mācinellus, quibus, ne vbiq; longus sim: cōtētus sum. Tā & si quattuor modis dici pōt hæc, & cōsimilis locutio, malum tenerum lanuginem, quod nimis græcum, ac poeticum est, tenerum lanugine, quod historico pmittitur, & teneræ lanuginis. quod maxime grammaticum est, & tenera lanugine qō maxime latinum est, tamen qui oratorie, ac lamne loqui volet, vltimū modum, nisi ɔcentus repugnet, amplectetur, vt alibi latius dicatur.

Ordo.

Luteolus color q sit

Regulæ grāmaticales

eius flores: qui nomen eius acceperunt procreati, a pictore Narcissi floribus Erinyas .i. furias primas esse coronatas aiunt. ❡ Tibi lilia. Conatur pluribus modis illum allicere, cum et nymphæ sibi obsequantur calathis. calathos græca vox est, vt et a Fest. au. l. itini dicunt quasillum. Nais, aquæ nympha ναῖαν .n. est. Pallentes violas. Pli. lib. xxi. ca. vi. et ca. xl. scribit violarum esse plura genera sunt eni purpureæ, luteæ, albæ, Purpureæ crapulam, & grauedines capitis impositis coronis, olfactuque discutiunt, Narcissum, narcissi duo genera. Vnum purpureo flore, alterum herbaceum neruis inimicum, caput grauans, & a narce narcissum dictum, non a fabuloso puero Pli. l. xxi. scri. Narce autem torpedo dicitur, narceo obstupefacio. Papauera, fuisse papauera in honore apud romanosspidicio est Tarquinius superbus, qlegatis a filio missis decurrendo papauera in horto altissima, sanguinarium illud responsum in hac facti ambage reddidit Pli. lib. xix. Casiæ duo genera. alia .n. candida, alia nigra. Candida magis se humi spargit: odorataque est: nigra odore caret. Ambo florent post æquinoctium autumni: & multum denique temporis florent, author est Theophrastus li. vj. de suffruticibus, et herbis. Amplitudo fruticis trium cubitorum inquit Pli. lib. xy. nam casia frutex est intexens. Theocritus item in tertia. Cingam mea tempora sertis. Pallentis violæ, ac multum redolentis anethi, atque rosis aliis: quæ mollia pigit caltha lutheola. Vacinia, flores nigros, seu purpureos: de quibus supra, aut mollia: aut iucunda. Luteola .i. ruffa. est enim luteus color ruffus dilucidior. vnde ei quoque nomen esse factum videtur ob lucem. s. author est Gel. li. y. cap. xxxvj. Et Pli. li. xxj. inquit Luteum video honorem antiquissimum in nuptialibus, flameis totum feminino concessum. Caltha violæ genus est, cuius folia olent, non flores, vt Pli. scribit li. xxj. ca. vj. Cana mala, cotonea intelligit, quæ græci cydonea vocant, ex Creta insula aducta, plura eorum genera Chrysomella incisuris distincta colore ad aurum inclinato. quæ candidiora nostratia cognominata odoris præstantissimi, auc. Pli. libro decimoquinto.

MANC.

Malum cotoneum quod

ASCEN.

Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis.
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid uolui misero mihi? floribus austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quem fugis ah demens? habitarunt dii quoque syluas.
Dardaniusque Paris, Pallas, quas condidit arces.
Ipsa colat, nobis placeant ante omnia syluæ.
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam.
Florentem cythisum sequitur lasciua capella.
Te Corydon, o, Alexi, trahit sua quenque uoluptas

❡ Rusticus es corydon, Graphice admodum vt cætera omnia perdite amantem exprimit Maro, nunc sanæ mentis nunc furentis videtur, nam per interualla quæ recta sunt consilia amplectitur, & rursus deserit, quod & phædria Teren. lepide in se demonstrat. Quasi ego interuallum bonæ mentis nactus corydon, dicit seipsum alloquens. O corydon, tu es rusticus, alexis autem vrbanior, quocirca nihil illi iucundum offerre possis, sordent enim munera tua illi, qui muneribus obtinendus non est, & si ea via obtinendus sit, adhuc nihil proficeris, quia iolas corriualis tuus te multo ditior munere te vinceret: proinde stulte operam das talibus amoribus: quod cognoscens exclamat, heu heu: aut, eheu quid volui mihi misero qui perditus rem surgentem deieci, et lipidam turbaui, sicut qui floribus austrum, & fontibus apros immittit. Deinde irrepente rursus amore. quasi alexi: quem præsentem imaginabatur ob tale dictum aufugerit: exclamat. alexi quem fugis Nunquid quia rusticus sum, me fugis. ah demens, hoc est puer sæmentis puer, qui non recte sapis, si habitantes in syluis ob id solum quod in syluis habitent fugis quia habitarunt dii quoque syluas, dardaniusque paris, pride cum tu rusticus sis (id enim innuit. Et tam manifestum est quia non ita de alexandro polli onis puero loquitur, quin ad alium referri possit. Non .n. quod quidam properam criminantur amores suos in pueros fatetur maro) egoque rusticus sim. sinamus palladam vrbem quam condidit habitare & colamus nos syluas quod fieri decere probat exemplis et inductione quadam non perfecta dicens quia leæna sequitur lupum, lupus capellam capella cytisum. & corydon alexim quia quemque sua voluptas trahit, quæ sententia licet a criticis .i. rigidis censoribus notatur, tamen a corydone non abhorret, qui & amphyona: & pari. & palladam. & cæteros quos noiat quadammodo nouit. vnde non omnino rusticus aut ipitus existimabitur, vt non posset prouerbium, etiam si non intelligat proferre. Ordo est. O corydon, tu es rusticus et ita non places per te, nec alexis curat munera, & ita non captabis eum munere: nec Iolas pastor ille dies, & riualis tuus) vnde non placet pollionem per Iolam intelligere: etiam si per alexim alexandrum pollionis puerum intelligam) concedet, supple te vincere aut potiri optato, si certes .i. contendas muneribus .i. per munera alexim allicere (hoc autem, dicit per apostrophen ad se. deinde in sua hoc est in prima persona dicit. Eheu, vel heu heu dolentis interiectio) quid volui mihi misero .q.d. maximum malum, tales amores inceptare. nam ego perditus immisi floribus .i. rebus tranquillitatem amantibus, vt flores amant austrum .i. ventum turbulentum. & eos decutientem, hoc est tranquillo statui summam commotionem (allegoricos enim loquitur) & immisi fontibus .i. rebus claris: & lympidis, ac pellucidis, seu transparentibus, cuiusmodi sunt fontes. apros .i. porcos sylue stres, & immundos sues. omnia turpantes, & contaminantes. est enim, vt dicit Flaccus in primo lib. episto. Amica luto sus. Et ita constituit respicere, sed mox quasi per hoc puer indignatus aufugeret iterum furens dicit (quem fugis. visus enim est sibi puerum videre) ah demens .i. male et peruersæ mentis alexi, qui syluas fugis, quia quoque .i. etiam dii. non solum homines summi habitarunt .i. incoluerunt syluas, & fauni, & panes, ac satyri. & paris dardanius .i. heros ex alto sangine dardani progenitus. sup. habitauit syluas. ipsa pallas .i. minerua, quæ græce athena dicitur, colat arces, quas condidit, scilicet athenas. q. d. vacet philosophiæ, & syluæ placeant nobis, q. s. pastores sumus, ante omnia .i. ante omnes res Neque vero moleste feres, si te amore captus sequor, quia leæna torua .i. feroci, et immiti aspectu sequitur lupum (Id autem Seruius euenire docet (et ipse lupus sequitur capellam, quia. s. lubentissime vescitur, & capella lasciua .i. petulans, et lubrica, sequitur cythisum herbam. aut fruticem dulcem, et succi plenam, & o alexi corydon, sup. sequitur. hoc est ego sequor te, quia quemque sua voluptas trahit. Annotandum, vbi dicit, habitarunt dii quoque syluas: quia gentilitas deos syluestres posuit, quos semideos vocauit, videlicet faunos, & satyros nemorum. Egipanes desertorum æthiopiæ, qui sunt nudi. leues. caprinos pedes habentes, qualis diuo Antonio occurrisse dicitur. Syluanos syluarum, & panas agrorum, sed confunduntur hæc, vnde author noster. Et vos agrestum præsentia numina

Semidei qui dicantur

SERVI.

❡ Rusticus es corydon. Arguit se stultitiæ, quod eum sic speret placare muneribus, quibus potest habere meliora. Nam superat. delitias domini Iolas, vel ditior amator, vel eius dominus. Eheu quid volui misero mihi. Quomodo eum discedere dicit: quem supra cum eo diximus non fuisse. Nam ait solus montibus, et syluis, sed ratione non caret. Epicurei .n. dicunt, quod et Ci. tractat geminam esse voluptatem, vnam, quæ percipitur, & alteram imaginariam. s. eam, quæ nascitur ex cogitatione. Vnde ita debemus accipere hunc vsum per cogitationem illa imaginaria voluptate, quia, & cernere, & alloqui videbatur absentem. Sed postquam obiurgatione sua in naturalem prudentiam est reuersus, caruit vtique illa imaginaria voluptate, vbi nunc sibi se obfuisse dicit per hanc declinationem. Rusticus es Corydon nec munera curat Alexis nec si muneribus certes concedet Iolas, Floribus. a quo facilius arescunt. Fontibus apros, Qui puros fontes cœnosos efficiunt. Quem fugis ab. de iterum phantasiam, quasi ad præsentem loquitur, et dixisset syluas: hic itert. Habitaret dii quoque syluas. Dardaniusque Paris, & Paris habitaurit syluas: quæ de dearum pulchritudine iudicauit. Pallas quas condidit arces ipsa colat, id dea artium Minerua dicitur, quia de capite iouis nata est. Sed quia dea est artium, et ingenii, ideo ista finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio, quippe quo regitur vniuersa, Torua leæna lu. Theocriti sunt isti versus. Et bene se refert ad rusticas comparationes. Pene enim fuerat lapsus dicendo. Pallas: quas co. ar. Leæna autem dictum est, sicut dracæna, et quod ait, Torua leæna lupum sequitur, verum est Nam necesse est, vt veniente lupo, aduentus agnoscatur leonis. Te corydon o alexi Don, o, a, antibacchius est, ideo breuis fit. quia vocalis vocalem sequitur. si Home. ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. Trahit sua .q.u. Notatur a criticis, quod hanc sententiam dederit rustico supra bucolici carminis legem, aut possibilitatem.

❡ Pallas, quas condidit arces. Ab hastæ quassatione dicta. i. vibratione, quod sit bellicosa. πάλλειν enim quatere vocant græci. Hæc primum ædificationem inuenisse dicitur.

❡ Rusticus es Corydon. seipsum ignauiæ arguit, cum aduertat meliora alexim ab altero accipere posse iolao, Pollio intelligitur pueri dominus, nam vti puero, & sibi mutauit nomen, ita & Pollioni. Eheu quid vo. pœnitet eum tanti incœpti amoris. floribus austrum, austro .n. flores soluuntur, zephyro fiunt: humidus .n. grauisque auster est. vt probus scribit lib. viii. de animalibus Apros, quibus quidem in luto voluptas grata est Paris, qui regius fuit. Pallas quas condidit arces. hoc ait: quoniam teste Diodoro li. vj. palladem vestium apparatum, et ædificandi artem, exprimendique olei modum, et multa alia inuenisse, volunt. idem quoque Diodorus libro .j. scribit, quod putant aerem ideo nominatum palladem: ac Iouis filiam dici, & virginem fuisse, quoniam & non corrumpitur, et sublimiorem locum teneat, quapropter ex vertice Iouis dicitur nata. Torua leæna lupum: Climax est, latine gradatio dicitur, teste fab. lib. ix. de qua latius in carmine. Torua, terribilis. quod sit torto vultu. Trahit Ter. in pho. ait Vera ita hoc est. quot homines tot sententiæ, suus cuique mos, & Plinius epi. primo. Varia sunt hominum iudicia, variæ voluntates.

PRO.

ANTO.

mina fauni. Oui. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina nymphæ, Et fauni, satyriq;, & monticolæ syluani. Quos quoniã cœli nodũ dignamus honore. Quas dedimus certe terras habitare sinamus. Pomponius mela scribit vltra atlantem in succisioniæ montem noctu persæpe visa lumina, & crepitus cymbalorum, ac fistulacum canitus auditos, nec die repertum quenq̃, idcirco pro constanti habitum hos faunos esse, ac satyros, & eius generis animalia, Dardaniusq; paris, dardanus iouis ex electra filius in phrygiam migrauit. vbi autor generis priamidarum fuit, itaq; paris, qui & Alexander dicitur, priami filius, recte dardanius dicitur, Is autem cum adhuc a matre gestaretur, futuri excidij troiæ indicium tulit. Nam visus est matri facem ardentem in ore gestare, vnde tota incenderetur ciuitas, quod visum cum priamo marito suo reuelasset, iussit paruum occidi, sed miseratione seruatus syluis expositus est, vbi pastor œnonem nympham amauit donec fortissimus pugil cum hectore congressus, & ab indignante, q̃ ab eo superatus esset pene occisus, & tandem agnitus, promissam a venere prædam abstulit mycenis helenam menelai coniugem, cuius raptum secutum est troianum excidium. Pallas quas condidit, &c. Cum contentio esset inter pallada, seu mineruam, & neptunum, vter ciuitati iam ab eis constructæ, aut instauratæ nomen daret, eo peruenit, vt vter produceret pulchriorem fœtum & reip. magis vtilem ciuitatem de se nominaret. Neptunus ergo ratus equum maxime commodum: q̃ & paci & bello prodesset percussa terra tridente, equum produxit, minerua equum esse belli indicẽ, vnde viso equo exclamat anchises. iii. æneí. Bello armantur equi, bellum o terra hospita portas: & sciens oliuã esse significatiuam pacis, & summe medicinalem, eam produxit, quam ciues sibi commodiorem rati, voluerunt, vt ab ea: q̃ græce athena dicitur, athenæ denominarentur. Cætera mancinellus explanauit. Prima regula est. Eheu absolute ponitur, hei cum nominatiuo, & frequentius cum accusatiuo, heus, quod est vocandi aduerbium, cum vocatiuo. Primi, vt hic, Eheu quid volui misero mihi. Et eclo. tertia. Eheu q̃ pingui macer est mihi taurus in aruo, Secundi, vt secundo æneí. Hei mihi qualis, &c. Tertij. vt eiusdem sexto. Heu pietas, heu prisca fides, &c. & alibi. Heu stirpem inuisam. Quarti. vt eiusdem primo. Heus iuuenes monstrate, &c. Secunda. Quia relatiuum sine antecedente construi nequit, oportet antecedens post rectum sæpe præconstrui, vt hic, quenq; sua voluptas trahit.

Paris q̃ fuerit

Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci.
Et sol crescentes decedens duplicat umbras.
Me tamen urit amor, quis enim modus adsit amori?
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus.
Viminibus, mollíq; paras detexere iunco.
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

ASCEN.

¶ Aspice aratra, &c. Aut ad se, aut ad puerum loquitur. Si ad se, sensus est, aspice infelix corydon, quo decidisti, cum ardoris tui nullum sit refrigerium, & ita stulte amans te, & tua perdis, proinde hoc vnum est remedium, vt sicut clauus clauo retunditur, ita amore nouo veterem expellas, vnde inuenies alium: si te hic fastidit alexis, quia vt dicit Ouidius: Successore nouo vincitur omnis amans. Si ad puerum sit principium vsq; ad illud, Ah corydon, corydõ, sensus est, si vis scire, quo modo te sequar alexi, & q̃ ardenter amem, aspice, quia cum boues aratorij domum redeunt, ego ardore amoris inflammor. Et hic sensus placet, quia si ad se loqueretur, diceret, Te tamen vrit amor.

Amoris remedia

Aggredere o mag. &c. Secundũ comẽtarios Augustũ affatur, meo tamẽ iudicio puerũ recens natũ augusti fortassis filiũ alloquitur, nam Augustus iam magnos, scilicet diuinos honores adierat. vnde dictum est, tuus iã regnat Apollo, quo circa ne citra necessitatem ad diuersos ex abrupto dirigatur oratio placet ad eundem conferre: vt sit quia in fatis est ea tẽpora pperare: o diuine puer aggredere magnos honores, q2 tempus a pcis prædefinitum iam aderit, ad cuius felicitatem futuram exultant omnia, quæ præsentium malorum põdere pmũtur. Optat igitur poeta sibi tãtũ vitæ dari, vt possit aliquãdo eius inclyta gesta carminibus prosequi, quia si id det, nullo poetæ cedere vellet, non quia plus artis q̃ illi haberet: sed quia copiosius, atq; vberius, longeq; clarius subiectũ, seu argumentũ, nam scripturarum dignitas sæpe ab argumento desumitur. Secundus versus huius lectionis est spondaicus, hoc est spondeum pedem (vt Hora. dicit) stabilem. ex duabus scilicet lõgis constantem in quinto loco habens, cuius ea lex est, vt pcedẽs pes, qui quartus est, dactylus sit, & sentẽtia ipsa põdus, ac grauitate habeat, vt hic magnum Iouis incrementum, & .ij. ænei, Constitit, atq; oculis phrygia agmina circumspexit, Ordo est O cara soboles deum. i. deoꝶ progenies. magnum incrementum, idest secundum Seruium nutrimentum Iouis: aut potius magnum incrementum: idest augmentum Iouis, idest generis, aut progeniei eius, vt sit sensus, q2 progenies Iouis multũ incrementi ex Augusti, aut illius pueri natiuitate acceperit. Ex hoc Iouis, Nam Augustus a Iulio cæsare adoptatus hũc puerum, vt dixi, adoptauit. Iulius autẽ ab Iulo æneæ filio genus, & nomen traxit, vnde est illud ænei. j. Iulius a magno demissum nomen Iulo. Aeneas autem ab Anchise, & Venere pcreatus est, sed Anchises a dardano Iouis ex electra filio processit, venus autem ab Ioue ex Dione genita est, Ad magnã ergo gloriã processit generatio Iouis, dum ad hunc vsq; puerum pducta est, vnde dicit, o cara soboles deum: appositiue magnum incrementum. Iouis, aggredere magnos, idest diuinos honores, tempus, scilicet constitutum a Parcis, aderit iam idest prope diẽ. Aspice mundum nutantem, idest vacillantem pondere scilicet malorum præsentium: aut exultantem lætitia bonorum futurorum. conuexo, idest in humeros eius deuoluto, & aspice terras, & tractus, idest regiones maris, & cœlum profundum idest aerem, qui profundus respectu cœli, aut etiam cœlũ: qđ profundum est, idest procul a fundo, sup. nutãtia cõuexo pondere, & aspice. vt. i. qualiter omnia: sup. hæc pdicta. lætentur. i. exultent seclo futuro, idest de felicitate seculi, qđ imminere vi dẽt. O. i. vtinã, vltima ps vitæ maneat mihi tã lõgæ, & vtinam spũs maneat mihi, tñ sup. vel vtinã spũs. i. mẽs diuina, & spũs poeticus sup. sit mihi tãtus. quãtũ sat. i. satis erit dicere. i. ornate prosequi, tua facta, idest inclyta facinora tua, quæ res, si sup. mihi erit, Non sup. quisquã vincet me carminibus. Aut legamus sine subauditiõe (q2 vt in regulis. dicemus, duæ, aut plures negationes debite positæ nõ plus efficiunt, q̃ vna) non me vincet carminibus nec orpheus vates ille præclarissimus Thracius. i. ex Thracia oriundus, nec Linus. i. alter diuinus vates: sup. vincit me carminibus quãuis mater. s. calliopea musa adsit, idest auxilio sit, huic idest alteri eorum, videlicet orphi. pro orpheo & quãuis pater. s. formosus Apollo adsit huic. s. Lino. Aut sic quãuis mater adsit huic. s. pus dicto, & pater adsit huic scilicet posterius dicto, quod declarat dicẽs quãuis. Calliopea musa mater orphei, adsit orphi. & q̃uis formosus Apollo pater Lini adsit Lino. Si pan deus ille Arcadiæ, & princeps musicorum (q2 vt dictum est. Pan primus calamos cera coniungere plures instituit) certet mecum ẽt Arcadia iudice. idest iudicante, quæ tamẽ deo suo faueret, tam ẽ Pan dicat se uictum. s. a me tua facta canente. etiã Arcadia iudice, quasi dicat, tanta erit gestorum tuorum gloria, vt etiã ab humili poeta descripta omnem poesim exuperent. Multa hic notatu digna sunt, quorum nõ pauca a Mancinello explicantur. Regula pma est, Spondaicus versus dactylũ in quarto loco, & sententiæ põdus aut loquẽtis lãguidũ animum efflagitat. Põdus vt hic, & i illo a Persio adducto. Sic costã longo subducimus apẽnino, Languorẽ vt in pus citato, Cõstitit. &c. Secũda, q3 particula a vergilio fere cõis ponit, vt hic, terrasq;, tractusq;, &c. q2 si pductas positione dixeris propter. tr. in sequentis dictionis pncipio posita, quã m̃ positionem non omnes approbant, adducas illud tertij æneidos. Liminaq; laurusq; dei, totusq; moueri, Mons circũ, &c. Tertia, Cõiũctio enclitica, vt, q3: ve, ne, quoties posteriori parti coniungẽdæ adhæret, posteriori ẽt adhærere vult, Itaq; semper in fine interdũ etiã in medio, nunq̃ in principio poni vult E diuerso, & n nũq̃ in fine, semper in medio, interdũ etiã in pñcipio ponetur vnde dices, tu, puerq; tuus, aut tuq; puer q; tuus, non tuq; puer tuus, nec q3, tu, puerq; tuus. Itẽ tu & puer tuus, aut & tu, & puer tuus, nõ aũt, & tu puer tuus, &c.

ASCEN.

Spõdaicus versus q sit

Ordo.

Duæ negationũ effectus

Regulæ grãmaticales

Quarta, quę est Vallensis. Tres aliquando negationes non plus efficiunt quam duæ, collatione ipsa dictionum id efficiente, vt nunquam mihi nec offuisti, nec profuisti, vbi principalis negatio nō posset in fine poni sic, nec offuisti, nec profuisti mihi nunquam, nā sic dicendū esset vnquā. Et hic nō me vincet, nec Thracius Orpheus, nec linus, &c. bene dicitur, sed si diceretur, nec orpheus, nec linus non vincet me, male diceret. Auferenda enim esset negatio: sic nec orpheus, nec linus vincet me. Quinta Græca in eus apud nos sæpe exeunt in es longum, vnde obliquos nūc ab eus nūc ab es deductos inuenimus, vt odysseus, latine dicit vlysses, vnde in genitiuo vlysseis. sed vlyssi reperitur pro vlyssei per sineresim, quasi ab nominatiuo vlysseis. sic & Achilles achilli, quia græce achilleus dicitur, & hic in datiuo orphi a nominatiuo orphes, aut græcus est datiuus per sineresim, prolatiuo.

eit, Scripsitq; teste eodem hermodoro mundi generationem, solis item & lunæ cursus: animalium q;, & fructuum generationes, atq; in primo sui operis carmine cuncta simul nata dixit. Adsit faueat. Orphi datiuus est græcus, nam latinus est orpheo, de quo etiam Phocas & Priscianus. Pan etiam, de hoc in Alexi. dictum est, q fistulam primus inuenerit. Redit autem ad rustica numina, ne penitus videret bucolici carminis modum excessisse. Arcadia iudice: hoc ait, quoniam hunc deum Arcades colunt de quo multa Macro. lib. 1. sat. est & ibi mons Lycæus, in quo Iouis lycæi delubrum, quem & pana volunt esse. De arcadia autem plene legito Strabo. lib. vii.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parue puer, qui non risere parentes.
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

ASCEN. ¶ Incipe parue puer. Finis huius eclogæ sane q difficilis est vsq; adeo, vt non sit facile sit bonam sententiam cum grammaticorum ordine excerpere, Nam Seruianam interpretationem quidam explodunt, vt Angelus politianus capite. lxxxix. miscellaneorum: cuius verba sunt in Bucolicis. Vergilianis, hi duo sic versiculi leguntur, Incipe parue puer, cui non risere parentes. Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est, quos *Politiani expositio* enarrans Seruius, haud inceleber grammaticus, & veram lectionem, quod eius pace dixerim, contaminat, & fabulam sibi ex parte, commodoq; suo confingit contra omnem veterum authoritatem. Neq; n. cui, sed qui legendum hoc est non casu datiuo, singularique numero. sed plurali nominatiuo quicq; vtrobiq; apud veteres eadem vox, iisdemq; notata literis. sicut in primo Quintiliani de institutione oratoria non oscitans lector inueniet, ex quo etiam nunc versiculus in. vii. Valerii Flacci Argonauticon li. Curaq; cui profuga forsan tenet alta carina, Et annum inquit iste versiculus, cui retinet, non qui, tam: scilicet in vetustissimo codice, de quo reliqui fluxere, q in his quoq; per uulgatoribus, quod autem dicimus, qui legendum non cui, docet idem Quintilianus in. ix. figuram esse declarans hic in numero, sic vt plurali singularis subiugat. Ex illis. n. inquit, Qui non risere hūc non dignata. Quis autem dubitet: quin de Vergilianæ lectionis incolumitate Quintiliano credendum sit potius q Seruio, præsertim, qui manū quoq; vergilii citet, aliquis ciceronis, Quo circa manifestum est, qd diximus mendose locum a Seruio adduci. Fabulam autem sibi eundem ex proposito, commodoq; finxisse, quis non videat, cum nusq obid præcipitatū fuisse vulcanum legamus, qm deformis natus, quiq; ei non Iuno arriserit. Etenim poeta Ho. ob id ait, q matri contra iouem patrem suppetias tulerit, Natus. n. ex Ioue & Iunone secundū Homerū Vulcanus, licet ex Iunone sola fingat Hesiodus in theogonia. sicut ex solo Ioue minerua dicitur. ἀστε/τόρα a Theocrito vocatur in enigmatio, cui, βωμὸς inscriptio. quare parentes ad Iouem, Iunonemq; vix satis etiam propriæ referentur. Sed & illud sane quā frigide. Ser. idem q neq; admissum ad epulas deorum Vulcanum dicit, neq; diuinos honores meruisse: quem Varro etiam inter selectos deos numerat septimum. Tum ne processerit quidem velisto pacto, quod molitur Seruius, qm nō ob id ait præcipitatum, q haud riserit, sed q ipsi haud arrisum. Viderimus, vtrū ne ipse mox credibiliora suspicere, certe iā Seruius verissimis reuincitur. Et qdē sic ego legerim, sic enarrauerim. Parētes Salonini pueri, de quo nunc agitur vt sit parentes vocandi casus hunc, qui non risere, neq; deus mensa dignatus: neq; dea cubili, hoc est nec Genius: nec Iuno vitalibus auris dignum putauere hunc ex illis, qui non risere: vt sit figurate dictum, Quintiliano teste. pro eo quod est hunc, qui non risit: vel qui e numero est eorū qui non risere. Credebatur enim habere quisq; suum deum, suamq; deam, hoc est suum genium, suamq; Iunonem vitæ præsides. Hos igitur indicauit Maro Catexochen. Mēsa enim Genio conuenit vt funde merum Genio. Iunoni lectus. Quod Iunius quoq; Philargyrius docet. hunc ipsum ita interpretās locum. Poetis inquit nobilibus editis in atrio Iunonis lucinæ lectus ponitur Herculis mensura. Sed & apud Varronem lectum est, imitari pueros Educe, & Potine, & Cube diuredendi, potandi, & cubandi, vbi primum a lacte, & cunis transferunt, Qui in Varronis authoritatem Donatus in Phormionē Terentianum adducens, etiam hunc ipsum citauit Maronis versiculum, atq; idem Probum quoq; retulit adnotasse mensa igitur, & lectus argumenta vitalitatis, quod initio ipsis adhiberentur. Cæterū habet homo suam sibi ridē. di proprietatem. Qui vero nō rideat ei qui pōt esse vita vitalis? vt ait Ennius, Deum vero, deāq; ad has referre Varronis, Educam potinā. cubāq; nequeas, q hæ fœminæ omnes, vt Augu. ēt in. vi. lib, de ciui. dei declarauit. Sed nec ad pilūnū ratione pari, & pilūnum coniugales deos: quibus vt ait, Varronem scribere Martia. in. ii. libro de vita patrum, natus, si erat vitalis, simul ab obstetrice fuerat sublatus, & in terra stratus, vt esse rectus auspicaretur, sternere etiam in ædibus lectum consueuerunt. Restat igitur vt quod de Genio & Iunone diximus authoritatum quoq; tibicinibus fulciaē. Plynius itaq; naturalis hystoriæ primo. Cū singuli *Geniū iunonē q; cur antiq dederet* inquit ex semetipsis totidem deos faciant Genios, iunonesq; adoptādo sibi. Seneca epistolar ad Luciliū vndeuigesimo, ita tū ait hoc seponas volo, vt memineris maiores nostros, qui crediderit Stoicos fuisse, singulis enim Geniū & Iunonem dederūt. vn̄ arbitror Iuuena Et per Iunonem (inquit) domini iurate ministro. Hoc enim reprehendit satyricus poeta, q non p Genium sed p Iunonem domini minister iuraret videlicet more muliebri. Quocirca sic illa apud Petronium arbitrum quā illa loquiē. Iunonem meā iratā habeā, si vnq̄ me meminerim virgine fuisse. Nā infans cū paribus inquinata sum, & subinde prodeūtibus

MANC. ¶ Risu mandat ad id, qd factū est: & naturaliter ostendit, q sicut maiores sermone cognoscuntur ita infantes risu se indicant agnoscere: Ergo incipe parentibus arridere, & spe boni, omnis detrahe solicitudinem: vt ipsi tibi arrideant. Matri n. decem menses attulerunt longa fastidia: alii abstulerint legūt, vt sit sensus, Si riseris, abstulerint matri tuæ decē mēses lōga fastidia Nec deus hūc mē. dea nec dig. cubili. sicut Vulcano cōtigit q cū pp deformitatem minime sibi Iuno arrisisset, a Ioue, præcipitatus est in Lēnū insulam, atq; illic nutritus. & cū Ioui fulmina fabricasset nō eēt admissus ad epulas deorum, postea cū rogaret, vt vel Mineruæ coniugiū sortiretur spretus ab ea est. Vn̄ diuinos honores nō meruit, ad quos per cōuiuium numinum, aut per coniunctionē venit dearum: Hinc Iunoni agit Aeolus gratias: q per eius beneficium diuinos honores meruerit, vt Tu das epulis me accumbere diuum
¶ Incipe parue puer. ad Saloninum reuertitur, exhortans illū vt matri arrideat, sic enī lætitia ducta, mater labores omnes & tedia decem mensium obliuisceretur, eritq; etiam omen optimum Scribit Ply. lib. vii. ca. xvi. risisse eodem die, quo genitus esset: vnum accepimus hominem Zoroastem. eidem cerebrum ita palpitasse, vt impositam repelleret manū futuræ præsagio scientiæ. Risu cognoscere matrem, solent enim infantes visa, & cognita matre ridere, ille autem nec cognouit, nec risit vnq̄ quoniam paulopost ortum obiit. Tulerint abstulerint, si riseris, nam vitæ longioris omen esset. Decem menses gignit homo incerto spatio, alius septimo mense, alius octauo, & vsq; ad initia decimi vndecimiq;. Inuēta etiā, quæ & mēsibus. xiii partum tulerit, author Ply li. vii. Gellius itē plurima li. iii c. xvi. Incipe pue puer ordo est. Incipe pue puer risu cognoscē mrē. Incipe parue puer, matri decem menses tulerunt longa fastidia. Cui nō risere parentes. Ordo est. hunc c. n r. p nec deus, est dignatus mensa, nec dea est dignata cubili In oib⁹ fere textibus, cui legitur. Quin. tamen li. ix. vbi de figuris verbor meminit: qui per q non cui per c hoc in loco legendum innuit ait enim sic, Est figura, & in numero, vel quum singulari pluralis subiūgitur, gladio pugnacissima gens Romani, gens enī ex multis. vel ex diuerso. Qui nō risere parentes, nec deus, hunc mensa: dea nec dignata cubili est Ex illis enim, qui non risere, hunc dea non dignata, ordo igitur talis erit, O parentes, hūc ex illis, qui non risere nec deus est dignatus mensa, nec dea est dignata cubili. Quibus verbis innuit Maro illum esse defunctum, cuiq; enim suus deus, & sua dea vitæ præsides dantur hoc est suus Genius, suaq; Iuno. mensa autem Genio conuenit. Iunoni lectus, sed horum neutro ille potius est, ergo obire coactus pueris autem nobilibus editis in atrio Iunonis, lucinæ lectus ponebatur Herculis mensura, & Seneca epistola. ii. lib. xx. scri. maiores nostros singulis & Genium & Iunonem dedisse. *Superstitio antiquorum*

annia

anniam aioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiã puto natũ puerbium illud, vt dicunt, posset tau rũ tollere, q vitulũ sustulerit. Cæterũ, si detur modo, nõ iniquã plane a nobis peragi rephensionem, labascereq; iã comentum istud Seruianũ qd ante q; talia pdebamus pro indubitato obtinuerat. Reliqua in mediũ, ne nobis blandiamur, liberã opinationis relinquemus. Hæc ille. E qbus patet, q; difficilis sit hic locus, q q; de Salonino intelligendũ sit, qd vt in superioribus dixi, mihi nõ placet, vel vt obmissis ambagibus sniam nram paucis explicemus. Quia & Augusto: & Pollioni, & puero nato blãditus est poeta, ne matrẽ pteriisse culpet in eius assentationẽ inuitat puer ad arridẽdũ nisi aut infer ad arridẽdũ puero. Nã dupliciter itelligi: q puer risu agnosceret matrem, aut q; ipse rideret, sui q; mater. Præterea quidam legunt tulerint, & tamen grauius vitĩ legunt, tulerunt: dicentes secundam corripi præter naturam, vt significetur subita longi doloris fuga, & correptio. sicut subitus, inquiunt horror significatus est in versiculo. ij. æneid. Obstupui, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit, in correptione, videlicet mediæ syllabæ illius verbi steterunt. Constructio igitur dupliciter, primo sic. O parue puer. s. Marcelle, aut Salonine incipe cognoscere risu, idest dum rides matrem, & si hoc feceris: decem menses tulerint. idest cito transegerint matri lõga fastidia, aut si hoc facies, decem mẽses tulerunt, idest iam transegerunt celerrime matri lõga fastidia: aut sic. O parue puer incipe cognoscere matrem risu, scilicet tuo, quia decem menses tulerunt, idest attulerunt matri longa fastidia, quæ abierint: si arriseris. incipe inquam puer cognoscere matrem risu. idest illi arridendo, vt tibi rursum arrideat, q; nec deus, scilicet genius dignatus est mensa hunc, cui non risere parentes, nec dea, scilicet Iuno cubili. Secundo modo sic. O parue puer incipe cognoscere matrem risu, scilicet mutuo, dum tu illi, & illa tibi ridet. nam cum in cassum loquatur: mater infanti ridet, quod autem rideat docet, quia decem menses tulerunt, idest cito abstulerunt matri longa fastidia, idest vt dicunt nauseam, & ægritudinem animi omnia fastidientis præ tedio. O parue puer incipe inquam, deinde quasi volens solicitare parentes. vt inducant puerũ ad risum conuerso sermone ad eos dicit, O parentes facite sup. vt rideat, quia nec deus. s. Genius dignatus est hunc, supple eorum, qui risere mensa, nec dea, scilicet Iuno cubili. i. vitalis nõ fuit, quisquis alienus natus est a risu, sicut Marcello contigisse videtur ex eo quod dicet. vi. ænei. Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu, & paulopost. Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra: &c. Quasi ergo Verg. nunc admonere velit octauiam Augusti sororem, vt omen illud, & indicium breuis vitæ, quod frons tristis pertendit, auertat risu, dicit o parentes facite, vt puer rideat, quia quisquis est deorum, q non risere, nec deus hũc mensa, dea nec dignata cubili est. Et hic sensus videtur Quintiliani, cui & Pollitianus assentitur, nec dissentit Mancinellus, vt vidimus. ℂ Regula est. Dignor verbum commune in actiuæ quidem significatione accusatiuum cum ablatiuo regit: in passiua duos ablatiuos, alterum mediante a vel ab, vt deus dignatus est hunc mensa, Item ænei. primo. non equidem tali me dignor honore. Secundi vt ænei. iij, Coniugio Anchisa veneris dignate superbo, scilicet ab Ioue.

Regula gramaticalis ASCEn.

ℂ Argumentum Ascensianum in quintam eclogam quæ Daphnis inscribitur.

Quinta canit cæsum crudeli funere Daphnin.
Mutuaq; ob meritum commendat dona ferentes.

Quinta canit. &c. In quinta ecloga principaliter canit nænia, idest funebre, atq; exegale carmẽ Daphnidis, p quẽ nõ dissõe cæsar itelligit. tãersi. Daphnis apud theocritũ quoq; dñcat a thyrside Sũt aũt q canũt iter se amici Menalcas, & Mopsus sibi inuicẽ cedẽtes, & mutuis honoribus & muneribus donãtes, q̃ res nõ absurde mõet Augustũ, vt p Daphnidis. i. cæsaris funebri carmine pmiũ canẽtibus retribuat. ℂ Ordo versiculorum nostrorum est. Quinta sup. eclo. cãit Daphnĩ. s. pastorem optimum, per quẽ itelligitur Cæsar impator maximus, cæsum. i. occisum vulnere crudeli. i. a crudelibus videlicet, qbus aliqñ pepcerat. i. lato. & cõmẽdat. i. laudat Menalcã. s. & mopsum pastores amicos inter se ferẽtes. s. pferẽtes mutua dona. i. munera: ob meritũ. i. q; sic mereri visi sunt. Ea aũt vr intẽtio poetæ. vt amicitiæ legem: quæ vult, vt sibi mutuo cedant & beneficia conferant, & defunctum defleant explicet, & ad præmium conferendum Augustum honeste commoneat.

Ordo



P. Verg. Maronis Daphnis, quæ est ecloga. V.
Interloquuntur Menalcas & Mopsus amici.

ME.

Cur non Mopse, boni quoniam cõuenimus ambo.
Tu calamos inflare leues, ego dicere uersus.
Hic Corylis mistas inter consedimus ulmos. Mop.
Tu maior, tibi me est æquum parere Menalca
Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras.
Siue antro potius succedimus, aspice ut antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis.

SERVI. Cur nõ mopse boni, duo amici pastores iducūtur, canere ad delectationē, vñ iuicē se laudāt, & iuicē cedūt, Boni, doctí. Ordo est, cur nõ ꝯsedimus īter vlmos mixtas corylis, vt canam⁹, inter qꝫ postposita, mutat accētū. Siue sub icertas, ostēdit se qdē obtēperaturū, & tñ demōstrat, qđ sibi placeat. Nā cōparat vmbrā stabilē antri cū icertis vmbris arbox, vicē suā sniāꝫ eē meliorē. Incertas, & pp mobilitatē vētox, & ēt pp solis cursum.

MANC. Cur nõ Mopse. Thyrsis ætnæus pastor in p̄ma Theocriti ecloga, Daphnis obitū deflet. illum Maro noster hoc ēt loco. vt assolet imitatus est Ambo boni. tu bonus inflare leues calamos Ego bonus dicere. v. labrusca vitis syluestris.

ASCEn. Cur nõ Mopse boni, &c. Inducunt duo pastores vt dixi, inter se amici Menalcas maior, & Mopsus minor decore cedens, & obsequēs maiori, ro . i ecloga actiua est: nā nusq̄ poeta loqt, dicit ergo Menalcas puerum Mopsum opportune laudās apertitacanēdi (nā laudari optāt pueri, laudataq; virtus crescit: & immēsum gloria calcar hēt) o Mopse, qm̄ nos pitim musica ꝯuenimus ambo, cur nõ ꝯsedimus . i. locū cepimus ēt hic inter vlmos mixtas corylis, vt melius concinamus? Ad qđ Mopsus Menalca inqt cū sis maior: tuū est præ. re, & prius locū capere. meū sequi, te quocunq̄ ieris, siue sub vmbras, q̄ tñ incertæ sunt, siue potius sub antrū, qđ tā amœnū est, nā labruscis exornat. ¶ Ordo est. O Mopse (inqt Menalcas) quoniā nos ambo boni . i. docti, & periti, tu sup. bonus, hoc est doctus inflare calamos leues . i. graciles, ego sup. bonus, & doctus dicere . i. ad dicendū versus, cõuenimus . i. simul iā venimus (est enim p̄teriti tēporis) hoc est quoniā ꝯgregati sumus, cur nõ ꝯsedimus . i. iā et locū ad sedēdū cepimus. (Est enim etiā p̄teriti tp̄is ꝯsedimus, siue a confido, siue a consideo, nā in p̄sentia confido esset confidimus: quomodo versus staret, & sententia: & a consideo consedimus, quod metri ratio damnat, cur inquā nõ consedimus, aut consulimus hic inter vlmos mixtas corylis . i. sub vmbrā amœnā, & ita vmbra laudat. Ad qđ mopsus. Tu inqt o menalca es maior . i. senior, & p̄uectior. ꝯ̄o o Menalca æquū ē me parē . i. obedire, & obtēperare tibi. Est aūt moralis sententia. vñ Iuuena. sat. xiij. de p̄scis loquēs inqt: Credebant hoc grāde nefas & morte piādū, Si iuuenis vetulo nõ assurrexerit, & barbato cuicunq;, puer licet ipse videret. Plura domi farra, & maiores glād . acervos, Tā venerabile erat p̄cedere quatuor annis, &c. æquū ergo est me parere . i. vt parēā tibi, siue nos succedimus sub vmbras icertas . i. dubias, & istabiles, & hoc zephyris . i. vētis illis verno tēpore flare solitis, motātib⁹ . i. freqnter mouētibus . s. ramos arbox, quos vmbra sequīt, siue nos succedimus potius . i. cū maiori cōmodo antro . s. ad antrū hoc, aspice . i. vide, vt . i. q̄liter labrusca syluestris . i. vitis inculta in labris . i. extremitatibus agrox spōte nascēs, sparsit . i. sparsum ornauit antrū racemis raris, p quod innuit, & amœnū esse sub antrum concedere, & triste sub vmbras incertas, qꝫ vmbrax titubatio, & frequēs mutatio memoriæ cantūtum officeret, & per absentiā vmbrarum etiā sol ingrueret. ¶ Regula est. multa verba repetita, cum qua componuntur præpositione præpositionis casum regunt, quæ si non repetanī, datiuum regāt vt hic succedimus sub vmbras, & antro, idest sub antrum. De prolepsi, quæ est in principio, nos conuenimus ambo boni, tu inflare calamos, ego dicere versus. alibi dedimus regulam.

Labrusca qd sit

Regula grammaticalis

Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas. Me.
Quid, si idem certet Phœbum superare canendo? Mo.
Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes. Me.
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
Incipe, pascentes seruabit Tityrus hœdos.
Immo hæc in uiridi nuper quæ cortice fagi Mo.
Carmina descripsi, & modulans alterna notaui.
Experiar, tu deinde iubeto certet Amyntas.
Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ. Me.
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer, successimus antro.

ASCEn. ¶ Montibus in nris. Inter eūdū ad antrū iterꝫ cohortat menalcas mopsuꝫ iuniorē, laudās eū prudēter qꝫ sic, vt nõ sibi omnino placeat, nec securus desideat, dicēs montibus in nris solus tibi certat amyntas, hoc est solū amyntā æmulū habes in his regionibus, q tecū audeat ꝯtēdere de laude cātilenæ. Ad qđ mopsus indignatus puerili auiditate laudis. Quid si idē certet phœbū supare canēdo q. d. nunqd ꝓpterea phœbo timendus sit. Qđ intelligēs menalcas, ne ab instituto diuertat, omissa illius purgatione, iterꝫ cohortat dicēs. Incipe Mopse p̄or, &c. qbus verbis tāgit triplicem materiā, q̄ a poetis solet decantari, Amores . s. Phyllidis, q ab amasijs poetis versu elegiaco, & ppꝫ īfelicē exitū a tragicis describi possunt. Laudes Alconis in peritia sagittandi q lyrici carminis materies est. vñ Flaccus in arte. Musa dedit fidibus diuos, puerosq; deox. Et pugilē victorē & equū in certamine p̄mū Fidibus . n. canunt hymni . i. laudes deox, & victox. Et iurgia Codri, q̄ ad heroicū carmē spectāt, nā fortiter obijt ꝓ rep. q̄les ab heroicis laudari, & decātari solēt. Bene ergo ad q̄muis harū triū materiax decātationē cohortat puex. At ille dicit sibi parata esse lōge alia carmina itelligēs de nece Daphnidis, qbus pp argumētū, atq; subiectū: de quo sunt nobilitatē tm̄ tribuit vt nõ dubitet se illis amyntā supasse, vñ insultās quodā mō dicit, tu deinde iubeto certet amyntas, verꝫ menalcas intelligēs stomachū pueri gloriæ cupidi nõdū sedatū, placat eū dicēs, Lēta salix, &c. ¶ Ordo est. Solus amyntas pastor ille æmulus, de quo dictū est, inuidit stultus amyntas. Et hæc eadē, vt sciret, qd nõ faciebat amyntas? vñ nõ dubiū, qn ꝑ amyntā intelligaī q̄spiā poetæ æmulus, certat tibi cōtēdit tecū de laude cātilenax, ī nris mōtib⁹. Ad fictā respicit. Ad qđ mopsus. Quid sup. diceres, si idē . s. amyntas, sꝫ studio nõ notat eū, certet . i. conet supare phœbū . i. p̄ncipē musicox (qꝫ Ver. de musis loquēs dicit, In medio residēs cōplectit oīa phœb⁹. Vñ Flaccus in arte Ne forte pudori sit tibi musa: lyre solers, cātor apollo. Quinetiā s̄m Ply. heroici carmis authorē, nā ipm oraculo debemus). q. d. si forte certet: nõ tm̄ iō supet eū ita nec me supat, licet mecū cōtēdere audet menalcas aūt prudēter dehortās ab æmulatiōe, & ad cātilenā cohortans dicit. Mopse incipe prior . q. d. subsequar, & te iuuabo: sed icipe p̄or . i. ante me (duo . n. sunt) si tu hēs, aut quos . s. aliquos amores Phyllidis . i. argumētū de amoribus, q̄les erāt phyllidis regiæ Thraciæ, aut si hēes sup. aliquas laudes Alconis illius optimi sagittarij . i. argumentum lyricum de laude alicuius artis aut

Ordo.

Phœbus qui sit

SERVI. ¶ Tibi: vsurpatum. Nam hodie dicitur: certo tecum. Quid si idem offensus comparatione inferioris hoc dixit, vnde quis id aspere acceperat, ille poeta mutegat comparatione: Lēta salix. Phyllis, fuit regina Thracum, quæ Demophoontem Thesei Atheniensis regis filium ex troiano bello redeuntem dilexit, & cum nuptias eius peteret: voluit ille domum proficisci res suas compositurus, ac deinde ad nuptias reuersurus, verū cū diutius tardaret, illa, & amoris ipatiēs, & doloris, quia se spretam putaret, & vitam laqueo finiuit, & in amigdalū, sine folijs conuersa est. Sed cum reuersus Demophoon truncū arboris amplecteretur, velut coniugis aduentum sentiret: folia emisit, quæ ab ipsa phyllida, phylla sunt dicta. quæ ante petala dicebanī. Alconis cretēsis est sagittarius: & cum draco eius puerū cōplexus esset adeo sua arte temperauit ictū sagittæ, vt in dracone transfixo consisteret, neq; ad puerum perueniret. Codrus autem Atheniensium dux cum bellum esset cum laconibus, extaretq; oraculum, illos posse vincere, quorum dux in bello caderet. sumpta humili veste iuxta hostilia castra iurgio hostes ita lacessiuit, vt incognitus necareī. In cortice, vbi enim magis scriberet rusticus, Modulans, secundum rhythmum componēs. Alterna, varia propter musicā, quæ varios habet modos ex pedum dissimilitudine. Significat autē se epicedion, aut epitaphium cantaturum. Epicedion est, quod dicitur

Phyllis q̄ fuerit

Codrus q fuerit

tur cadauere nondum sepulto Epitaphion autem post expletam sepulturam dicitur. Salix hæc vilissima est oliuæ comparatione. Saliunca hærba est, quam ozimeticam vulgo vocát. Iudicio nostro, quasi dicat, quid alij sentiant, videris.

MANC. ¶ Quid si idem: ægre ferens Mopsus sibi comparatum fuisse amyntam. hæc ironicos refert. Phyllidis, de hac lege Nasonis epistolam ad demophoonta. Alconis laudes, de hoc Manilius. vbi de sag. ttalib. v. sic ait, Quinetiam ille pater tali sydere eretus. Esse potest, qui serpentem super ora cubantem, Infelix nati, somnumq́ʒ, animamq́ʒ bibentem. Sustinuit misso petere ac prosternere telo. Ars erat esse patrem. vincit natura periclum, Et pariter iuuenem, somnoq́ʒ, & morte leuauit. Iurgia codri: erant inter Athenienses, & dorienses simultatū veteres offensæ: quas vindicaturi bello dorienses, de euentu prælij oracula consuluerunt, responsumq́ʒ est, superiores fore ni regem Atheniensium cecidissent. Quum ventum esset in prælium militibus ante omnia custodia regis Atheniensis præcipitur. Atheniensibus eodem tempore rex Codrus erat, qui & responso dei, & præceptis hostium cognitis, pmutato regio habitu, pannosus sarmenta colligens castra hostium ingreditur ibi in turba obsistentium a milite, qué falce astu conuulnerauerat. interficit. cognito regis corpe, dorienses sine prælio discedunt, atq́ʒ ita Athenienses virtute ducis pro salute patriæ se offeréns, bello liberátur. post Codrus nemo Athenis regnauit. administratio reip. annuis magistratibus pmissa, Hæc oia ex Iustini lib. ij. de hoc etiá aliq̄ in fine lib. j. tusc. qó. Immo. i. potius ista q̄ illa: q̄ tu obtulisti. Immo hæc, Lycidas in. vij. Theocritaii, Incipe simicida puum qd' carmen in altis, pfeci pdes cátabo mótibus. audi, Modulans, canendo cóponens. Alterna, alternatio vł per vices successio, autho:e Fest. Sappho itē ad phaoné carmina sua alterna vocauit. i. alternis numeris succedentia, alterna ergo hic. i. varia. Verg. iiij. Hæc alternáti potior sria visa est: idest varia cogitanti. Lenta salix: offenderat nimis animum amyntæ comparatione, hinc illum placat comparatione psenti. Puniceis, rubicúdis, quasi phœniceis.

Codrus q fuerit

Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin
Flebant, uos Coryli testes, & flumina Nymphis.
Cum complexa sui corpus miserabile nati,
Atq́ʒ deos, atq́ʒ astra uocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neq́ʒ amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesq́ʒ feri, syluæq́ʒ loquuntur.
Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
Instituit, Daphnis thiasos inducere Baccho.
Et folijs lentas intexere mollibus hastas.

SERVI. ¶ Extinctum nymphæ crudeli funere daphnis, hoc loco multi dicút, pastorem quédam simpl'r desleri. Alij allegorice Cæsarem: qui. xxiij. vulneribus a Bruto & Cassio in senatu cæsus est, intelligi volút. Vñ dicit crudeli funere, Alij Quintilium cognatum Verg. de quo Hora. Ergo Quintilium perpetuus sopor vrget. Testes, recte in ieredilibus vtitur testimonio. ná fletum facile psona dearum non recipit. Et bonis vsus est gradibus, fleuerunt nymphæ, qbus naturaliter inest pietas, Hoies ad quos mortis puenit dolor. Pecudes, quæ licet róne carent, nó carent tamé sensu, feræ qui sunt crudeles, sunt itez testimores cóprobanda. Coryli, & flumina testes vsurpatiue dicimus, non enim flumina testes recte dicútur. Sed nec hoc testis hæc testia in eo qd' est hic, & hæc testis dicimus: Vnde p diffónem dicemus, Coryli, & flumina, quæ res erant nubi testes, sic Horatius. Testis metaurum flumen, Propertius, Testis sunt sydera nobis. Astra crudelia, q2 accelerarút Daphnidis mortem. Cóplexa, nam lugétes corpori solent ihærere. Nulla q̄drupes, cómunis generis est. Alibi: Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit, mótes. s. hyperbolice, cum aút apotheosim canit, dat omnibus licétiam. Armenias, aperte de Cæsare dicitur, quum primus Romæ sacra liberi patris instituit.

Testis qúo flectatur

MANC. ¶ Extinctum nymphæ. Maro vt diximus Theocritum imitatus est, & ille obitum Daphnidis defiet in prima ecloga, crediderim tamen Cæsarem hic itelligi qui tribus & xx. plagis cófossus est. C. Cassio. Marco: & Decio Bruto principibus cóspirationis, de quo latius dicemus in fine libri primi Georgico. Illud autem me credere Cæsarem intelligi cogit, q: Daphnis inter deos relatú dicit', qd' & Cæsari euenit, de quo legito Tranquillum, Appianus etiam libro secúdo de Cæsare sic ait, tem pla

aut victoris, aut si habes sup. aliqua iurgia codri. i. qualia codrus rex Atheniensium excitauit, vt pro repu. fortiter oppeteret: hoc est, si habes carmina elegiaca, tragica, lyrica, siue heroica, incipe, q: Tityrus mercenarius noster seruabit. i. custodiet agnos pascétes, Aut ideo dicit, si quos aut Phyllidis, &c. q: quilibet ea libéter canit, quæ ipse habet. vnde Amasius poeta fere amores canit. sed præstat prior expositio, vt hæc pro omnibus inimibus argumentis ponantur. Respondet Mopsus: Immo ego experiar. i. faciam experimentum, & periculū an bene condita sint hæc carmina: quæ ego descripsi nuper in viridi cortice fagi, illius arboris, per quam poetam intelligi dat: qui sub fago dictus est recubuisse, & quæ ego modulás idest cantando cóponens ad modulos, & certas mensuras, alterna. i. alternatim: vt ex varietate dephenderetur ꝯcentus, tu o Menalca iubeto deinde. i. postq̄ ea expertus fuero, vt sup. amyntas certet mecū, sup. q. d. nisi est in eis ppter argumenti nobilitaté artis, & suauitatis, vt etiá æmulus ille se victum fateatur, vnde dicit Menalcas placans eum. Quátum salix lénta, idest flexibilis in paludibus nascens (q: dum solida sit, sane loga est) cedit oliuæ. i. vincitur ab oliua pallenti, scilicet cortice iam vetere, & quantum saliunca, herba illa humilis: idest humi nascens nec multum assurgens, cedit roseis, idest fructibus rosiferis, puniceis, idest rubicundis, tantum cedit tibi amyntas, nostro iudicio, idest quantum nos iudicare possumus, quasi dicat videris tamen, quid alij de te iudicent, quod dicit, ne securitas de victoria negligentem reddat. Sed tu puer, desine plura, supple obloqui, nos successimus antro, idest peruenimus sub antrum, vbi cantare delegisti. ¶ Regula est. Verba ad certamen, aut congressum pertinentia apud Vergilium sæpe cum datiuo cóstruuntur: quæ apud alios fere cū ablatiuo, mediante præpositione, cum construi solent. Vt hic certat tibi, pro tecum, & æneí. j. infelix puer, atq́ʒ impar congressus achilli, idest cum Achille. Et eiusdem. iiij. placido ne etias pugnabis amori, idest cum amore, &c.

Regula grámaticalis

ASCEN. ¶ Extinctum nymphæ: &c. Postq̄ ergo consederant, incipit, Mopsus experiri ea carmina: quæ se descripsisse in cortice fagi prædixerat, quibus defles necem Daphnidis, qui habitus est optimus pastor, intelligens haud dubie Cæsarem, quem, innuit optimum Romanorum imperatorem, & dignitatis romanæ custodem, Atq́ʒ ita matrem Daphnidis, quæ nympha erat allegoricos Romam intelligere possumus: quæ orba tánta prole in luctum concedit. Quod vero post mortem daphnidis, dicit pecudes mœrore cantabuisse, & aura sterilitate, copertinet, vt reipub. iacturam per mortem Cæsaris significet: per quam eius salus sperabatur. Nam post eum libera mansit, sed a triumuiris occupata multis ciuilibus bellis attrita est, nec obstat q: dicturus est, & puer ip e fuit, nam vt ilhe dicas: eius potest esse alius sensus. Quæ vocabula expositionis egent, aut in Seruio, aut in Mancinello declarantur, Sciendū autem est, q: mopsus iunior deflet necem Daphnidis: & Menalcas exultat ob diuinitatem eius, quam per emigrationem: ac transitum ad superos adeptus est. ¶ Ordo est Nymphæ. i. deæ fluminum, fontium, mótium, aut syluarum, sed nympha dicitur etiam sponsa, vnde paranymphus dicitur pronubus, quocirca allegoricos intelligendæ sunt matronæ Romanæ flebant, idest deplorabant, & illachrymabant Daphnim pastorem illum optimum, & pulcherrimum Apollinis: & nymphæ filium allegoricos Cæsarem præstantissimum. s. imperatorem extinctum. i. occisum extincto calore vitali vulnere crudeli. i. crudeliter illato ab ijs, videlicet, quibus ipse pepercerat vos Coryli, & flumina estis, sup. testes. i. phibetis testimonium nymphis (hoc est scitis quá mœstitiá nymphæ inter corylos: & ad flumina, hoc est ad loca secreta, ne ab interfectoribus dephenderent exercuerunt (flebant inquá nymphæ, quum, idest quádo, aut iterea, dum mater complexa. i. inter brachia, vt fit cótinés, corpus nati. i. filij sui Daphnidis, miserabile. i. miseratione dignum vocat, atq́ʒ deos, atq́ʒ astra. i. & deos, & astra, vel tam deos q̄ astra crudelia (id aút solent, qui charissimum quépiam amiserunt. vnde æneas post amissam cóiugem æneí. ij. Qué non incusaui amens hominumq́ʒ, deorumq́ʒ) Nó vlli, & conuertit sermonem ad Daphnim, quasi in consolationem eius, sed videntur mihi hæc carmina sic cóndita esse, quasi sint excogitata ad legé amœbei carminis, procedunt enim per clausulas, quá rem significauit eorum author dicens, & modulás alterna notaui. ¶ Ordo igitur est. O Daphni, vlli sup. bucolici: sen armétarij, non egere, idest egerunt: hoc est minauerunt illis diebus quibus, scilicet te nymphæ, materq́ʒ flebant. boues pastos. s. licet pasti essent: ad flumina frigida, idest ad refrigeratiua, & temperatiua pasturæ vnde grauem iacturam facere poterant q: pasti non ad aquabant, & nulla quadrupes, idest pecus neq́ʒ libauit, idest ér modicé degustauit amnes, idest fluuiú circum nanté, nec attigit herbam graminis: idest fromdérout comam.

Ordo Paranimphus qui dicatur

Ordo

man herbæ vulgaria (Hic iterum tres negationes nõ plus efficiunt q̃ duæ faceret, si dictio nullam in fine poneret, diceret eni sic. neq̧ amne libauit, neq̧ herbã attigit q̃dq̃ upeo ulls, nõ nulla) O Daphni: & mõtes feri. i. in quibus versantur feræ allegoricos pcereo, inuiteo, & duriati, & syluæ. i. syluestres. i. agrestes loquuntur. i. perhibent, & attestantur etiam leones pœnos. i. punicos, qui indati, & ferocissimi sunt, idest ipsos sicarios, qui te trucidauerint ingemuisse. i. multum gemuisse, hoc est multo gemitu prosecutos esse, tuum interitum (Si ad Theocritum respexerimus dixerimus oĩa simpliciter dicta. Nã ille eadem de daphnide fere dicit verũ multa est Maronis ars, q̃ Theocritum imitãdo, istitutum suũ persequi nouit) daphnis & armenias, &c. Incipit, vt dixi, quasi nouum carmen, nec superioribus cõtinuatum, vnde & personam mutat in tertia p/sona, nunc loquens, & si vt Seruius docet, hæc sequentia manifeste de Cæsare dicta sunt, nõ video, cur reliqua de eo dicta negem.

Ordo. ℭ Ordo est. Daphnis instituit. i. primus ordinauit (qđ Cæsar Romæ primus fecit) subiũgere curru. i. subiugare ad currum: & idest etiam armenias. i. hircanas tigres, quæ ferocissimæ sunt, & daphnis istituit inducere, aut daphnis inducere, dio inducebat thyasos, idest saltationes cœlestes bacchi: idest quæ fieri solent in honorem bacchi, & instituit intexere hastas lentas, idest molles thyrsos folijs, idest frondibus mollibus. s. vitium, hoc est pampinis, sic enim vocãtur.

Regula grammaticalis. ℭ Regula est. Nomina quartæ declinationis legitime inflectũtur, si mittant genitiuum in us, & datiuum in u, aut genitiuum in uis, & datiuum in ui, ita vt in eis pares sint syllabæ, At nunc genitiuum in us, & datiuum in ui dumtaxat mouemus, licet veteres illum in tres diuisas syllabas, & tunc in u frequentius inflexerint, vnde est apud comicum anuis causa. Et hic curru subiungere pro currui, vt quidam volunt.

pla illi plurima, veluti deo publicis decretis statuta sunt. Crudeli funere daphnim, Theocritus quoque ait in primo. Diro moritur nam funere Daphnis, obierat autem amore, vnde ait ipse. Efferor ad manes crudeli raptus amore, Dixerat, & sæuo consumptus dolore quieuit. Astra cru. hoc ait, quoniam vt Manilius etiam inquit lib. iiij. Fata quoq̧ & vitas hominũ suspendit ab astris, Sic felix, aut triste venit per singula fatum. Non vlli pastos, hoc ait, quoniã Daphnis ipse in prima Theocriti inquit. Ille ego sum daphnis. cui lætus pascere campis. Cura boues, domitos & duros ducere tauros. Fontibus & liquidis plenas depellere vaccas. Ingemuisse leones. Thyrsis quoq̧ ait in pmo Theocriti, hunc lynces fleuerunt morientẽ, & turba luporum. Fleuissent etiam lybici mihi crede leones. Daphnidis interitum multæ gemuere iuuencæ. Armenias tygres, hæc sunt hyrcaniæ sæuum ferarum genus, vt Mela scribit sunt. autem, Solino teste, distinctæ maculis. immanes, & pernicitate mirabili. Lynces autem & tygres bacchi currum trahunt, vt & Stati. scribit, sed videntur baccho assignari, teste Probo, vt per earum colorem in vino varias esse hominum mentes intelligamus, vel vt per eas sæuitia demonstretur, quod quidam poti infinitam excedunt crudelitatẽ.

Tygris vbi nascatur

Thyasos: Thyasos solatia apud nos & chorea dici potest, quæ quidem baccho exhibebãtur: deducitur autẽ a thyo, qđ est sacrifico, excito, festino, in illius enim sacrificio exerceri consueuerat. Lẽtas hastas: thyrsos dicit, erant enim hastæ quædam pampinis inuolutæ, quas bacchantes in chorea deportabant.

Vitis ut arboribus decori est, ut uitibus uuæ.
Vt gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis.
Tu decus omne tuis. postq̃ te fata tulerunt.
Ipsa Pales agros, atq̧ ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpe quibus mandauimus ordea sulcis.
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Pro molli uiola, pro purpureo Narcisso.
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum folijs, inducite fontibus umbras
Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.
Daphnis ego in syluis, hinc usq̧ ad sydera notus.
Formosi pecoris custos, formosior ipse.

ASCEn. ℭ Vitis vt arboribus decori est. Recitat adhuc carmina sua de daphnidis interitu mopsus, sed vt dixi, varias sententias interserit, ita vt per interualla pnuncianda videantur & q̃si alternatim canẽda. Vtens ergo iuxta exigentiã, & decorẽ bucolici carminis cõparatiõe rerũ agrestiũ, dicit, daphni fuisse decus oĩe atq̧ ornamentũ suis: nõ dicẽs, quibus vt ad Cæsarẽ referri posset, pbat aũt & decus, & salutẽ fuisse aruis & pascuis, quæ eius morte a numinibus suis destituta sunt, p quã rẽ ostẽdit q̃ necessari fuerat daphnidis præsentia, innuẽs damnosissimã reip. fuisse Cæsaris necẽ, cocludẽs aũt carmẽ suũ ponit epitaphium inscribẽdũ tumulo daphnidis. in quo manifesta est allegoria, vt sub ordine dicã, qui talis est. Vt idest queadmodũ. vitis est arboribus. s. vlmis præcipue, quibus maritat̃ i Italia, atq̧ adhæret vitis, decori, idest ad decus: & ornamẽtũ, qđ arboribus sterilibus rusticus nullũ iudicat eẽ. nisi vite sustentet, & vt. i. q̃liter vuæ. i. racemi, aut botri, sunt vitib⁹ decori, & vt tauri idest maiores boues, aut q̃ submissarij, sunt gregibus. s. armẽtorũ (vñ grex generaliter est quorũuis aĩaliũ cõgregatio) decori & vt segetes sunt aruis, idest agris aratis, pĩguibus. i. opimis decori, ita sup. o daphni, es tu tuis. s. amicis, & notis: ac subditis eẽ decus. i. ornamẽtũ. probat: q̃ postq̃ fata tulerũt. i. abstulerũt te, idest postq̃ maiores abstulit nobis te, ipsa pales. i. dea pabulorũ, ac pascuorũ, q̃ ea curare maximopere deberet vñ ipsa & ipse hic emphasim habẽt (atq̧ ipse apollo. s. nominis, hoc est pastoralis (q̃ apollo dicitur pauisse armentũ admeti) reliquit agros. Et ideo, quia sine numinibus erãt, loliũ. i. herba illa nociua, q̃ & zizania dicitur infelix. i. infelicitatẽ, ac pauperiẽ inferẽs colonis, & auenæ steriles. i. exiguæ: & modicæ, aut vanæ, & inanes, ac sterilitatẽ iducẽtes, dominantur sæpe sulcis. i. fissuris aratri, hoc est vi sua oppressis melioribus satis oriunt in illis sulcis, quibus mãdauimus. i. credidimus: & cõmisimus, q̃si ad vsurã, vt plus reddãt q̃ acceperint, hordea. i. frumenta illa grãdia. i. magna respectu auenæ (Nõ mirũ sit, si ordea frumentũ dico, q̃ generali appellatiõe oĩa semina, q̃bus fruimur frumẽta vocant, licet galli re ptritico accipiũt (Et carduus. i. tribulus: & herba spinosa, & paliurus. i. frutex ille acutis spinis. s. hñs acutas spinas, aut paliurus surgit: sup. cum acutis spinis suis p molli viola, & p narcisso purpureo. i. coloris, h̃ est loco violæ: & narcissi, seu vbi violæ & narcissi surgẽ deberẽt Spargite, & c. Inceptat iterũ aliud carmẽ inuitãs pastores ad mollem sepulturã daphnidi extruẽdã: quã ad beatitudinẽ defunctorũ ptinere stulta credidit gentilitas, vñ est illud persianũ. Assensere viri nũc nõ cinis ille poetæ, Felix nõ leuior cyppus, nũc imprimit ossa. Laudãt[?] nunc nõ e manibus illis. Nũc non e tumulo, fortunataq̧ fauilla, Nascent violæ. Et illud Iuuena. Dij maiorũ vmbris tenuẽ, & sine põdere, terrã, Spirãtesq̧ crocos, & in vrna ppetuũ ver. Qui præceptorẽ sancti voluere parentis, esse loco. Et Martia. Si tibi terra leuis: mollisq̧ tegaris arena. Tibullus aũt e cõtrario p maledicto imprecat dicens. O tu qui venerẽ docuisti vẽdere primus. Quisq̧s es infelix vrgeat ossa lapis.

Fruměta quæ dicã tur

Ordo. ℭ Ordo igit est. O pastores spargite. i. coopite spargẽdo humũ. i. terrã, folijs. i. frõdibus arborũ, aut folijs florum inducite fontibus vmbras. i. facite lucũ circũ fontes, q̃ daph nis

SERVI. ℭ Vitis, vt locus ex Theocrito. Apollo. s. noĩs. i. pastoralis. Pales, Dea pabulorũ. q. d. nec pabula nascunt: nec pecora. Infelix inutile, & infœcũdum. Sterilis, fm situm Italiæ. Nam in hac alia fructuosæ sunt, hæc aũt ostendunt, terram quoq̧ dolere daphnidis mortẽ. Paliurus herba est aspera & spinosa. Spargite, vt spargit tellus lachrymis. Inducite fontibus vmbras: facite nemora circa fontes, q̃ heroum aĩæ habitãt, vel in fontibus, vel in nemoribus: vt lucis habitamus opacis, riparũq̧ toros: & . p. r. r. Carmen de duobus dixit. Nã & alibi de vno, vt Et rem carmine signo Aeneas hæc de danais victoribus arma, syluis aũt dicit, hinc vsq̧ ad sydera. Formosi pecoris custos, si ad Cæsarẽ referas, est bõi populi optimus imperator.

Paliurus quid

MANC. Pales quæ sit ℭ Pales, vt Naso, & Fest. ait, dicebatur pastorũ dea, cuius festa parilia dicebantur, q̃ pro partu pecoris eidem sacra fiebãt de hac latius. iiij. Georgico. Apollo, apud Amphrysum thessaliæ fluuium Apollo admeti regis armẽta iussus seruiendi cõtumelia. x. annis luere temeritatẽ, qua Cyclopas perdiderat, qui fulmẽ fecerãt, quia indignabat eo percussum æsculapiũ filium, author est Probus, quare autem id dictum fuerit. lib. iiij. Geor. aperiemus. Infelix lolium, & nocens: & infelicitatẽ apportans. Est enim vnum e vitijs, & morbis frugum nocet etiã oculis, hic ait Naso fasto. i. Et careant lolijs oculos vitiãtibus agri. Theophrastus autẽ. lib. viij. scribit, q̃ nullum ex seminibus corruptum mutari in aliud aptum est. præter q̃ triticum, atq̧ hordeũ, quæ mutari in lolium asserunt, Steriles auenæ. i. inanes & vanæ, Verg. lib. i. Geor. Expectata seges vanis elusit auenis. Inueniuntur enim auenæ quædam inanes inueniuntur steriles, quæ quidẽ pro iumentis seruntur. Steriles, itẽ dixit, idest sterilitatẽ causantes. ait nanq̧ in primo Georgi. Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ, vtq̧ Ply. inquit lib. xviij. primum omnium frumenti vitium auena est. & hordeum in ea degenerat. Narcisso, de violis, & narcisso superius dictum est. Carduus hic lolio, & caule spinoso lãugines habet, & seuit ne: &

Lolium quid sit

ne, & radice nasci potest. Ply. lib. xxj. Paliurus: Theophrastus lib. i. scribit paliurum fruticem esse, & libro. vi. indicat paliurũ in armis tantum habere aculeos, meminit item latius libro, xij. a quo eq dẽ Plynius accepit, q̃d de paliuro scribit libro. xiij.

nia mandat talia fieri sibi, & facite sup. daphnidi tumulum. i. sepulturam habentem tumorem, tantum enim erigitur terra quantum est, quod imponitur corpus, & superaddite tumulo carmen. i. inscriptionem, ac epitaphium sequens, Ego sup. q hic sepelior, sum daphnis notus in sylvis, idest in locis sylve/

stribus aut in omnium rerum congerie: hinc idest ab hoc loco: vsq; ad sydera, ipse, idest ego. qui sui custos pecoris formosi formosior supple eo, idest boni populi optimus imperator. Et hoc si ad Cæsarem referatur. Ad quod aptum est vocabulum illud in sylvis. Nam sylvæ dicuntur, ab hyle secundum quosdam, accipitur nonnunquam pro horoscopo. vnde allegorico sictus volunt, Cui mater media sese tulit obvia sylva. Itaq; Cæsar diceret se in primordijs rerum notum.

Tale tuum carmen nobis diuine poeta. ME.
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solum æquiparas, sed uoce magistrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hæc quocunq; modo tibi nostra uicissim
Dicemus, Daphninq; tuum tollemus ad astra.
Daphnin ad astra feremus, amauit nos quoq; daphnis
An quicq̃ nobis tali sit munere maius? Mo.
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
Iampridem Stimicon laudauit carmina nobis.

SERVI. ¶ Quale sopor. i. qualis res est sopor, vt dulce satis humor. Nec calamis solũ, vt allegoria ad Theocritũ, & Verg. respice/re. Hinc est. Tu nũc eris alter ab illo, Quocũq; modo, p vt possumus. Tollemus ad astra, pollicet se dicturũ apotheosim. Tali munere, si amicũ laudaueris. Puer. intellige mõ Daphnim. Nã Cæsar maioris ætatis cæsus est. Iãpridem. q. d. frustra extenuas dicẽdo, quocunq; modo. Nam scio esse optima.

MANC. ¶ Tu nunc eris alter ab illo. De theocrito intelligere non absurdum est, nam reuera Maronis magister fuit hoc in opere, vt etiam passim ostẽdimus. In grãmatica vero Parthenio præceptore in græcis vsus est, authore Macrobio lib. vi. Et puer ipse fuit Thyrsis itẽ ait in prima Thea. O miser infelixq; puer, & in sexto Thea. inquit. Daphnis erat mentum prima lanugine tectus. Candidus isuetum, propter hoc de Cæsare itelligere possumus. Licet multa secundum Theocritum ipsi daphnidi referã/tur, vt ostendimus.

Huc ipsi potum uenient per prata iuuenci.
Hic uiridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, eq; sacra resonant examina quercu.
Quid facerẽ? neq; ego Alcippen, nec Phyllida hẽbam.
Depulsos a lacte domi quæ clauderet agnos.
Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere uersibus ambo
Cœpere: alternos musæ meminisse uolebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis

SERVI.

FOrte sub argu. Pene Theocriti ecloga est, ná & ipsas trástulit, & multa ex aliis ad eá cõgessit. Arguta, canora, stridula: alibi breuis, vt argutũ caput Daphnis diuinũ iducit: q: Mercurii filius est, ná qđ dicit, cap tibi saluus, & hædi, q̃ si diuinat. Cõpulerátq; greges, Copellere pꝑe est diuersa: vel diuersoꝝ generꝝ aĩalia eodẽ cogẽ. Arcades. i. q̃ si piti. vt arcades putares: & Mátuani erát. Et cátare pares, & re. pa. q pñt & 9tinuũ carmẽ dicere, hoc. n. est cátare: vt extinctũ daphnin, & amœbeũ referre. vt Ertne, ph. a. Desen. a fri. alii simplr̃ acceperũt dũ myrtos tego, ne frigus exurat. Alii quia tũc æstas erat, dicũt desen. fri & tego 9 frigus futuꝝ, alii dũ defendo. dũ defensaculũ paro in myrtos a fri, i. q̃ situ sine fri. vẽdicát. n. pastores sibi aliq̃ loca pp frigus futuꝝ. Vir. gr. Abusiue: nátm in hoie dicimus virꝝ. sic. Ho & olentis vxores mariti. acyrologia est. Cap. t. s. & h. vel q: in capro spes est hædoꝝ, vñ itelligimus istũ & hædos pdidisse, q̃q̃ nesciret & illũ, vt diuinũ sciuisse potuit tñ scire, s; leuius dánũ cõparatione maioris cõtẽpsisse. Cessare potes, si potes aliqđ tibi ociũ psuadẽ. Alloqtur. n. amátẽ laboris, Ipsi. i. spõte sua, itelligimus aũt istũ pter gregẽ capellaꝝ iuuẽcos habuisse peculiares, vel ipsi referam⁹ ad hædos & caprum, vt per prata iuuẽci. Mĩciũ fluuiũ itelligamus. q Venetiæ est Alcippen. p. amicas itelligamus cátantiũ. i. nõ hẽbá alcippẽ, vt ille nec phil, vt alter, Certamẽ corydon. vt ille certamẽ cũ illo, vt magna 9tẽtio est cũ Cice. Verg. Mea seria necessitatẽ capri ingrẽdi. Ludo, cantilenæ, vt Ludẽ quæ vellẽ ca. pmisit agresti. alternis igit. Queadmodũ supra: & rñdere parati. Volebát, si volebát, sensus est, musæ vtriusq; meminerát, vt aniát alterna camœnæ, alii legũt volebá, & ẽ sensus, Optabá, o musæ alternos. i. oĩa q̃ dixerunt, tenere. Ná in fine dicet Hæc memini. Referebat. amœbei carminis lege.

Vir quis dicatur,

MANC.

¶ Forte sub ar. Verg. imitat⁹ est hoc loco. vt alibi Theocritum ipsum in eclo. vi. vbi Daphnis: & Damœtas amici: polyphemi amorem i galateá vicissim canũt. sed tũ deuicit neuter. neuter supatus abiit. hic Xo Thyrsis vincitur. Incipit aũt theocritus sic. Cõpulerát pecudes daphnis formosus i vnũ, Damœtasq; ambo dulces emittere cátus Edocti, alternasq; patiq; reddẽ voces ambo florẽtes ætate, &c. arguta sonora a frigore. i. frigido vẽto, solẽt. n. martio mẽse potissimũ, & aprilis initio, germina virere, qđ fere áno quoq; meis quibusdá eueis arborib⁹ accidit. Id aũt sic exponẽdũ, qm̃ tũc teneræ sunt myrtus, pp qđ vere id actũ eẽ, accipim⁹, nõ æstu, quo duræ myrt⁹, vñ ait inferius. Solstitiũ pecori defendite, iá venit æstas Torrida, iá læto turgẽti palmite gemmæ. Cõtra, ex opposito, cessare: vacaf ab labore. Reqesce. sub. vm. solet. n. q̃q; martii tpe, & aprilis sol esse

Mincius vbi locoꝝ

eẽ calidior. nã ver ẽ Mincꝰ. flu. ẽ. q pterfluit Mãtuã, de quo ſuperiꝰ ẽt. Viridis cærule⁹, q̃ ẽt arũdines efficiũt foliorũ copia ſacra, Ioui. ſ. examina, hæc. n. martio mẽſe incipiũt alueos exire & arboribus inhærere. Corydon, p corydoni dixit p antiptoſin. Poſthabui: poſtpoſui, ſeria. ſ. grauia, & triſtia, hoc eſt ẽ miſſum caprũ, ſeriũ, triſte, & q̃ſi ſine riſu dr, authore Mar. Ludo. ioco, & cãtilenæ alternis, p alternanim, alternos, viciſſim, & alternatim vtriuſq;, Meminiſſe recordari.

Nymphæ, noſter amor, Libethrides. aut mihi carmen,
Quale meo Codro, concedite, proxima Phœbi
Verſibus ille facit, aut ſi non poſſumus omnes.
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.
Paſtores Edera creſcentem ornate poetam. Thyr.
Arcades, inuidia rumpantur ut ilia Codro.
Aut ſi ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne uati noceat mala lingua futuro.

SERVI. ¶ Lybethrides, lybethros fons, vbi colũtur muſæ, dixit aũt nymphas, q: ſm Var. eædẽ ſunt nymphæ, & muſæ nec immerito, nã aquæ motus muſicã efficit. Varro tres tñ muſas nũciat. Vnã, quæ ex aquæ naſcit motu, alterã, quæ aeris ictu ꝯficit ſonos. Tertiã: quæ mera tñ voce ꝯſiſtit, multi hic p daphni Auguſtũ, p Cory. Ver. allegorice itelligũt, p thyrſim, q vincit obtrectatorẽ Vergilij: ſiue mœuiũ, ſiue anſerẽ Poetas. ſi nõ. p. o. ſm illud, nõ oia poſſumus oẽs, nã debuit dicere. ſi ego nõ poſſum. ſacra. ſ. mſi deorũ. Creſcẽtẽ nõ iam poetam, ſed naſcẽtẽ, vt modeſte de ſe loqtur, exprimit aũt carmẽ amœbeũ. Nã cũ Cory. petiſſet, vt eſſet codri ſilis: hic ſe adeo Codrum ſuperare dixit, vt in ſe eius inuidiã poſſit mouere. Hedera aũt coronant poetæ, q̃ſi Libero ꝯſecrati, q etiã vt bacchus iſaniunt, Hora. Vt male ſanos aſcripſit ſatyris, fauniſq; poetas, vel vt hedera ſemp viret, ſic carmina æternitatẽ merẽtur. Vltra placitum idest nimis irriſorie vltra q̃ placeo, & mereor: Mala lingua. Faſcinatoria, nocendi ſcilicet ſtudio.

MANC. ¶ Nymphæ, muſas ipſas nymphas appellat, & Stra. li. x. ſer. Thracas fuiſſe boetiæ accolas, q libethridũ nymphaꝝ antrum ꝯſecrauẽt. ſeri. itẽ libethrũ quẽdã fuiſſe Thraciæ locũ, vbi muſæ cultæ ſunt. Libethrides libethra fons eſt i magneſia, regiõ qdẽ thessaliæ adiuncta, vt ſcri. Ply. li. iiij. Theſſaliæ itẽ boetia iuncta eſt. Soli. inqt. Sed ne tranſeamus pſidium poetaꝝ, fons libethrus & ipſe magneſiæ eſt. Nõ. p. o. ſup. carmina facere, p xima verſibus phœbi, vñ Codrus. Hedera. de baccatus in pollione, vbi etiam de bacchare. Mala lingua, de faſcino lege in Palæmone. Vltra placitum, vltra æquum.

Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus. Co.
Et ramoſa Mycon uiuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.
Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis Th.
Expectare ſat eſt, cuſtos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

SERVI. ¶ Mycon, vel eius filius vl' pſonus. Viuacis. Nã, vt ait Ply. cũ ſe cerui ætate grauatos cernũt, ſpẽtes reqrũt, vt eos flatu ad ſe tractos cũ comederint, reuertantur rurſus in ætatẽ porem. Propriũ, vt talia faciat carmina, q̃lia Codrus, Tota: nã ſolent pleriq; caput tñ, vel thoraca facẽ. Cothurno: i ſingulari vſus eſt, q: hoc genus calciamẽti aptũ eſt vtriq; pedi, ſic ẽt in æneide, dicere cothurno dixit. Sinũ. Sinus genus vaſis: cuius pria pducitur. Cũ vero gremium ſigt, corripitur, eſt ẽt hĩc diuerſa pſonaꝝ. Nã ille ſupra cũ veneratione locutus eſt apud numẽ ſeuerum, hic vero iocatur, q: alloqtur numen qd' iocis gaudet. Priapus aũt deus lampſacenus helleſponti, qui hortos tuet. Liba placẽtas. Pro tpe, p neceſſitate. Si fœ. gre. ſ. ſi tot agnos habuero, quot oues. Fœtura. n. eſt prouẽtus. i. ipſe fœtus.

Sinus qd ſit.

Fœtura quid ſit.

MANC. ¶ Tibi ſup. vouit vel tradit, ac tuo tẽplo affiget. Viuacis cerui: vita ceruis in ꝯfeſſo lõga, vt inqt Ply. li. viij. poſt cẽtũ ãnos aliqbus captis cũ torqbus aureis q̃s Alexã. magnus addiderat adoptis iã cute in magna obeſitate. Ramoſa cornua, cornua mares hñt, indiciaq; ætatis in illis gerũt, ſingulis annis adijciẽtibus ramos, vſq; ad ſexẽnes ab eo tpe ſilia reuiuiſcũt nec põt ætas diſcerni. Ply. li. viij. Si pprũ hoc fuerit, pprũ. i. puatũ mihi, nec ad alios ptinẽs, hoc. ſ. vt carmẽ, q̃le Codrus côponẽ, Ad id aũt Dianã iuocat: q: in bucolicũ carmẽ Dianæ mãte debet tertium conformari proximiori conſtructibili. proximus autẽ eſt, qd' pcedit, aut imediatius ſeqtur, vt caper tibi ſaluus, & hædi. Illic autem. Cõpulerantq; greges. Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas. Prolepſis eſt.

ASCEn. ¶ Nymphæ noſter amor. Quaternis verſibus cõtẽdunt, vt in damœta binis, incipiens itaq; corydon facit quandam ſuo carunculaꝝ ad muſas petẽs ſibi tale carmen donari, quale codro donauerint: aut minans ſe non amplius cantaturum, ſed ad pinum fiſtulam cum arte ſuſpenſurum. Solent enim q iquamo exercitatione emeritos ſe ſignificare volunt, neq; illaꝝ amplius exercere illius arma hoc eſt inſtrumẽta ad tolum, ac poſtem numinis quod illi præeſt pendere vt pueri prætextaꝝ laribus puellæ puppam veneri. pugiles, ceſtus polluci. bellatores ſcutum, & enſem herculi, nautæ remum & contum neptuno, muſici autem fiſtulam, aut lyram muſis. Per hoc autẽ præfert corydon fiduciam codro æquari poſſe, ſi enim dubitaret non ſe ad artis comiſſionẽ aſtringeret. Ad hoc reſpõdet Thyrſis, & contrarium, & plus dicens, atq; ita legem ſeruans. Cõtrarium quidem dicens, quia corydon optauit codro amicoꝝ æquari. hic autem cum ad inuidiam prouocare cõtẽdit. Plus autem quia ſic codrum ſuperare vult, vt præ inuidia diſrumpatur, Significat præterea ſe & dignum hedera, & inuidia, cõtra quam vult baccare cingi.

Ordo. ¶ Ordo eſt. O nymphæ libethrides. i. o muſæ libethrum fontem in magneſia frequentare ſolitæ: appoſitorie noſter amor, idest quæ eſtis vnicum deſideriũ ſola voluptas, & peculiares deliciæ noſtræ, aut concedite mihi carmẽ, ſup. tale, quale ſupple conceditis codro meo, ſcilicet amico. Ille enim facit, ſupple carmina proxima verſibus phœbi. i. accedentia q̃ proxime ad artem apollinis, qui pnceps heroicis carminis eſt (vnde in arte flaccus. Lyræ ſolers: & cantor apollo, &c.) Aut ſi non omnes poſſumus, ſup. tale carmen facere: quia poetæ naſci cenſentur, eſtq; poetica ars, per quam paucis data, mea fiſtula arguta: idest ſonora, aut repræhenſa, & deuicta, pendebit, hic ſup. de pinu ſacra, idest ꝯſecrata matri deũ. Ad quod Thyrſis etiam in hoc plus dicens, q: non minuocat: vt poeta ſit, ſed ſe iam poetam quidem eſſe: verũ ne immodeſte id dicat, adhuc creſcentem reſpondet. O paſtores arcades, qui. ſ. vt alibi dicetur, ſoli periti eſtis cantare, & ita pro merito queũs hedera donare poteſtis, ac ſcitis ornare poetã. ſ. me videlicet Thyrſim, & creſcentem. i. ſurgentem, & nõdum cõſummatũ hedera. ita vt ilia rumpant codro inuidia. i. præ inuidia, quia videbit ſe a me ſuperatum. Aut ſi tanta: ſup. erit mihi in cantilenis gloria, vt inuidiam gloria ſuperauero, & ita ipſe laudarit vltra placitum. i. inuitus cum deſamare non audeat, cingite vati. ſ. mihi frontem bacchare. i. illa herba, quæ valet contra faſcinum, ne lingua mala. i. nociua, & faſcinatoria, noceat mihi vati futuro. hoc eſt, ſi forte me coactus laudauerit cõtra placitũ ſuũ: & tñ liuorem diſſimulauerit, ne lingua eius me faſcinet, cingite frõtẽ bacchare, Hæc potior ſnĩa viſa eſt q̃ vt dicã, cõtra placitũ. i. vltra æquum. ſic. n. nõ plus diceret. ſed minus contra legẽ.

Regula grãmaticalis ¶ Regula eſt, efficiens naturalis ſæpe regitur a verbo in ablatiuo ſine ppoſitione, vt rumpor inuidia rubeo pudore. algeo pauore. taceo pudore, &c.

ASCEn. ¶ Setoſi caput hoc apri, &c. A muſaꝝ inuocatione ad paſtorale numẽ laudãdum trãſit, ad dianã videlicet, quæ q: venatrix canibus: quoꝝ paſtoribus ſumma cura eſt, pficitur, vñ in Damœta. Notior, vt iã ſit canibus nõ delia noſtris. Dicit aũt myconẽ pueꝝ ſuũ dianæ iam nũc afferre caput apri: & cornua cerui, q bus ſe venationi deditũ, & eius deditũ ſignificat, pollicetur q; ei, vt apollinis ſorori, ſi carmina: qualia codrus, hoc eſt, pxis phœbeis facere poſſit, ſtatuã marmoreã facere eum ctã, q: venatrix eſt ſuris cothurno purpureo, ad qd' thyrſis in ſilĩ plus dicens rñdet, ſe iã priapum marmoreũ feciſſe, factuꝝ aũt aureũ, q: ergo plus eſt feciſſe, q̃ factuꝝ eſſe, & plus aureũ q̃ marmoreum. nimiꝝ plus dicit.

Ordo. ¶ Ordo eſt. O delia. i. diana venatrix ãn apollinẽ, ſed ex eadẽ matre, eodẽq; puerperio in delo inſula genita, paruus mycon. i. puer meus humilis (niſi idẽ ſit, q & corydon) ſup. offert, ac dicat tibi, hoc caput apri ſetoſi, idest ſetis multis, qd' feritatis ſignũ eſt, obſin, & hæc cornua ramoſa. i. multis ramis ornata, vſq;. n. ad ſextum annũ dicũt vnũ accreſcere, & iõ hñ dicit. cerui viuacis, aut q: oẽs diu viuunt, aut q: pcipue diu vixerit, vñ munera ſua prudẽter commẽdat, p̃, q: hic dicit, ſe aut pueꝝ ſuũ puum, quo ſignificat ſe velle maiora dare, ſi poſſet, deinde q: caput, & cornua, q̃ a venatoribus aſſeruari ſolent, in laudẽ, & gloriã, tñ q: caput apri quod difficile acqſitu eſt, & potiſſimũ ſetoſi. i. adulti iã, & ferocis. Tum q: viuacis cerui, & nouiſſimo, q: ramoſa, vt annoſum ſignificet ceruũ, & ita fugæ peritum fuiſſe, & aprum ferocitate munitum, a difficultate ergo munera ſua cõmendat. addit aũt. ſi hoc. ſ. facere carmina, q̃lia Codrus (niſi ad artẽ venãdi referas) Nõ. n. ab Diana vr expectanda ars poetica, & ptereã vt ſuperioribus cñdet, nõ minoris facit hẽc, pprũ venandi ſtu

dium. quam faciendi carminis peritiam, fuerit proprium .i. mibi peculiariter datum. vt, scilicet solus tali carmine, aut tali venandi arte excellam, tu stabis .i. erigeris in statua, tota de marmore leui, idest leuigato, & polito euincta suras, idest habens eusctas suras, cothurno, idest alto calciamento geminum tenus fere protenso, puniceo, idest purpurei coloris, eo autem, gaudet venatores. Vnde aenei. primo Venus Venatrici similis dicit. Virginibus tyrijs mos est gestare pharetram, purpureoque alte suras vincire cothurno. ad haec Thyrsis, O priape, idest deus orator (quem forte inuocat, quia hedera. & baccare cingi cupiebat, quae in hortis nascunt.) sat .i. satis est, te expectare quotannis .i. singulis annis a nobis sinum, idest vas mulctrale (sitellam per diminutionem vocant) lactis, & haec liba .i. placentas, quia tu es custos pauperis horti. q. d. si plura possem plura darem. Nos fecimus nunc te marmoreum pro tempore .i. iuxta egestatem nostram in qua sumus hoc tempore, at, idest sed si foetura, idest propagatio: & educatio, suppleuerit .i. aequerit gregem ita vt singulae nires singulam prolem educet, tu esto .i. iubeo. vt tu sis, ex aureus .i. solo auro formatus, Potest et dianam tanque bucolici praesidem inuocare.

ASCEn. ¶ Nerine, &c. post vtrunque numen, et musices, & venationis, quarum pastores studiosi. proxima cura est amicae, quam nunc Corydon inuitat, praecaturque, vt vesperi ad se veniat. Idem fere respondet Thyrsis. sed plus dicit, quia se vehementius amare, vt pote, qui nequeat ad vesperam vsque amorem differe, nec nihil contrarij interserit, quia cum ille de dulcibus, hic de amaris loquitur. Itaque adhuc vtcunque legem seruat. ¶ Ordo est. O galathea Nerine .i. nerei filia (est enim patronymicum in ne) existens mibi dulcior thymo hyblae .i. nato ad hyblam oppidum siciliae vbi propter eius copiam fragrantissimi mellis plurimum est existens etiam candidior cygnis, idest oloribus, cum enim sit quasi lactis dea, per lac significatur albedinem cygnorum superare, & cum sit dea, addere splendorem, & formosior alba hedera, quae geminis in fructu simillima est, Dum primum, idest vbi primum, vel vt primum. tauri pasti repetent, idest iterum petent, et adibunt praesepia, venito suple. ad me, si qua, idest aliqua cura tui corydonis, habet, idest tenet, & occupat te. Ad quod thyrsis. Immo ego videar, idest volo, vt videar tibi, non vrsim amarior herbis sardois: idest quae nascuntur in sardinia, et horridior, idest asperior rusco, idest herba illa horridissima: et vilior, idest abiectior alga proiecta, idest herbis: aut iniecta a procellis ad littus appulsis, & proiectis, si haec lux, idest hic dies, quo Nerinen expecto, quae mibi noctem promisit, non sit, idest non videatur mibi longior toto anno, o iuuenci pasti, idest qui iamdudum satis pasti estis. ite domum, ite inquam, si quis, idest aliquis pudor est vobis: idest si quicque verecundiae vltra pastum pasti, Et ita monet iuuencos, vt domum abeant, quo possit amica potiri, ac frui quam se ille patienter expectare: significauit.

Ordo

consecratum scribunt. Nam vt Diodorus ait, tradidit daphnin Dianae fistula, et cantu bucolico apprime oblectasse. Suras, Sura est posterior pars tibiae. Puniceo rubicundo quasi phoeniceo. Cothurnos cothurni sunt calciamentorum genera venatorum, quibus crura etiam muniuntur, cuius calciamenti effigies est in simulacris liberi, et Dianae Prob. author. sinum lactis, sinum vas est sinuosum. vt scribit Marcel. sinum autem vas vinarium grande, teste Varro. Liba sunt placentae: de faere, & melle: & oleo sacris aptae. dicta vero liba, teste Varrone, quod libarent: priusquam essent cocta. Cato autem cap. lxxv. docet latius, quo pacto libum fieret. Priape, hic deus non solum in vrbium templis, sed in agrestibus quoque locis tanquam vinearum, atque hortorum custos colebatur fructuum fures castigans, et sacra cum risu: et ludo fiebant, fabulantur antiqui Dionysij, ac veneris filium fuisse, asseruntque nonnulli priscos illos, quum vellent boium pudenda occultius notare, priapum dixisse. Diod. author li. v. Foetura .i. genitura ex ouium prouentu.

Nerine Galathea thymo mihi dulcior hyblae. **Co.**
Candidior cycnis, edera formosior alba.
Cum primum pasti repetent praesepia tauri.
Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito.
Immo ego Sardois uideat tibi amarior herbis. **Th.**
Horridior rusco, proiecta uilior alga.
Si mihi non haec lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.

SERVI. ¶ Galathea, Quae mibi talis est, qualis fuit Galathea polyphemo Nerinae, Graecum patronymicum foemininum, quod desinit aut in as, vt pelias, aut in eis, vt atreis, aut in ne, vt nerine, adrastine, Thimo hy. vel odore hyblaei Thymi. vel melle hyblaeo vt a materia rem dicat. Thymus enim apibus, non hominibus dulcis est. Alba, quia est etiam nigra Edera: sed vtraque ex ligno, non ex frondibus dignoscitur. Tui cory. Plenus affectus, illud, si quis amatae tangit honos. Sardois: In Sardinia Sardoa herba nascitur apiastri similis. Haec ora hominum rictus in dolore contrahit, vt velut, ridentes moriantur, Ite domum, iuuenci auidissime pascuntur, & ideo increpat, quod tarde redeant.

MANC. ¶ Nerine, Nerei filia, de quo superius. Thymo etiam supra patuit. Hyblae, vide in Tityro. Edera alba: non propter lignum alba Edera dicitur, & nigra, sed propter folia, & semen: est enim alia fructu tantum candida, alia & folia, arbores autem necat candida, omnemque succum auferendo tanta crassitudine augetur, vt ipsa arbor fiat, brachia sibi maxime ramosa, ac robusta. Ply. lib. xvj. Sardois herbis, herba sardinia: quae in fluuijs prouenit iusto largior, si edulio fuerit vescentibus neruos contrahit, rictu ora deducit, vt qui mortem oppetunt, veluti ridentium facie intereant Soli. author, Rusco: Ruscum herba est sponte nascens, qua in cibis vtuntur pleraeque gentes: Plynius libro vigesimoprimo Alga, marina herba tenuissima.

Ruscum quid sit

ASCEn. ¶ Muscosi fontes, &c. Tandem ad gregem suum respicit Corydon comprecans, ne calore suo aestiuali conficiatur allegoricos thyrsim ei vsque amores taxans, quippe qui se impatientissimum significauit, et totum ardere, a quorum ardore se, et suos defendi precatur Corydon, Contra quod thyrsis respondet contrarium. & plus. Contrarium quidem, quia cum ille de calore locutus sit, hic de frigore loquitur, plus autem, quia cum ille se defendi precetur: hic se defensum gloriatur, ac si munitum, vt ne officere quidem possit. Nondum ergo victus est. ¶ Ordo autem est. O fontes muscosi, idest musco tecti, cum sitis in vmbris. & herba mollior somno, vos inquam & viridis arbutus, quae vos tegit, idest cum viridi arbuto, qua teguntur, defendite .i. arcete, pecori, idest a pecore meo, solstitium, idest calorem solstitialem: & qui est in solstitio aestiuali, quia aestas torrida: idest omnia torrens, aut quae a sole torrentur. venit iam: quia gemmae: idest grossi, & propaginis nodi turgent. idest inflantur & exitum quaerunt, iam in palmite (quod signum futurae aestatis etiam saluator noster dedit) Respondet Thyrsis, hic suple, est focus: idest locus ad ignem fouendum aptus, & tedae. idest ligna picis: ac resinae plena, vnde pingues dicit sunt hic, scilicet ad ignem extruendum apta materies, hic est semper plurimus ignis, & postes sunt hic nigri assidua: idest continua fuligine, idest nigredine pinguis fumi, nos curamus, idest consideramus, aut timemus hic tantum, idest in tantum duntaxat frigora boreae illius venti septentrionalis, de quo in Georgi. & boreae penetrabile frigus adurit, quantum, aut lupus curat numerum, aut flumina torrentia, idest abundantia, et eleuata timoribus aquarum, curant, sup. ripas, quod nihil est.

Ordo

Muscosi fontes, & somno mollior herba. **Co.**
Et quae uos rara uiridis tegit arbutus umbra.
Solstitium pecori defendite, iam uenit aestas
Torrida, iam laeto turgent in palmite gemmae.
Hic focus, & tedae pingues, hic plurimus ignis **Thyr.**
Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreae curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

SERVI. ¶ Muscosi, lanugine viri conspersi. Arbutus, arbor est frondibus raris. Iam ve. Non est, sed aduentat, nam adhuc turgent gemmae, in palmitibus vitis. Pingues Desudantes picem. Aut nume. lu. Quia solum praedas considerat.

MANC. ¶ Muscosi, lanuginosi. Et somno mollior herba .i. iocundior somno. Solstitium. solstitia duo sunt, brumale, & aestiuum. Nono cal. ianua. brumale solstitium est. Aestiuum vero. viij. c. vij. & vj. cal. Iulias, in quo fauonius, & calor author est. Colu. li. vij. ca. ij. plura etiam Ply. li. xviij. cap. xli. Defendite .i. auertite, atque depellite. Nam vt Gel. sen. li. viij. ca. j. Offendere proprie, & latine significat incurrere in aliquid: & incidere. Defendere vero auertere atque depellere. Hic Quinti. Clau. ait a pinis hostes defendebar facillime, Aestas, ea incipit. vij. idus may. Autumnus. vij. idus sextilis, hyems. iiij idus nouembris. Ver. Vij. idus februarij. Varro li. j. de re rusti. author. Id laeto palmite, palmes dictus vt Festus ait, quod in modum palmae virgulas quasi digitos edit, est autem, vt ait, vitis materis mollis: quod per nouella brachia emissus fructus affert propterea laeto palmite poeta dixit. Gemmae, hae oculi vitis dicuntur per metaphoram .i. translationem, quae teste Fabio lib. viij. copiam auget sermonis

Offendo quid sit

get sermonis pmittēdo mutuari, quæ non habet, vnde necessitate rustici dicunt gemmas in vitibus, quid enim dicerent aliud. Tedæ. Teda resinam fert, vnde succo est abundantior flammis, ac luminis sacrorum etiam grata, ply. lib. xvi. Focus. Varro scribit focos dictos, quod foueat ignes, quicquid autem ignem fouet, focus vocatur, seu ara sit, siue qd aliud in que ignis fouet. Sunt qui dicant a græco phos, quod est ignis, seu lux: seu lumen. Postes, a post dicti videntur, quod post fores stant. Pass. Torrentia, Impetuose æstuantia.

Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. — Co.
Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.
Omnia nunc rident, at si formosus Alexis
Montibus his abeat, uideas & flumina sicca.
Aret ager, uitio moriens sitit aeris herba. — Th.
Liber pampineas inuidit collibus umbras.
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne uirebit
Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.

SERVI. ¶ Stant, plenæ sunt, alias horrent, vt stant lumina flāma. hirsutæ ad huc inter suos echinos positæ. Rident, læta sunt, vt mixtaque ridēti colocasia fundet achanto. Hora. ille terrarum mihi præter omnis angulus ridet. Flumina sicca. hyperbolice, quod continuo fluentes aquæ siccentur, Vitio aeris, pestilentia corrupti aeris affligitur. Inuidit vmbras, inuideo tibi illā rem dicimus: vt Te ne inquit miserādæ puer. cū læta veniret, Inuidit fortuna mihi. Vir. nunquam pāpinos in fœ. ge. pfert, sed Varro frequēter. Iupiter, & l. d. p. i. sic alibi. Coniugis in gremiū lætæ descendit. Aer enim in pluuias soluitur.

MANC. ¶ Stāt, plenæ sunt inqt Nonius hoc loco sisenna, cœlū caligine fiat. Iuniperi, iuniperus aūt cætera oīa excalefacit, extēuat cedro similis: accēsa serpētes fugat, semē stomachi, pectoris, lateris doloribus vtile, tusses concoquit, illitū tumores sistit, Ply. li. xxiiij. Iupiter & læto descēdet plurimus imbri. iup. i. aer, is .n. Iupiter est, vt dixit. Ennius, quē græci vocāt aerem. qui ventus est, & nubes imber postea, sic enim Varro docet. descendet autem in terram læto imbri, idest fœcunda pluuia.

Populus Alcidæ gratissima, uitis Iaccho. — Co.
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos, illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus uincet corylos, nec laurea Phœbi.
Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis. — Thy.
Populus in fluuiis, abies in montibus altis.
Sæpius at si me Lycida formosa reuisas.
Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis.
Hæc memini, & uictum frustra cōtendere Thyrsim. — Me.
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

SERVI. ¶ Fraxinus, ita erūt pulchræ hæ arbores i suis locis natæ, vt tu ad me venire sæpius curaueris. Ex illo cory. cory. est tpe nobis, victor nobilis supra oēs quā rē qñ rustic⁹ iplere nō potuit.

PRO. Alcides vñ dictus. ¶ Popul⁹ alcidæ. g. Alcides Hercules ab alcæo auo. siue ἀπὸ τῆς ἀλκῆς. i. fortitudine Pindarus initio Alcidē noiatum post ea Her. dicit ab Hera, quā Iunonē dicimus, quod eius ope ipsius opinionē famāque virtutis sit cōsequutus. In huius tutela popul⁹, Liberi vites, Veneris aūt myrtus. Physici Herculē ps dicūt interptātes, ideoque populū ei adsignari allegorice, vt quia bicolor sit, partes tēporis accipere possimus. i. noctis, atque diei.

MANC. Phœbus vñ dictus. ¶ Populus. de hac lege Ply. lib. xvj. & lib. xxiij est aūt populus in tutela Herculis, q, vt aiunt, ad inferos iens populeia fronde se coronauit. Alcidæ. i. Herculi, fuerat. n. Alcæus Amphitrionis pr̃, vt Euripides ostēdit, a quo Hercules ipse Alcides dicit, Iaccho, de hoc superius patuit. Laurea, laurus ipsa. Phœbo. phœbus dicit lucidus, vel purus: quasi phobios, a phos, & bios. i. lux vitæ, epitheton est Apollinis, vsi legit. Mihi phœbus Apollo prædixit, Est nobis Corydon: ac si diceret dulcis, cantus. vel dulcis cantor. Corydos enim auis dulce canit', vti quant dicitur etiam Corydalos.

ASCEN. ¶ Stant & iuniperi, &c. Corydon hic, vt eundem cēseas, qui se in secunda Alexim adamare confessus est in gratiā Alexidis dicit omnia eius psentia plena esse, atque læta quæ eius absentia, & inania: & arida mœrore fiant. Cōtra Thyrsis dicit oīa tristia, atque arida esse, sed aduentu Phyllidis amicæ suæ læta atque plena fore, in qua re pro parte vincitur, quia licet contrarium dicit, non tamen plus immo minus est quod futurum pmittitur, q quod præsens est, nec tam efficax est ratio mali q̃ boni. ¶ Ordo est. Et. i. simul iuniperi. a. frutices illi, quarum acinis vescuntur ficedulæ, stāt. i. plenæ sunt, vt saccus turgidus, & castaneæ hirsutæ. i. quæ in calicibus hirsutis nascuntur, stāt, sup. (Est autem spondaicus artificij plenus, nā iuxta regulas, prius positam spondeum pcedit dactylus, & pōdus est in sententijs: ac languor quodāmodo in arboribus, quæ pondere fatiscunt. Nec abijcitur vltima vocalis in castaneæ propter aspirationem vim literæ obtinentem) & poma. i. fructus arborū, quæcunque mollem corticem habent iacent strata passim. i. per aliquid interualli, sub arbore quæque sua. idest ppria. s. ipsi arbori, est autem sua nominatiui casus, quia corripitur. Omnia rident: idest lætitiam præ se ferunt, nunc quia. s. alexis adest, At. i. sed si formosus Alexis abeat his mōtibus. i. descedat hinc tu videas. i. quilibet videre possit, & i. ēt flumina sicca, Ad hoc thyrsis ager aret. i. ā aridus & siccus, atque exustus est. & herba moriēs vitio. i. corruptiōe, & infectiōe aeris, sitit. i. desiccat: & siccitate cōficit. Liber. i. bacchus, q quarū inuentor est vitium, amator esse debet, inuidit. i. p inuidiā abstulit collibus (quos tñ amare deberet, qr dicit in Georg. deniqz apertos Bacchus amat colles). i. monticulos, vmbras pampineas. i. pampinos quæ vitium frondes sunt. hoc est etiam vites frondibus propter ariditatem spoliatæ sunt, sed omne nemus virebit aduentu nostræ Phillidis, & iupiter, idest iuuans aer, & rerum naturalium pater, descendet plurimus: idest abūdantissimus, sup. cūm imbri læto, idest omnia lætificante, & vegetante.

ASCEN. ¶ Populus, &c. Ne phillidis amore superbiret Thyrsis docet Corydon se non minoris Phyllida facere: vt q̃ꝗ ei placerent omnibus præferenda censeret, non quia meliora sint, sed quia illi placeant, nam populus inquit arbor est gratissima herculi eo quod virtutis eius significatiua est in frondium colore, quia introrsum virides extrorsum albicant, eis quoque coronatus inferos petisse dicitur. Vitis est gratissima baccho, quia inuenit eam. Myrtus veneri, quia in litore nascitur maris, e mari autem nata venus est. & laurus est gratissima phœbo in qua Daphne eius amica conuersa fingitur. Ea autem arbor in sole nascitur libenter, nec æstu eius folia pallent, aut decidunt, sed quia Phyllis amat corylos, quæ viles quidem sunt arbores ferētes nuculas, quas auellanas vocant, sed dum illas inquit phyllis amabit, nulla eas arbor superabit. Ad quod Thyrsis consimile nec maius proferens plane uincitur, quia non seruat legem carminis amœbei, de quo i Damæta dictum est, quod sequēs, aut cōtrarium, aut plus afferre debet, hic autem simile affert: vt manifestum est, nec plus, immo potius minus: quia plus est, quod Corydon dixit, videlicet corylos viles quidem arbores propterea quod Phyllidi placerent, & Herculi. & Baccho, & apollini maximis nimirum apud gentiles numinibus sacras arbores vicere, q̃ quod Thyrsis dicit, videlicet, quod fraxinus, pinus populus, & abies licidæ amicæ cedant, vnde parum laudis lycidæ acquiritur. Videt ergo effœtus animus eius, ita vt quod caneret, nō haberet, quod intelligens Melibœus, hoc est poeta dicit, hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim. & Corydon est nobis ex illo tēpore, subaudit Seruius victor nobilis, quod per rusticā simplicitatem Melibœus exprimere non potuit, aut vt Mancinellus innuit. Corydon est nobis Corydon, idest dulcis cantor, hoc est vt nomine ita re comprobatus est mihi Corydon esse. Et ideo bis ponit, quasi alludat ad nominis interpretationem, sicut Bernardus dicēs. O Iesu esto mihi iesus, quid est enim Iesus, nisi saluator, &c. Corydon ergo est nobis Corydon, idest dulcis cantor approbatus: ex illo tempore. Quia autem dicit Melibœus, hæc memini, videtur superius legendum, alternos meminisse volebant. vt ibi tactum est, Ordo est. Populus, idest arbor illa gratissima alcidæ. i. Herculi, qui aut ab alcæo auo saltē putatiuo dicitur, aut est ab alce. i. virtute. Vitis est gratissima iaccho: myrtus est gratissima formosæ Veneri, & phœbo est sua. i. propria laurea. s. arbor, aut corona, hoc est laurus arbor est gratissima. sed sup. Phyllis amica mea amat corylos. i. illas arbusculas alioqui viles, sed dum. i. quādiu phyllis amabit illas, nec myrtus, q̃q̃ sit gratissima veneri, vincet corylos, nec laurea, idest laurus phœbi vincet, idest superabit in æstimatione mea corylos. Non dicit de vite, sed p argumētū qd a fortiori vocāt, facile conuincitur, quod nec vitis eas vicerit. Nō enim sic bacchus vitem, vt phœbus laurū amare videt, cū in eā versa sit amarissima puella, Respondet Thyrsis. Fraxinus est pulcherrima in syluis, pinus est pulcherrima. s. arbor in hortis, populus est pulcherrima in fluuijs, & abies, scilicet quam sapinum vocāt, est pulcherrima in altis mōtibus. (Est autem & alia species abietum quæ in paludibus potius nascuntur) At. i. sed o formosa lycida, si tu reuisas me sæpe fraxinus cedat

Ordo. Sapinū quid sit

dat tibi.i. vincatur in pulchritudine, pinus cedet tibi in hortis, dura sane, & inepta comparatio. Vnde addit Melibœus. Ego meminimi.i. memoriæ commendaui hæc, & meminimi Thyrsim victum, idest superatum, contendere.i. certi frustra, qui alicer fateri nolebat, manifeste tamen victus erat, Corydon est nobis, idest reputatus est a me, ex illo, scilicet tempore, idest post illud tempus, seu propter eam victoriam, Corydon, idest dulcis, & aptus cantor.

ASCEn.

Vsã Octaua, &c. In octaua ecloga, quæ aut Damon: aut pharmaceutria inscribitur, recitantur carmina duorum pastorum Damonis, & Alphesibœi. Quorum prior deflet indignum amorem Nisæ, quæ Mopso nupserat, & posterior reuocat Daphnin ab vrbe ad rura, vbi cõiunx degit & id quidem magica arte, vnde pharmaceutriæ nomẽ sumpsit. Quia, vero ars magica Romanis semper displicuit, vetitaq; fuit. vnde in.iiij. æneі. dicit se dido magicas inuitam accingier artes, arguta vtitur fantasia Verg. q hic carmẽ Alphesibœi a musis expetit, q̃si ipse ignoret. Alphesibœus aũt interpretatur q̃sitor, aut inuestigator boũ. vñ ei conuenit, q Daphnin ab vrbe reuocat.i. p allegoriã Augusti gratiã ad agros cũ bobus recipiẽdos implorat, Damon vero is vr̃, quẽ Damætas se vicisse gloriatus est, & Alphesibœus. de quo in Daphnide dictum est, Saltãtes satyros imitabitur Alphesibœus. Est aũt hic mixtũ poematis genus. Nã & poeta loq̃tur, & psonæ introductæ. Loquitur autem ad augustũ, cuius gratiã in principio captat, vt illic videbimus. ¶ Ordo versiculorum meorum est. Octaua sup. ecloga refert .i. recenset, recitat, musam.i. cantilenam musicã, Damonis, & Alphesibœi, illorum pastorum. Quorũ hic.i. prior dictus, hoc est Damon flet.i. cõqueritur Nisam.s. quã procatus erat alteri nuptã, & ille posterior.s. Alphesibœus vocat.s. domũ, hoc est ad agros Daphnin morantem, scilicet in vrbe dictus enim sæpe est, ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

Ordo.

In pharmaceutriam, seu Damona, quæ octaua est ecloga, Ascensianum argumentum.

Musam octaua refert Damonis, & Alphesibœi.
Quorum hic flet Nisam, Daphnim uocat ille morantẽ.



ASCEn.

Astorum musam, &c. In hac ecloga quæ propter carminum differendorum difficilem relationẽ: nõ nihil difficultatis habet, poeta quattuor facit, Primo proponit dicens, Damonis musam dicemus, & Alphesibœi. deinde loco inuocationis captat beniuolẽtiã ab Augusto, cuius egregia facinora innuit se velle describere, vbi exercitatior erit dicens. Tu mihi, &c. Tum pponit carmen Damonis, & nouissimo, vt Alphesibœi musam recitent: musas inuocat, Vt in regula dicã, q multa interiecta sunt post primũ carmẽ, non addit nudum verbum, quod defuerat, sed repetit dicens, Damonis, &c. Facit autem auditorem attẽtũ, beniuolum, & docilem. Attentum quia rem mirã se dicturũ dicit, quia certantes, quorum stupefactæ carmine lynces, &c. Beniuolum, qui rem tam iocosam narraturum, vtpote immemor herbarum, quos est mirata iuuenca. Et docilem, q quæ & quo ordine dicturus est: pponit. ¶ Ordo est. Nos dicemus musam, idest cantilenam Damonis & Alphesibœi pastorum, quos iuuenca est mirata, existens immemor herbarum, & quorum carmine lynces certantes, idest quæ prius certabãt sup. sunt stupefactæ, & ita a certamine desiuerunt (Sunt q sic construnt, quos certantes, idest contendentes, sed in his carminibus non videtur æmulatio, nec contentio. Præterea maioris atq; proprietas est, si lynces certantes dixeris) & quorum carmine, flumina mutata, scilicet in natura, quæ stare, & quiescere nescit (Est aũt mira vis: apertaq; auxesis in sermone. Nam cum iuuenca a iuniore ætate dicatur, & pasturæ auidissima sit, vnde

Ordo.

¶ Damon, uel Pharmaceutria, quæ ẽ ecloga octaua, in qua loquuntur poeta, Damon, & Alphesibœus. Poeta.

Astorum musam Damõis, & Alphesibœi.
Immẽor herbarum, quos ẽ mirata iuuẽca
Certãtes, quorũ stupefactæ carmie lynces.
Et mutata suos requierũt flumina cursus.
Damonis musam dicemus, & Alphesibœi
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui.
Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit unq̃
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium, tibi desinet, accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atq; hanc sine tempora circum
Inter uictrices Ederam tibi serpere lauros.

SERVI.

Astorum musam. Theo. eclogam φαρμακεύτριαν scribit in qua mulier quibusdã sacris mẽtẽ amatoris, a quo cõtẽnebatur, puertit. Illã. Verg. ad vltimã eius eclogæ ptẽ trãstulit, nã pma pars cõquestionẽ amatoris decepti cõtinet. Musã Cãtilenã amorũ quos inter se cecinerũt. Mirata iu. Quos iuuẽca, q ã aial pascẽdi auidissimũ est, adeo admirata est: vt obliuisceretur herbarum. Stupefactæ ear, lyn, Procedit ad augmenta.

ta. Iuuencæ oblitæ sunt pascuæ. Stupefactæ sunt feræ. Flumina sensu carētia cursus retardarūt. Requierūt. quietē efecerūt. Ergo est quiesco .i. quietē capio, & quiesco seruū, idest quiesce/re facio. Tu mihi: sui a est. vbicūq3 es auguste, Timauus, fluui9 est Venetiæ En erit vnq3 ille dies mihi, quū liceat tua dicē fcā? En erit. Primum en optat. secūdum cōfirmat. Sola sophocleo tua carmina digna cothurno, ac si diceret, q3q3 impar sit inge/niū, q2 tu dignus es stylo Sophocleo. Sophocles .n. tragicus est altisonus. A te principiū, tibi desinet. sic Hora. in epistolis pma dicte mihi sūma dicēde camœna, Iussis. Nā sap:a dixerat, nō iniusta cano. Atq3 hāc sine tpa circū, inter victrices hederas ti bi serpere laurū. Allegoricos dicit debere meū carmen florere inter tuos triumphos, nā triūphantes lauro. poetæ hedera co ronant. serpere. Verecū de dixit .i. humiliter procedere.

MANC.

Pastor musam. Teocri. ecloga scda scribit. simeth ā cū Thestyli Delphidi amatori magicū carmē exercere. Id aūt Maro vltia pte huiusce eclogæ imitat9 est, at hic Daphnidi. ibi delphidi carmia fiūt. ibi itez sæpi9 repetit. Ducite sacra domū mea carmina ducite delphin. hic sæpius Ducite ab vrbe domū mea carmia ducite da/phni. Pharmacheutria præterea dicit venefica. Pharmachia venenatio. medicia pharmache yomæ incanto, phar maebe/yo veneno. icāto. pharmacū venenū. medicia pigmētū. phar macos veneficus. Nō ab re igit p sens eclo. Pharmacheutria, dr, cū in ea carmia & veneficia fiant. Alphesibœi. de hoc late ecloga qnta. Musam cantilenam. Lynces. in æthiopia nascun tur, vt scribit Ply. sunt autem timidæ, & variæ, & maculosæ, iunguntur q3 ēt curui bacchi. de qbus ecloga quinta diximus, Requierunt, quiescere fecerunt: Tu mihi. supple faueas Augu ste, eum siquidem per apostrophen alloquitur, idest per auer/sionem ad secundam personam. Apostropho enim auerto si/gnificat. Magni timaui. Timauus fluuius est, qui per aquileiæ agrum labitur. de quo Ply. libro tertio. & Stra. libro quinto me minerunt, vtq3 Mela scribit, Timauus nouem capitibus exur gens, vno ostio emittitur. Strabo autem inquit septem esse Ti maui fontes, mare mox irrumpentes, lato & profundo sane flu mio, locumq3 ipsam maris fontem, & matrem ab idigenis vo cari. Saxa. idest montes, nam Timauus, vt ait Possidonius e montibus delatus decidit in profundum, quod Strabo refert, & Maro libro primo æneī. inquit Et fontem superare timaui. Vnde, per ora nouem vasto cum murmure montis: It mare præruptum: & pelago premit arua sonāti. Illyrici æquoris: il/lyris adriatici maris latus occupat testibus Mela & Dionysio, Plynius item libro tertio inquit. Quæ pars ad mare adriati/cum spectat appellatur. Dalmatia, & illyricum. Siue oras illyri ci. hoc dicit quoniam Augustus adolescens adhuc per se Dal/maticum bellum gessit, in quo vulnera etiam excepit, idem vt quibusdam Pannonicis. atq3 Gerum iniciis, aut interueniret, aut non longe abesset. Rhauenam: vel Mediolanum, vel Aq/leiam vsq3 ab vrbe progressus est. Author est Suetonius, scri bit ēt Apianus latius in libro, qui illyrius dicitur: Propter hæc igitur ait Maro. Superas iam saxa Timaui is enim per aquile/iæ agrum labitur, quæ regio ab Venetis diuiditur flumine, Natisone, Strabone teste. En erit vnq̄, optat prius. deinde con firmat. Sophocleo. Sophocles tragœdiarum scriptor fuit, te/ste Eusebio. Fuit autem Atheniensis, quem Cicero diuinū poe tam libro primo de diuinatione vocauit, vbi mira quædam de Herculis surrepta aurea patera, & illius visione in somnis meminit, Sophocleo Cothurno. idest sublimiori stylo, & So/phoclis boatu. de hoc latius ecloga septima diximus: ponitur/q3 interdum pro alio dicendi genere apud poetas. Vnde hic, vtuntur cothurno tragœdi. sicut comœdi socco. Tua carmina idest tua gesta continentia. non enim de carminibus ipsius Au gusti intelligit, nam ait: A te principium tibi desinet. Quod ve rum extitit: nam & in Bucolicis. Georgicis, & Aeneide eū ce/lebrauit. Atq3 hanc sine tempore circum inter victrices, &c. sen sus est. concede hæc mea carmina esse inter triumphos. & lau des, dignitatesq3 tuas. Hanc hederam, ad illud retulit. Accipe iussis, Carmina cœpta tuis. ergo hanc hederam hæc carmia, nam vt diximus, hedera poetæ coronabantur, victrices lau. quibus quidem victores, & triumphantes ipsi coronabantur.

Illyricis vbi locoꝝ

Frigida uix cœlo noctis decesserat umbra.
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
Nascere, præq3 diem ueniens age Lucifer almum. Da.
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror, & diuos, q̄q̄ nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.

Incipe

vnde supra dictum est, Nec domum pasti, si quis pudor, ite iu/uenci. mirandum est, q immemor facta herbarum eos mira/ta sit. Plus tñ mirandum, q lynces animalia perniciosa, & fe/rocia tunc, cum certarent stupefactæ sint, multo autem maxi/me, q flumina a fluendo dicta retinuerunt cursus suos, quod quia præter naturam est, dicit ea mutata, hoc est quasi aliā na/turam induisse (flumina ergo mutata, requierunt .i. quiescen/do retinuerunt suos cursus, nos inquam dicemus musas Da/monis, & Alphesibœi. Tu o Auguste, mihi sup. numen, sis aut faueas, aut aspires, vbicunq3 es, seu .i. siue superas iā saxa ma/gni Timaui illius fluuij per aqleiam labentis, siue legis .s. naui gando oram .i. extremitatem æquoris .i. maris æqui, & plani illyrici, idest quod pertenditur ad illyricū vsq3 littus. En, hæc optantis est. erit ille: scilicet optatissimus mihi dies vnq3, cū, idest quo liceat mihi dicere tua facta. en .i. certe erit, vt liceat mihi ferre, idest efferre per totum orbem tua carmina sola di/gna, idest quæ sola digna sunt cothurno sophocleo .i. vt agā/tur in cothurno altissimo, quo sophoclea carmina agi me/ruerunt, cum præstantissima sint. diximus alibi, quia versus pe dibus constant, eorum qualitatem distingui pedum ornamē/tis: vt cothurno socco, & planis .i. non sublatis pedibus prin/cipiū sup. poesis nostræ, aut carminum nostrorum erit, sup/ple, aut exordiū, a te. idest a laude tua, & desinet tibi .i. i laude tu a. (vnde hic videtur constituisse eo ordine, quo præcessit p/cedere, vt .s. iuxta styli, & exercitatiōum qualitate surgat opus nam bucolicum vt dixi primo agrestum officio cōpetit. geor/gicum medio: & heroicum, in quo prælia canuntur iam dura to & malis assueto. desinit autem poesis Vergiliana in laudes Augusti, vt notum est. Sunt tamen qui nisi hoc hic poneretur ad Pollionem referre velint, qui & Dalmatas vicerat, vnde per illyricum redire poterat, & tragœdiam scripsit. vnde dem est. Pollio & ipse facit noua carmina. Sermo autem videt sen/tētis esse, q sola carmina tua, non quæ tu facis, sed quæ de te fiunt, sunt digna sophocleo cothurno, seu stilo. sed Beroaldus cuius verba statim ponam argutius censet, Augustum etiam carmina fecisse. vnde duplex ei corona assignatur laurea pro pter bellicam gloriam, & hederacea ꝓpter poeticam) accipe carmina, sup. cœpta, idest incepta. tuis iussis .i. pp iussa tua, at q3 sine .i. permitte hanc hederam .i. coronam, quæ poetis de/betur, serpere circum tempora .s. capitis tui inter lauros .i. lau reas coronas. victrices .i. victoriæ & triūphi significatrices: Is est accipe carmina, quæ quia cœpta sunt iussis tuis, tua sunt, ita si hedera mihi ob ea debeatur, ea quoq3 tua sit. aut accipe carmina, idest amplectendo rem poeticam permitte, vt nō so lum lauro ob egregie facta, sed etiam hedera ob egregie dicta coroneris, quia tua carmina digna sunt sophocleo cothurno. Beroaldi verba, de quibus dixi, sunt hæc. sola sophocleo, &c. Ego opinor eo versu a Vergilio laudari carmina Cæsaris Au/gusti, qui floruit in poetica, qui vt author est Tranquillus, re/liquit librum hexametris versibus conscriptum: cuius titulus est sicilia, & libellum epigrammatum præterea tragœdiā Aia cem exorsus est magno impetu. volens igitur poeta laudare Augusti poemas, stylumq3 grādiloquum dixit, illius carmina digna eē sophocleo cothurno .i. stylo, & sublimitate. q̄ visus est sophocles in tragœdijs scriptitandis, fuit enim apud græcos haud dubie princeps tragici poematis, quod etiam memorat Plynius in septimo, hinc etiam illud in honorem Augusti a poeta dictum est, Atq3 hanc sine tempora circum, inter victri ces hederas tibi serpere lauros, tanq̄ Augustus hederacea co rona, hoc est poetica. non minus coronari mereatur q̄ laurea Hoc est triumphali. Celebratur a Macro. atq3 tranquillo lo/cus augusti, qui cum interrogaretur quid ageret Aiax tragœ dia quam quod displicuisset, ipse deleuerat. respondit: Aia/cem suum in spongiam incubuisse. Audiui qui dicerent se vi/disse poema sophoclis ab Augusto donatum Romana lingua quod si verum est, poterit commodissime ad id etiam referri carmen Maronianum, hæc ille. ¶ Regula est: quoties aliquā clausulam semiplenā multis declaramus priusquam princi/pale verbum posuerimus, post interposita: quæ a principali verbo determinari deberent eam repetemus: quod in oratio/ne soluta sæpe facimus, addentes particulam inquam: aut di co, aut similem, vnde hic post primum versum, pastorum mu sam, repetit Damonis musam dicemus, & Alphesibœi,

Beroaldi expositio

Regula grāmaticalis.

¶ Frigida, &c. Adhuc sunt verba poetæ describētis, quo tem/pore Damon querelam suam fecerat de Nisa: quam misere amatam amiserat dicentis, quia primo mane sub ipso diluecu/lo quod tēpus summo delectu ei datur: quem spes de re vxo ria fefellerat. quasi impatiens moris & secubitus excubias fe cerit, vnde optat aduentum luciferi, vt querelas suas apud de os deponere rite possit. In quo re est non nihil veteris religio/nis, aut potius superstitionis quasi non nisi præsente sole ra/tæ sint

ASCEN.

tæ sint preces, aut imprecationes. Vnde Dido .iiii. æneid. Sol q terrarum flammis opera omnia lustras Tuq; harum interpres curarum, & conscia Iuno. Accipite hæc, &c. Eadem præterea vt ibidem dictu erat, ante verba iam posita. Testatur moritura deos & conscia fati. Sydera, tum si quod non æquo fœdere amantes. Curæ numen habet, iustumq;, memorq; precatur. Ibi tamen sequitur Nox erat. vnde infelicem habuit exitum.

Ordo

¶ Ordo est, frigida vmbra noctis vix decesserat cœlo, .i. vix erat diluculum, cum, idest quando ros est gratissimus pecori in herba tenera. ea, scilicet nocte exeta, quum sup. Damon pastor, ille cuius amica alteri nupserat, incumbens præ ægritudine. s. animi quia amore languebat. se fulciens incumbendo oliuæ, idest arbori illi tereti. i. oblongæ, & rotundæ cœpit sic sup. queri. & lamentari. O lucifer. i. stella matutina, quæ veneris est. Venus aut dea amoris, nascere, idest orire, & præueniens age. i. impelle diē, dum. i. donec, & iterea, dum ego deceptus indigno amore. r. eius, quæ indigna fuit amari, qr nō reclamauit, videlicet Nisæ coniugis. s. ex affectione, nō quæ erat sed quā coniugem esse volebam (sicut li. ii. æneid. dr de chorebo. Qui gener auxilium Priamo, phrygibusq; ferebat) dum ergo ego deceptus indigno amore Nisæ coniugis queror, idest querelas meas depono, & dum ego diuos (qq nil profeci illis testibus, idest q eos testatus sum, aut q eos testes feci mi, fidei mihi a Nisa datæ) tamē moriēs alloquor extrema hora. Quī quo reguntur ordine dictiones constructas velit, debeat non nihil sub audire, atq; repetere sic, dum moriens alloquor diuos, qq nil profeci illis testibus, idest illorum testimonio. tamē alloquor, sup. illos extrema hora. O mea tibia incipe mecum versus mænalios: idest versus arcadicos, hoc est quales arcades faciunt, qui soli cantare periti, vt autem significet quid sit arcadicos versus dicere subiūgit. Mænalus mons ille in arcadia. habet semper nemus argutum. idest stridulum, & sonorū in eo canentium sonitu crepitans, & pinos loquentes, aut hyperbolicos dicit, sicut in Sileno. Iussitq; ediscere lauros, aut loquentes, idest loquentes, ac loquelas eorum referentes, ideo aūt habet pinos loquentes, quia ille audit semper amores pastorum, & pana, qui primus non est passus calamos, sup. esse inertes. i. sine arte factos hoc est simplices & vnisonos vñ in alexide, Pan pmus calamos cera cōiungere plures, instituit, hæc aūt q̄si pludia sunt, & fere inuocatoria. Quæ lucis egent a, Mancinello præter Seruianam lucernam elucidantur.

ASCEn.

¶ Incipe mænalios. Eundem versum ante singulos versus, q bus vniformis sententia complectitur repetit, vnde qr materias discernit, aut potius, quia in musico instrumento intercapedinem facit intercalaris dicit: dicit ergo: Mopso Nisa dat. quid nō speremus amantes? cuius pp verbi speremus equiuocationem, duplex pōt esse sententia. Altera quæ minus placet mihi quidem est hæc, si mopso turpissimo viro datur. s. nuptū Nisa, pulcherrima puella, quid non speremus amantes. q. d. nihil: & ita omnes bene sperare debemus, cum tm boni forte præter spē Mopso contigerit. Altera est cum Mopso qd' minime verearis (est enim turpissimus) Nisa det, qd non speremus. i. timeamus amantes. q. d. oīa nobis timenda sunt, vñ recte dicit Oui. Res est solliciti plena timoris amor. Nec caret exēplo: q sperare pro timere accipiatur, nam primo æneid. dicitur. At sperate deos memores fandi, atq; nefandi, Est ergo manifestus sensus omnia amantibus timenda esse, cum etiam Mopso

Spera.

MANC. Ingenijs.i.naturis, & qualitatibus. Ingenium nāq; dr̄ sua spōte natura, qd' dicetiā Nonius ītellexit. Primū eano.s. Difficiles primū, sensus ē, q terræ difficiles, colles maligni, sterilis terra, vbi ē tenuis argilla, arua calculis plena oliuis gaudent. Tenuis argilla, nō pinguis creta. Ply.lib.xvj.c.v.scribit, argillosam terrā esse, quæ opere difficillima, quæq; rastros, ac vomeres ingentibus glebis oneret. Calculus, lapillus. Dulci vligie: dulci pinguitudie, & naturali humore, nō aūt amara: Atq; piguis hum⁹, sensus ē. q hum⁹ pinguis: & fertilis dulci vligine, & cāpus herbosus, e fertilis vbere, & abūdātia, q̄lis cāpus in mōtis cōualle eē solet, & ager q expositus est austro, & q filicē hz, vitibus cōueniūt, & vina optia pducūt. Mōtis cōualle. Cato agrū iudicat ad radicē mōtiū planicie ī meridiē excurrēte, q̄ ē totius Italie situs. Ply.lib.xvij.ca.v. Filicē inuisaz aratris, id ait, q ex vna radice cōplures exeūt filices, & radices ipsæ lōgæ sunt ī obliquū, qbus qdē sues piguescūt, folia cimicē necāt: serpētē nō recipiūt, ply. li.xxiij.ca.xliij. Præualidas, amplas. sufficiet subministrabit. Baccho, vino. Fertilis.s.ē Laticis, vini pateris, & auro.i.pateris aureis p Endiadin. Libamus ad aras.s.pinguis, & tyrrhen⁹. Tuscus: tibicen significat, vel q nō sit subtilis musicæ, vel q tumeāt buccæ inflātes tibias, q̄ significat ebore dicto. Probus scribit pont⁹ tū pinguis victimarū carne. Ebur tibiā ītelligit, q̄uis tubā, nō tibiā Tyrrheni inuenerint. Vn̄ Vergi. Tyrrhenusq; tubæ mugire pæthera clāgor, & Ply.lib.vij.scribit æneā tubā īuenisse piscū. Tyrrhenū obliquā tibiā Mydā in phrygia, geminas tibias Marsiā. In eadē gente lydios modulos Amphion. cū tibus canere voce Trozenius Dardanus īstituit. Adhibebat aūt tuba non solū in plj, sed in oībus festis dīebus pp laudis. vel gaudij claritatē. Vn̄ in psalterio dr̄, Canite initio mensis tuba, in die insigni solēnitatis vestræ, pceptum enim fuerat iudeis, vt initio nouæ lunæ tuba clangerent. Tibias aūt diu funeribus ferūt adhibitas, mox & sacris gentiū. Tyrrhenus, tyrrhenos Romani Hetruscos appellant, atq; Tuscos, Græci vero eos hoc noīe nominauerunt a tyrrheno Atys filio, q ex lydia colonos hanc in regionē dimisit. cæterum Tusciæ longitudinē maximam a Luna vsq; Ostiaz per litus stadioz milibus duobus, & qngētis scribit Stra, libro.v.& Ply.libro.iij.q Tyrrheni a sacrifico ritu lingua græcorum Tusci sunt nominati. Pandis. curuis.

Iudeorū ritus.

ASCEn. Sin armēta magis studiū. Quia pstituit describere ingenia terraz, & cuius rei quælibet fertilis sit, subinferr naturā etiaz terræ pascuæ atq; herbiferæ: ostendens quo in loco pster: dicens qr iuxta tarētū, & Mātuā: iterūq; per trāsitū nō inutilem plāgit Mātuanoz iacturā, q citra culpā tam felicia prata amiserāt. Sane in qua re Mācinellus disputat, difficultatēq; facit, alij facili pede elabunt, legētes, neq; aut ouiū fœtū, neq; aut ouiū fœtus, sed aut fœtus ouiū. Seruius sūmopere cōtendit Verg. nō vsuz esse eclypsi huius literæ s, quā tn̄ veteres freqntissime vsurpāt. Vbi ergo alij eius literæ assumptionē cēsent, vt in illo. Inter se coijsse viros, & decernere ferro, qūo multi legunt, Seruius indicat legendū, & cernere ferro. Et vbi qbusdā legēdū videt: hic specus horrēdus, & sæui spiracula ditis. Seruius legēdū cēset. hic specus horrēdū, cui lectioni etiā sonoritas suffragat, quæ & huic loco negare legēdū, aut ouiū fœtus legamus ergo. Aut fœtus ouiū. Ordo est, sin.i.sed si studiū sup. est tibi.i. studes, & optas, magis.s. q̄ vineam tueri.s.a fame, & inedia, armēta, & vitulos, aut fœtus ouiū.i. agnos, aut capellas vrētes.s. morsu suo, qr quicqd mordēt, arefit, culta ses, aut vineas, aut arbusta, aut segetē petito, saltus, & lōginq.i.lōginquas regiones tarēti saturi, qd' est iuxta saturā paludē vn̄ & saturæ fieri pōt: & qd' saturas reddit pecudes, & petito cāpū, q̄lem Mātua infelix.i. disfortunata, q̄ citra culpā, agros, & prata amisit. dico pascentē flumine herboso, cygnos.i. olores niueos.i. sane cādidos, & vbi sup. fontes liqdi nō desunt gregibus.s. ad potū, & gramina nō desunt, imo abūdāt per liptotē ad escā, & vbi ros gelidus.i. frigore matutinali ceretus reponet.i. restituet tn̄.s. herbaz, exigua.i. modica, & breui nocte.s. æstiua, h̄ est spatio ēt breuissimæ noctis, tn̄ dico: q̄tū armēta, vt boues, bubuli, vaccæ, tauri, equi, & similia aīalia carpēt.i. abrodēt lōgis diebus.s. æstiuis est ergo antiheron, lōgis diebus & exigua nocte. Reponere aūt est restituere ablatum, tractū a nūmularijs, qbus dū satisfit, reponit, qd' pus posuerant & ita est gratiam, aut debitum referre, vnde iuthurna hæc rapta pro virginitate reponis. Sane sicut ponere est aliquando materiā

Locus enodat⁹

Ordo

Repone/re qd sit

> Sin armenta magis studium, uitulosq; tueri,
> Aut fœtus ouium, aut urentes culta capellas.
> Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti.
> Et qualem infelix amisit Mantua campum.
> Pascentem niueos herboso flumine cycnos.
> Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt.
> Et quantum longis carpent armenta diebus,
> Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

SERVI. Aut vrētes culta capellas, Oē.n. qd' momorderit, vrūt, & exsiccant. Vn̄ est, & admorso signata in stirpe cicatrix. Saturi, Aut fœcūdi, aut qd' est iuxta oppidū Saturæ. Tarētū.n.& Saturum vicinæ sunt sibi calabriæ ciuitates. Hora. Me satureiano vectari rura caballo. Liquidi fon. puri. sine pestilentia Et quātum lōgis carpent armen. die. Exigua tātum gelidus ros noctæ reponet. vt in æneī. diximus. Hoc dicit Varro vbertatem fuisse in rosulano agro, postq̄ velinus siccatus est lacus, vt lōgam perticam magnitudo superaret herbarum.

PRO. Saltus, & saturi petito.l.t. Et q̄lem.i,a.m.c. Tarētū oppidū in Italia pdiderūt parthenidæ: h̄ est exules lacedæmonioz, du ce phalāto. In finibus aūt tarētinoz est locus quē saturiū vocant. Vnde etiā paludē saturā: cuius etiā in. vij. mētio est, quū ait Ver. Qua saturæ iacet atra palus.q.q.p.i.q.i.u,a.m.m.c, vrētis Saturi. Saturi q̄ tarēti a saturio loco, vel a satura palude dixit. Quidā dicūt tū ob agri bonitatē, tū ab loco q̄dā saturo, qui est ppe tarētū. satuz cognominatū. Dicit aūt Tarentū Neptuni filiū lacedæmonia ciuitate ex saturia Minois eretensiū regis filia pcreasse filiū. Hūc pfectū, naufragio facto, delphines in italiā euexisse dīt, Cuius hodieq; testimoniū mær Nā in municipio tarētinoz hois effigies in delphino sedētis ē a Saturia vxore eū locū saturia appellasse fertur. Et postea ei loco

Saturiū vbi locorum

Tarētus q fuerit

loco ex suo nomine, nomē tarētū imposuisse. Ideo infelicē Mātuā dič, qz mētuāms qz a romanis descuerāt, agri adēpti sūt

MANC. ¶ Magis studiū sup. ētiqi. Aut ouiū fœ. aut &c. eū sua vocalt præcedēti to'lit in scāsione, quidā vero textus antiqui fœtum hūt. Vrētis culta capel. Video, qz vt Ply. sert. li. viij. c. xlvij. Capus animal est, qua omibus ardētior, cæteriqz morsus arbori exitialis olim lābēdo quoqz sterilē faciūt, eaqz ex cā Mineruæ imolātur Saturni tarēti, a satura palude ei vicina. vel ob agri bonitare, vt Prob⁹ ait, Lōgiqua. &a. est enīz Tarētum calabriæ prima vrbs extrema Italiæ, de quo late. Stra. l. v. Florus seri. Tarētū Calabriæ quōdā & Apuliæ totiusqz Lucaniæ caput positū in ipsis adriatici maris faucibus. Mātua. cāz de amissis Mātuæ aruis late diximus in argumēto Tityri. infra. Mymio, videlicet, q mātuam præterfluit, Exigua tantum. Cæsar vopiscus cum causam apud cēsores ageret, campos Rosiæ dixit itali sumen esse: in qbus perticas pridie relictas gramen operiret, sed non nisi ad pabulum probat Ply. lib. xvij. c. iiij.

materiā quāuis Primum describere: it ar eponere est inter duas qd' semel scriptū est, iterum scribere: quo id emendatius fiat. vnde horatius in arte. scriptor honoratus, si forte repōis achillem, & Iuue. nunquam ne reponam, &c.

Nigra fere, & presso pinguis sub uomere terra.
Et cui putre solum (nāqz hoc imitamur arando)
Optima frumentis, non ullo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis.
Aut unde iratus syluam deuexit arator.
Et nemora euertit multos ignaua per annos.
Antiquasqz domos auium, cum stirpibus imis
Eruit, illæ altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit impulso uomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris.
Vix humiles apibus casias, roremqz ministrat.
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris.
Creta, negant alios æque serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosqz uolucres.
Et bibit humorem, & cum uult ex se ipsa remittit.
Quæqz suo uiridi semper se gramine uestit.
Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum.
Illa tibi lætis intexit uitibus ulmos.
Illa ferax oleæ est, illam experiere colendo.
Et facilem pecori, & patientem uomeris unci.
Talem diues arat Capua, & uicina Veseuo
Ora iugo, & uacuis Clanius non æquus Acerris.

ASCEN. ¶ Nigra fere: &c. Ondit q terra vitibus, & q pascuis cōgruat nūc docet: q frumēto cōueniat dicēs qz nigra, & pinguis: sic tñ vt sit putris: nō nimis cōpacta. Itē q bus & bobus cōsita erat is illis, nō solis fcā sit. deide iterū redit ad arbustor. i. arbor vitibus maritādarū terrā. Itē ad eā. in qua oleæ vberius nascātur, vt ex ordie patebit, q talis est. Terra nigra fere. i. pulla, & fusca & pīguis sb vomere pssō. i. pfund⁹ inisso, & cui. s. terræ,

Ordo. est sup. solū. i. sustēraculū glebæ putre. i. resolutū, & nō nimis, cōpactū (nāqz p qz, nos imitamur arādo efficere terrā putrē, sicut nōnulla naturaliter est) hmōi inquā terra est. sup optia. i. cōuenietissima frumētis. i. varijs frugibus, vt tritico, & hordeo, ac farri, tu nō cernes. i. nemo cernet plura plaustra. i. frugū vehicula decedere ex vllo equore. i. ex cāpo æquo, & plano decedētes redire domū. i. i horreū tuū, & hoc iuuēcis. i. bobus iunioribus, & ita fortioribus, & agilioribus ex iuuēta, sed tardis. i. tardatis pōdere, & onere frugū, qs domū auehūt, plura dico, q ex tali terra, hoc est illa terra maximā faciet tibi vsuram frumēti. Aut sup. vtilis est frumēto ille cāpus, vñ arator irat⁹ s. sterilitati arbor, deuexit syluā. i. cūctas arbores, & euertit. i. funditus eruit, nemora ignaua. i. inutilia, & nullū fructū afferentia, per multos annos, & eruit cū imis stirpibus. i. radicibus antiquas domos. i. habitationes auiū. i. arbores excelsas & illæ. s. aues petiere altum. s. aera, relictis nidis. at. i. sed campus rudis. i. sterilis, & macer aut reuera adhuc icultus, enituit. i. icanuit: & albicauit. s. paulo post vomere ipulso. Nam glarea ieiuna. i. terra misera lapillis iuxta, qdez. i. certe ruris cliuosi. i. qualis est in rure cliuoso: vix ministrat apibus casias. i. herbas illas odoriferas, qbus apes vescunt, humiles. i. humi nascētes: paruqz pp sterilitatē illic surgentes, & vix ministrat rorē. s. marinū. Et tophus. i. lapis ille scaber. i. asper, & cauernosus: hoc est terra in qua freques tophus est, & creta. i. terra cretacea exesa. i. consumpta chelydris. i. serpentibus illis nigris. i. nocuis Est aūt cōstructio semiplena, nō enīz videt referēdum ad illud, vix humiles apibus &c. vñ subaudiēdum mihi videt tales sūt, qz q de agricultura scribūt, vt Nicāder & Solinus negāt, alios agros ferre cibū æque. i. æqliter dulcē serpētibus &

Terra serpētibus aptior pbē latebras curuas serpētib⁹. s. hec est talis terra & aptissima latebus, & escis serpētū, nō frangib⁹ ferēdis (Si in textu esset, vt tophus, vbi est: & toph⁹, facile repret ordo, sic videlz negāt alios agros ferre æque dulcē cibū, vt tophus scaber, sup. fert, qd qz nō exprimit, esset locutio minus grāmatica. Sit ergo in subauditione, qd' diximus) Illa. s. terra, quæ exhalat. i. expirat, & emittit tenuē. i. modicā, & exilē nebulam, & fumos volucres. i. faciliter euanescētes, & quæ bibit. i. attrahit humorē, & quæ ipsa. i. per se nullo adiuuāte remittit ex se. s. humorem, dū ipsa vult (nō dices ex seipsa, vna dictione, qz si ipsa esset oblatiui casus, pduceret vbi nunc, qz noīatiui casus corripit) quæqz. i. & quæ (sunt enīz duæ dictiones) vestit se semp suo gramine viridi. i. terra herbifera spōte sua, nec lædit ferrū. s. aratri, scabie, & rubigne salsa. i. ex salsedine nascēti, illa dico intexit vlmos vitibus lætis. i. fœcūdis, & iucūdis aspectu, & illa. s. eadem est ferax oleæ, & tu experiere. i. inuenies colēdo. i. dū coles illam, &. i. simul & facilē. i. parabilē, & benignā, qz multū herbiferā pecori, & patiētem (nomē est) i. toleratiuā, vomeris vnci. i. incurui, & sic adiectiuū est, aut vnci. i. dēns ipsius vomeris, vt substantiuum sit, Capua. i. tractus iuxta Capuā, quæ ciuitas est Italiæ Cāpaniæ caput diues. s. fertilitate agror arat talē. s. agrum,

Capua vbi locor & ora i. regio vicina iugo veseuo. s. mōti in Cāpania, & clani⁹ i. accola clanij, q est fluuius cāpaniæ nō æquus. i. iniurius, acerris. i. ciuitatulis cāpaniæ, vacuis. i. euacuatis ex frequenti inūdatione clanij, quæ si nulla esset, nihil esset illar agro fertilius arat ergo talem. s. terram, in omnibus aūt ponitur continens pro contentis, agri pro colonis, quor est arare.

¶ Aut vñ iratus. s. fœcūditate diuturna. Antiquasqz domos, aut reuera āntiquas, aut caras. Sol. rētū antiqtatis, curæqz maioribus p Italica gēte fuit. Est aūt Ecbasis in ista descriptione,

SERVI. ieiuna glarea. sicca, & sterilis terra. Cassia, & rosmarinus apibus aptæ sunt herbæ. Tophus scaber, Lapis asprimus: vñ & scabies dcā ab asprītate. Nigris chelydris. Nocētibus. Negāt. s. Nicāder & Solin⁹, q de his rebus scripserūt. Dulcē ferre cibū. Ordo est, æque dulcē, hoc est tā dulcē, Quæ tenuē exhalat nebulā. Nūc dicit agrū oīuz rex feracē. Quatuor qppe imitat, gnā agror q solus pot, qd' illi q̄tuor. sicut sequēti adicāt. Fumosqz volu. q̄si fumos. s. ex humore. Quæqz suo semp nāli. s. nō coacto. Nec scabie, & salsa rubigine ferrū ppie est. naz rubigo q̄si scabies ferri est. Talē arat capua, id diues, qz talē arat, Et vicina vesuo. Veseuus mōs est Liguriæ sub alpibus positus. Nā

Veseuus vbi locor Cāpaniæ mons qdā Vesuuius dr, p q̄ multi Veseuū positū volūt Et vacuis clanius nō æquus acerris, Acerræ ciuitas est cāpaniæ haud lōge a Neapoli: quā clanius pterfluit fluui⁹, cui⁹ freques inūdatio eā exhaurit, vñ ait vacuis. i. ifrequētibus.

PRO'. ¶ Talem diues arat capua, & vicina vesuo, Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus acerris, Vesuuius mons est in campania, vino fertilis, quem veseuum iugum dicit. Eiusdem cāpaniæ flumen Clanius iuxta acerræ nomine, sed gigātis noie Clanius dictus est: ideo dicit, vt Metrodorus ait. Nō æquus, aut idcirco acerris existimatur, qz eas sæpe inundet, quæ vacuæ iccirco dicuntur, qz pene desertæ sunt.

MANC. ¶ Nigra, pulla terra est optima, & opisanua, quæ temperatæ vbertatis est, molis, facilisqz culturæ: nec madida, nec sitiēs, & post vomerem nigrescens, & quā recentem exquirunt improbe alites vomerem comitātes, coruiqz aratoris vestigia ipsa rodētes, Ply. li. xvij. c. v. Namqz hoc imita. aran. sensus est, qz

Colere quid sit arādo fit solum putre, neqz enim vt inqt Columella lib. ij. c. ij. aliud est colere q̄ soluere & fermentare terram, ideoqz maximos quæstus ager præbet, Plaustra, de his. li. Geor. i. Syluaz deuexit noualem intelligi cæsa ve ere sylua, videto in Tityro de nouali. At rudis, idest sterilis: & macer. Enituit incanuit nō nigruit vti pingui agro euenit. Ieiuna glarea idest sicca, macraqz terra minutissimis lapillis mixta, glareosum oleis solum aptissimuz

Glarea qd sit in Venafrano ply. seri. li. xvij. ca. iiij. Casias, de casia late eclo. ij. Plyn. libro præterea .ij. xxi, cap de cura. & pabulo apium ait, harum ergo causa oporter serere thymum, rosam, violas. lilium, fabam, casiam, &c. Humiles. candidæ enim casiæ magis se humi spargunt, suntqz odoratæ. Roremqz, rorem marinum intelligit, Tophus scaber. Ply libro. xvij, c. iiij. ait qz Tophus scaber natura fricabilis. expetitum quoqz ab autoribus p vitibus, scilicet. Sequenti vero capite, inquit fruges ait tophacea alba, q̄ si

sit inter fontes, reperta est ad definitum fertilis. Chelydris, Calabria chelydris frequentissima est, vt Solinus scri. titulo de Italia Diues capua. Strabo lib. v. scri. Capuam Campaniæ caput esse, Campaniamq; campos omnes felicitate superare. Et Ply. lib. xvij. inquit, q quantum vniuersas terras campus ille campanus antecedit tantum ipsum pars eius, quæ laboriæ vocat, quez phlegeu græci appellant, finiunturq; laboriæ via ab vtroq; latere consulari quæ a puteolis, & quæ a Cumis, Capuam ducit Veseuo iugo, Veseuus, vesulus, & vesuuius dicitur est autem mons in Campania teste solino qui vt scri. Stra. libro. v. amenissimus habitabatur agris, excepto cacumine. Dicunt alij Neapolim ad quartum lapidem proximus esse. De hoc Ply. Iunior quo modo suo tempore arserit late scri. lib. v. epistola vero xvj. & xx. Clanius, campaniæ flumen est clanius iuxta acerr as a nomine gigantis ita dict?. Nō æquus at Acerris id existimat, q eas sæpe inūdet, q vacuæ iccirco dicūt q pene desertæ sunt author ē Prob?

Veseuus vbi locor?



aserta.

℄ Nunc quo quaq; modo. Docuit, quæ terræ quibus rebus cōgruāt, nūc docet, quomodo tales esse noscant dicens, ego dicā idest describā, nūc, idest deinceps, quomō tu possis .i. quilibet possit cognoscere, quamq; .i. quamlibet terrā. Igitur Si tu requiras .i. disquiras, & nosse velis, an .s. terra sit rara, an densa supra morē .i. modum, & mēsuram, hoc est immodice: requirere autem potes, quia altera .s. densa fauet magis cereri .i. frumēto, & altera .s. rara fauet magis Baccho, idest vino, aut vitibus quod exprimit dicens densa .s. fauet magis Cereri, & quæq; rarissima .i. omnis valde rara, supple fauet lyæo, idest baccho, hoc est vino, aut vitibus. Si tu ergo id requiras, tu capies oculis .i. diligens, ante .idest priusquam agas, hoc est primū, & iubebis, puteū demitti, idest deorsū mitti in solido, scilicet loco, hoc est pleno, & nō cauernoso, nec rimoso, demitti dico alte .i. pfunde, & repones rursus omnē humū .i. terrā, & tu æquabis idest planabis pedibus .i. cōculcādo, & suppeditādo summas harenas .i. summitatē terræ iā parū desiccatæ, si .s. harenæ, deerūt .i. deficiēt, ita q nō poterūt fossaz replere: rarū: sup. ē illud vber, & erit aptius pecori .i. pascuis, aut arboribus, quibus pecus vescit, & vitibus almis .i. altricibus, aut baccho sacris, Sin .i. sed si .s. harenæ negabūt posse ire .i. redire in sua loca .i. in fossaz vñ paulo ante effossæ erāt, & terra superabit .i. superextabit, & abūdabit, repletis scrobibus .i. postq scrobes, & fossæ fuerit repletæ, ager .s. ille est spissus .i. dēsus, & expectata an tali agro post arationē glebas cūctātes .i. graues: & q te imorari possent & terga crassa .i. porcas, hoc est terras ab aratro piectas crassas, & dēsas, & pscinde terrā iuuēcis validis .i. robustis. Autē p sed tellus salsa, & quæ amara phibet .i. dicit infelix .i. infausta frugibus (nā ea nec māsuescit .i. māsuefit arādo .i. dū arat, seruat baccho genus .i. ppaginē, q ex vitibus illic satis nemo plātaria seruet, cū immite vinū ferrent, aut non seruat pomis sua noīa q .s. a loco nobili denominari solēt, vt punica persica. picētina (ea dico terra dabit tale specimē .i. experimētū, & indiciū spectabile tu diripe .i. rapiēdo assume: tectis, fumosis: vbi .s. pēdet in futurā vindemiā qlos .i. calathos, & corbes, vimine spisso .i. dense cōserto, & diripe colla plorū .i. vasa viminea, q ad præla, hoc est ligna quibus vuæ præmūtur, extenduntur, & ille malus .i. salsus, & amarus ager, hoc est terra sumpta ex illo agro, & dulces vndæ, a fontibus .s. sumptæ: calcētur .i. stipent calcibus huc, idest in hæc vasa viminea ad plenū .i. donec plena fuerint. Scilicet .i. scire licet, cur id præcipiat, quia omnis aqua eluctabit .i. expellet vi pedū, cū quibus luctari videtur, & grādes guttæ scilicet aquæ ibunt, idest manebūt p vimina: at idest, sed sapor manifestus faciet indiciū: scilicet sui, an dulcis an vero salsus, atq; amarus sit, & amaro, idest amaritie: seu amaritudo

Terra amara frugibus infelix

Nunc, quo quaq; modo possis cognoscere dicam.
Rara sit, an supra morem si densa requiras.
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho.
Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyæo.
Ante locum capies oculis, alteq; iubebis
In solido puteum demitti, omnemq; repones
Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas
Si deerunt, rarum pecoriq;, & uitibus almis
Aptius uber erit, sin in sua posse negabunt
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis.
Spissus ager, glebas cunctantes, crassaq; terga
Expecta, & ualidis terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara.
Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando.
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat.)
Tale dabit specimē, tu spisso uimine qualos.
Colaq; prælorum fumosis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulcesq; a fontibus undæ
Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per uimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

SERVI.

℄ Supra morē, abūdāter, plus æquo, isti autē versus incōparabiles sunt, tātū habent: sine perissologia aliqua, repetitionē. Densa magis Cereri, bene addidit magis. Nō hoc vult ostendere, qd vbi melius nascit. Potest etenim frumētū in rara, & vinū in dēsa, sed nō feliciter nasci. Locū capies, Eliges, vt aut capere, aut captas iā despectare videntur. In solido: nec ager sit cōcauus. Aptius vber erit, aptior vbertas, & fertilitas. Glebas cūctātes, validas, graues, & magnas, vt auidusq; refringit, cūctātē. Expecta, pba. Nec māsuescit arando, Dū arat, vt sibi de arboribus ita exuerint syluestrē aium. Sua nomina, pptiā generositatē, vt & nos aliqd nomeq;, decusq; gessimus, Tale specimē, talē pbationē. Spisso vimine pro spissi viminis. Prælorū, idest corbes, p quos vinū defluit, q & ipsi a colēdo dicti sunt. Præla aūt trabes sunt, quibus vua iā calcata premitur.

Prælum quid sit

Eluctabit

Eluctabit, cū mora egredietur. Amaror, amaritudo, & est sermo Lucr. & vera lectio. Nā multi amaro legūt, vt sit sensu amaro.

MANC. ¶ Lyæo. Lyæus bacchi nomē a lyo, qđ est soluo, eo qđ mentem & mēbra vinum dissoluat, vnde sequit paralysis, vber, fertilitas. Proscinde inuēcis, ad frumēta serēda. s. salsa tellus. Ply. li. xvij. c. iiij. ait, salsæq; terræq; multo melius credunt tutiores a vitijs innascētiū aialiū. Amara Ply. li. xvij. c. v. ait terrā amarā,

amaritudo: si sit, torquebit ora tentantum: idest periculum facientium sensu, idest per sensum. Sunt q legāt, sensu amaro. sz Au. Gellius cōuincit legendum esse amaror. Multa ergo sunt Abstracta huius concreti amarus videlicet amaritas, amaritudo, amarities & amaror amaroris, sicut dulcor dulcoris,

Cōcretū qđ & qđ abstractū

siue macrā. sigs pbare velit demōstrāt eā atræ, degeneresq; herbæ. Specimē documētū. indiciū, signū, experimētū, Qualos. Calathos. Colla plorū. i. torcularium, vasa viminea seu crates illas virgeas, q̄ vinaceis supponunt prælis. i. lignis, quibus calcata vua premitur. Fumosis tectis, solent enim humores in tectis seruari, ne pluuia putrescāt. Eluctabitur, exiuit. Amaror. Gel. li. j. c. xxi. serī hoc loco legendum esse amaror. & non amaro, Atq; poetam id a Lucre. sumpsisse, qui quidem li. iiij. dixit. Quum tuimur misceri absinthia tangit amaror.

Pinguis item quæ sit tellus, hoc deniq; pacto
Discimus, haud unq̄ manibus iactata fatiscit.
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.
Humida maiores herbas alit, ipsaq; iusto
Lætior, ah nimium ne sit mihi fertilis illa.
Neu se præualidam primis ostentet aristis.
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit.
Quæq; leuis, promptum est oculis prædiscere nigram.
Et quisquis color, at sceleratum exquirere frigus
Difficile est: piceæ tantum, taxiq; nocentes.
Interdum aut hederæ pandunt uestigia nigræ.

SERVI. ¶ Habēdo, dū hētur, lētescit. cohæret iusto Lætior, vltra modū plusq̄ op3. Ah nimium, ne sit mihi fertilis illa. i. ne herbæ plusq̄ op3 crescētes spē adimāt frumētorum. Vñ ait in pmio, Luxuriē segetē tenera depascit in herba. Primis aristis. i. herbis surgētibus, quæ luxuries futuris frugibus nocet, quia culmi tenues terre nō possunt. & qsqs color. Vera lectio est. qsqs color. Nā male qdā: & qs cuiq3 legūt excludētes. at, vt sit. Et qs cuiq3 color, sceleratū exqrere frigus: difficile ē. alij colos legūt, vt excluso os, fiat synalepha, & scādam⁹: & qs cuiq3 colat sceleratū vt sit quēadmodū, iter se coisse viros, & decernē ferro qđ nō pcedit, Tūc. n. r. i. s. mutat cū lōga opus ē syllaba, vt labor, labos, honor, & honos. Hic āt nō solū lōgā nō fac syllabā, sz et excludit s cū supiori vocali, vñ & legēdū ē, & qsqs color, qđ nec obscuritatē affert nec fidē derogat lectiōi, sceleratū: nocēs: oīa exurēs Hederæ pādūt vestigia. Hederæ idicāt frig⁹, nā vestigia idicia dic. Nigræ āt dic ob albaꝝ discretionē, vt hedera formosior alba

MANC. ¶ Fatiscit, dissoluit. aperit, hñdo, dū hētur, humida maiores herbas ait. Ply. li. xvij. c. iiij. inqt, nec sp̄ aquosa est terra, cui pceritas herbaꝝ. quæ grauis est, idē li. xvij. c. iiij. ait Nec grauis, aut leuior iusto deprehenditur pōdere, qđ. n. terræ pōdus iiilus intelligi pōt? Piceæ, Picea mōtes amat: atq; frigora: hæc plurimā resinam fundit. idem li. xvi. c. x. Taxiq; nocētes, est. n. veneno sa arbor: de q̄ late idē li. xvi. Hederæ nigræ, idē li. xvi. c. xlviij. scribit hederā inimicā satis oībus: serpentum frigori gratissimā est aūt candida & nigra, de q̄ etiam latius ecloga septima.

Hedera q̄tuplex

¶ Pinguis itē, &c. Eādē rē psequit, ondens videlicet, qua via possemus terrarū qualitates deprehendere. Vñ ordo est. Item nos discimus deniq3 hoc pacto. i. mō, quæ tellus sit pinguis. Nā ea supple. Iactata manibus, haud. i. nō fatiscit. i. dissoluit, & aperitur. sed lētescit. i. fit lēta, hoc est cohæret ad digitos hñdo. i. dū habetur in morē picis, sicut pix, quæ se tangētibus hæret Et per sensum a contrario dat intelligere, qđ quæ fatescit, & resoluit in puluerē macra sit. Humida alit herbas maiores, quā supple arida, aut maiores. i. sane magnas. & ipsa ē lætior. i. vegetior iusto. i. q̄ iustū est, & q̄ oportet, ah ne illa. s. humida sit mihi nimium fertilis i ferax, aut luxuriās neu. i. neue illa ostendat se præualidā. i. præter ceteras validā: & vberem. in pmis aristis, idest cū primū exurgent spicæ. Cognoscitur ergo humida ex abūdantia herbarū: & segetū. Cōtra arida ex raritate earū. Terra: sup. quæ grauis est, quæq3. i. & q̄ leuis, pdit. i. manifestat se tacitā. i. tacēte, aut licet nihil de ea dicatur, ipso pōdere. i. grauitate, & pōderositate. Prōptū. i. facile est pdiscere. s. plusq̄ aliqs dicat oculis. i. visu, nigrā. s. terras, quæ terra nigra sit, & qsquis. i. qcūq3 sit, supple terræ color. At. i. sed, exqrere, i. exquisite nosse, frigus sceleratū3: idest infestum, & nociuum oculte nocēs more sceleratorū, est difficile, tantum. i. tātūmodo, piceæ scilicet arbores, & taxi etiam arbores, quæ frigora amant nocētes, immo interdū sola vmbra necātes, & hederæ nigræ) qr sunt et albæ. vnde in Buco. Hedera formosior alba) pādunt. i. māifestāt, & palā ondūt interdū vestigia. i. indicia frigoris, quæ sic frigidā terrā eē idicāt, vt vestigia gressum eius, cuius sunt, Et hæc de terrarum ingenijs, & qualitatibus.

ASCEN.

His animaduersis terram multo ante memento
Excoquere, & magnos scrobibus concidere montes.
Ante supinatas aquiloni ostendere glebas.
Quam lætum infodias uitis genus, optima putri
Arua solo, id uenti curant, gelidæq; pruinæ.
Et labefacta mouens robustus iugera fossor
At si quos haud ulla uiros uigilantia fugit
Ante locum similem exquirunt: ubi prima paretur
Arboribus seges, & quo mox digesta feratur,
Mutata ignorent subito ne semina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice signant
Vt quo quæq; modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi.
Restituant: adeo in teneris consuescere multum est.
Collibus, an plano melius sit ponere uites.
Quære prius si pinguis agros metabere campi.
Densa sere, in denso non segnior ubere Bacchus.
Sin tumulis, accliue solum, collesq; supinos.
Indulge ordinibus, nec secius omnis in unguem
Arboribus positis secto uia limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello cum longa cohortes
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto.
Directæq; acies, & late fluctuat omnis
Aere renidenti tellus, nec dum horrida miscent
Prælia, sed dubius medius Mars errat in armis.
Omnia sunt paribus numeris dimensa uiarum.
Non animum modo uti pascat prospectus inanem,

¶ His aīaduersis, &c. Postq̄ naturas terrarū edocuit, pscribit quo pacto terra colēda sit potissimū, p viribus serēdis qđ pmissime facit, ne pmi libri ptes in hunc cōgessisse culpetur. Nā in hoc libro eatenus licet agriculturā describere q̄tenus ad vinū aut arborū sationes cōducit. Ordo igit est. his. s. prædictis de terrarū ingenijs aīaduersis. i. cōsideratis, & cognitis. i. postq̄ nostri, quæ sit sua cuiq3 terræ natura, & quorū feliciter ferax sit, memēto quoq3. i. ēt excoquere. s. solibus: terrā, & cōsidē scrobibus. i. in scrobes, hoc est fossas magnos montes. & memēto ondere aqloni, glebas supinatas, i. qua pte terra3 spectabāt in cœlū versas: ante. & prius q̄ infodias. i. plātes, aut obruas in fossam genus vitis lætū. i. fertile. & lætitiā tibi allaturū, arua sunt optima solo putri. i. putrefacto, & resoluto, vēti, & gelidæ pruinæ curāt, id. s. vt solum putrefiat, & ideo inuertēdū, & vētis, ac solibus, pruinisq3 exponēdū, & fossor robustus. i. purus, & fortis mouens iugera. i. terrā quantā iugum. i. par boū singulis diebus arare potest labefacta. i. effosa, & subacta hoc est subigens, & mouēs ea, vt sit sz Seruium hypallage, labefacta p labefaciēs passiuum p actiuo: vt labefacta. i. mollificata priusq̄ moueat, aut inuertat. At. i. sed si vlla vigilantia, haud. i. non fugit, idest præterijt (est enī3 præteriti tēpori, qr primam pducit) quos. i. aliquos viros, idest sequ adhibuerint, omnem diligentiā, ipsi exquirunt an scilicet q̄ transferāt vites, aut arbores, locū simulē. vbi. i. in quo pma seges. i. satio paret arbori bus, & quo. i. ad quē ipsa seges digesta. i. adulta: ferat. i. trāsferat, mox. i. paulopost. s. curabūt, vt loc⁹, vbi pma erit satio aut plātatio arbor sit silis illi, quo mox trāsferat, ne semia. i. plātaria mutata subito ignorēt mres. i. pmā pductricē. Quin etiā. i. isuper, illi vigilātissimi, signāt in cortice. s. arboris trāsferēdæ regionē. i. faciē, & sitū cœli, vt quo qq3. i. qlibet. s. arbor aut vitis steterit. s. i pore solo. & q̄ pte tulerit. i. ppessa sit: calores austrios. i. adustionē vēti australis, & q̄ terga ipsa obuerterit axi. s. septētriōali, eo sup. mō, & ab ea pte, restituāt eā terræ adeo. s. in tātū est multū, cōsuescere. i. cōsuetū eē in teneris. s. annis: & naturis, quia prima quæq3 tenacius hærēt atq3 cōsuetudo ē altera natura qre. i. disqre ēt prius. an melius sit ponere vites

ASCEN.

Ordo.

Iugerū qđ sit

Cōsuetudo qđ sit

Sed

Sed quia non aliter uites dabit omnibus æquas
Terra, neq; in uacuum poterunt se extendere rami.

sup. i collib⁹, an i plāo, q2 dictū ē. Deniq; aptos. Bacchus amat colles. Si tu metabere. i. parabis aut eliges ad paradū: sicut q castra metatur locū capiūt, agros cāpi. i. loci capacis, & pīguis sere dēse, p eo qđ est dēse, & mixtim, q2 Bacchus. i. vitis cū nō segnior vbere. i. fœcūditate cāpi in dēso. s. loco hoc est vitis respōdet vbertati terræ, Sin. i. sed si sup. metabere, solū, i quo seras vineā, accliue. i. assurgēs paulo. collibus. i. mōticulis, seu colles supinos. i. ad cœlū erectos, indulge. i. da operā ordib⁹ i. vt in ordinē digerant, nec secius. i. nō aliter, ois via. i. situs arborū quadret in vnguē. i. pfecte in formā quadrāgularē fiat, arboribus positis. i. dispositis, limite secto. i. diuiso in lineas directas, & quadrāgulas. Vt. i. quēadmodū quū lōga legio explicuit. i. ordinauit sæpe, i ingēti bello cohortes. i. classes suas & agmē. i. q̄ a duce in plurū iā agi pōt multitudo. steterit in cāpo, apto: & acies directæ. s. sunt, & ois tellus fluctuat. i. micat late . i. ampliter, ære renitēti. i. armis æratis obnitētibus a nitore, nō a niteo Ipi sup. sic instructi necdū. i. nō adhuc miscēt plia. i. cōserūt mau: sed mars dubi⁹. i. icertus, an eos i plia iflamabit, an ad cōcordiā redire sinet. errat i medijs armis. i. sic construunt i ordinē vites, vt solēt añ pliū istrui exercitus, q signo dato mox cōserunt. Sit ergo oia dimēsa. i. cōmēsurata, parib⁹ nūeris. i. ordinatiōibus: nō sup. iō vt. i. vt pspectus. i. pulcher de lōge, h̄ est porro aspectus. (Est. n. pulchrū vidē arbores vitiferas i ordinē cōsertas) pascat. i. delectet aīū inanē. i. sese rebus inutilibus oblectātē. sicut pmo æneid. Atq; aīū pictura pascit inani. Sed sup. iō, q2 terra nō dabit aliter. s. q̄ in ordinē digestis oibus. s. arboribus, i vitib⁹, æquas. i. æquales vires, h̄ est æqualia nutrimēta, neq; rami. s. arbor, poterunt se aliter extēdere in vacuum, q2 si confuse, & mixtim serantur, alia aliam impediret, & ita neq; solē similiter exciperent, neq; nutrimētū a terra æquale haberent, neq; ramos impeditos extēderēt radicē i media scrobe op3. Et Co. li. iij. c. iiij. ait. Itē si scrobib⁹, aut sulcis vineā posituri erimus. optimū erit añ ānū scrobes, vel sulcos facē. Magnos mōtis, iubet. Quia cliuosa altiores poscūt scrobes, qđ itē Pli. li. xvij. c. xxi. docet. Maro. supius ait, Aptos, bacchus amat colles Colu. ēt li. iij. c. iiij. ait, Curādū añt est, vt locis arduis, & cliuosis altius vitis deponat, q̄ si humidis, i planis Agiōi, vt eius. s. frigore excoquat. Optia, ordo est, arua putri solo optia sunt. Putri. i. mollificato. & solubili. Id vēt vt arua sint putri solo. Pruinæ, de bis iā dem̄ ē. Labefca. i. pulsa, effosa, subacta Ingera. iugeri mēsura ducētos, i. xl. lōgitudis pedes cōtinet, dimidiūq; i latitudie, de q̄ Fab. li. i. Pli. & oll. xviij. c. iij. ait: q̄ iuger vocabat. qđ vno iugo boū exarari i die potuiss3. Actus i quo boues agerent cū arāt vno ipetu iusto, Hic erat cētū viginti pedū duplicatusq; i lōgitudinē iugerū faciebat, Hæc ex Pli. Varro iugera ait dictū, q iūctū est duob⁹ actib⁹ q̄dratis. At si quoa, &c. h̄ est, siq; sunt vigilātes. Pria seges. i. seminariū vl' arbor. vel vitiū Locū. iles. Theophra. li. iij. de causis plātaꝝ ait, ex sili loco, aut nō deteriori semē accipiēdū. Colu. li. iij. c. i. ait. Optiū3 cē eodē agro, quo vitē depositurus es, vl' certo vicio facē seminariū: at si cāpestres, & vliginosos agros possidebis, pderit quoq; seminariū sili loco facē, & vitē largo cōsuescere humore. Idē colu. li. iij. c. ix. sic ait, sed & qualitas soli plurimū iuuat, vt ex macro. aut mediocri trāsducat in melius: nā qđ assuetū est pigui, nullo mō maciē terræ patit, nisi sæpius stercores, de h̄ lati⁹ idē, li. iij. c. v. Cœli regionē. Cato pcipit meridianā cœli ptē signare i cortice, vt trāslata eisdē, i assuetis statuerēt oris: ne agliōi æmeridiāa opposita solib⁹ finderent, & algerēt meridiāæ agliōib⁹. Hæc i plura Pli. li. xvij. A[illegible] . i. septētrioali cœlo. de q̄ ē es. usi Adeo multū est, tm̄ pdest. Oui. q3q; ait i arte. Fac tibi csuescat, nil assuetudie maius. Et Teophra. li. v. ait q mos solit⁹ plimus valet, sit, n. r[illegible] nā. Collib⁹, an plāo, de solo, i cœlo vitib⁹ oportūo, videto lati⁹ ibi. Dēiq; aptos: bacchus amat colles. Metabē parabis, sic. n. Nōius h̄uc locū apit. Dēsa, p dēse. Colu. li. iij. c. iij. inq̄t. Vlea: q̄ angustissime pserit qđ [illegible] pedū spacio i terposito, pōit iter vij. vl' viij. pedes q̄ rarissime. Vt ēt facile arari possit iter dēos pedes q̄ternos tēui plimū octonos. Nec seci⁹ arborib⁹ positis in vnguē q̄dret ois via secto limite. i. ducto tramite, vel sulco, nec secius: nec alr̄ q̄ vitibus, solēt, n. a. borem iter vites seri, vl' nec seci⁹. i. nō alr̄ arborib⁹. i. vitibus via q̄dret, q̄ acies iter se añ icoeptū prœliū, In vnguē, ad pfectiōes, est. n. metaphora sūpta a marmorarijs, q qdē iūcturas vnguib⁹ pbāt. Legio. i legiōe erāt cēturiæ. lx Māip. xxx. Cohortes. x. vt Cyn. li. vj, notauit. aut Gel. li. xv. c. iij. Legio āt dcā ē, q legūt milite ai dlectu. vt Var. docet. De legiōib⁹ āt i cohortib⁹ videto modestū

His animaduersis. i. agri cultras deschēsa. Terrā multo ante memēto Excoqre, hoc dicit nō eē eo āno ponendas vites, quo fodiūt scrobes, sed post ānū, vt calore, i frigore, i labore iusti possit terra putrefieri. Infodias. Obruas. Et labefacta moues Hyppallage, mouēs i labefaciēs. Añ locū siles ponāt. Dicit trāslatiōe arbor, siles3 terrā eē regrēdā. Arboribus seges. Q̄ de seminario loqtur arbor hū segetē appellauit, Digesta, ordinata, vt Digerit i numer Matrē. Terra. Vt. antiq exigrite matrē. Quæ ter. obuerterit axi. Septētriōi. Nā græce ἄμαξα dr̄. Collibus an plano, at q supra ait, deniq; aptos. Bacchus amat colles. Sed ēt in vallibus pōt eē posset vites supiue idicauit. Vt hic tibi pualidas oli, multoq; fluētes. Sufficiēt bacche vites vnde mō vtrūq; cōplectit, & dic queadmodū in colle vites pōere demō vtrūq; cōplectit, & lōge alia significatio est metor metiebeamus. Metabē, eliges, & lōge alia significatio est metor metiendeamus. Metabē, eliges, & lōge alia significatio est metor metiebeamus.

Metabē, eliges, & lōge alia significatio est metor metiebeamus. Metabē, eliges, & lōge alia significatio est metor metiebeamus. Metabē, eliges, & lōge alia significatio est metor metiebeamus.

taris. vñ Luc. Hesperios audax veniā metator i agros, & alia metior metiris. Illud. n. metatus sum: h̄ mensus sum fac. Dēsa. pro dēse, vt Et pede terrā, Crebra ferit. p crebro. Indulge ordibus, i. da operā, & ordies effice largiores. Nā de plāo aut dēsa ier. In vnguē. Ad pfectionē. i trāslatio a marmorarijs. Qui iūcturas vnguibus pbāt. Ho. ad vnguē factus hō. Arborib⁹ positis, vl vnguibus pbāt. Ho. ad vnguē factus hō. Arborib⁹ positis, vl' ordiatis. Secto, ducto, vñ & sectæ philosophorū dicunt, i. ducto q̄drer. Cōsentiat. Cōgruat. Trāslatio a q̄dris lapidibus q sibi bñ cōueniūt Fluctuat. Splēdet. Numeris: ordinatiōibus. Vt pascat, delectet: vt atq; aīum pictura pascit inani.

His aiaduersis. i. terrarū iā pcepta, vl' cognita. Excoqre. ea lo?. vs & frigor. Multo añ. s. q̄ laetū infodias vitis gēus. Scrobibus, h̄ dic, q̄ñ vitiū surculi, teste ēt Pli. li. xvij. c. xx. serūt & in scrobe, i i sulco lōgiori, sup q̄s tenerrima iget i terra: sed eē vitis

SERVI.

MANC.

Vitiū surculi quō serantur

Ingerum quid sit

Assuetudo quid possit

Forsitan



Forsitan & scrobibus, quæ sint fastigia quæras.
Ausim uel tenui uitem committere sulco.
Altius, ac penitus terræ defigitur arbos.
Aesculus in primis, quæ quantum uertice ad auras
Aetherias, tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres
Conuellunt, immota manet, multosq; per annos.
Multa uirum uoluens durando secula uincit.
Tum fortes late ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.
Neue tibi ad solem uergant uineta cadentem.
Neue inter uites corylum sere, neue flagella
Summa pete, aut summas defringe ex arbore plātas.
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Semina, neue oleæ syluestres insere truncos.
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis.
Qui furtim pingui primum sub cortice tectus.
Robora comprendit, frondesq; elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit, inde secutus
Per ramos uictor, perq; alta cacumina regnat.
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum picea crassus caligine nubem.
Præsertim si tempestas a uertice syluis
Incubuit, glomeratq; ferens incendia uentus
Hoc ubi, non a stirpe ualent, cæsæq; reuerti
Possunt, atq; ima similes reuirescere terra.
Infelix superat folijs oleaster amaris.

ASCEN. ¶ Forsitan & scrobibus, &c. q̄r pmonuit scrobes pfodere, & vites in ordine disponere, docet scrobiũ pfunditate dicens. Tu q̄ras .i. percūcteris forsitan, &c .i. et, quæ sint fastigia .i. altitudines seu pfunditates, scrobibus .s. fodiens, hoc est q̄z pfunde effodi debeat. Ad qd̄ rn̄det, ego ausim cōmittere vitem: & .i. et tenui sulco, sed arbos .i. arbor, cui vitis maritat, defigit .i. deorsuz infigit terræ, altius .i. profundius: & penitus .i. pene intus, & in visceribus terræ: & æsculus .s. arbor i primis .i. inter primas, q̄ est pcipue æsculus infigit alte. quæ .s. æsculus tēdit tm̄ .i. tātũ, radice .i. p radicē in tartara .i. ad inferna, quantũ tēdit vertice .i. sũmitate, & cacumie ad auras æthereas .i. cœlũ versus Ergo q̄r tam firmiter radicata est, hiemes .i. tēpestates nō conuellunt illā .s. æsculũ, nō flabra .i. vēti, neq; ibres .i. pluuiæ, sed manet immota & vincit .i. von, cōpos per māer durādo p multos annos voluens .i. transigens multa secula virũ .i. viroz, aut legamus, multosq; nepotes, & ipsa voluens durādo multa secula virũ .vincit multos nepotes .i. posteriores eorũ, tum .i. deinde postq̄ sic radicata est, ipsa tendens .i. extendēs huc illuc .i. in diuersas ptes ramos fortis, & pro .i. brachia, sup. fortia, ipsa existens media sustinet ingentē vmbrā .s. ramorz suorũ. Neue, &c. Docet quo loco, & quo respectu ad cœlũ vites serendæ sint, dicens, Neue sere Corylũ .i. auellanā inter vites, neue pete sũma .i. extrema flagella .i. ramalia, aut ne defringe plantas .i. surculos, & virgulas inserendas ex sũma arbore .i. ex summitate arbore, tantus .i. tā magnus est amor terræ s. q̄ quo ei viciniora sint oia, eo sint fertiliora, neu .i. neue læde semina .i. virgultũ inserendũ, ferro retuso .i. hebeti, neue insere syluestres truncos oleæ .s. inter vites, & arbusta, nā ignis excidit sæpe pastoribus incautis .i. nō recte cauētibus, nec pspicientibus, q .s. ignis tectus primũ furtim .i. more furti sub pingui cortice, vz oleæ cōprendit .i. inuadit postea, & simul occupat: robora .i. truncũ, & elapsus sursum, & extra lapsus cōponit. n. ab extra, i altas frōdes .s. oleæ, dedit cœlo .i. dat ingentē sonitũ .i. crepitũ & fragorē. co. n. q̄ frōdes virides sunt, crepitant & q̄r pinguis cremari pnt, & ipsa ignis victor secutus inde .i. post cōbustione frōdiũ, regnat p ramos, & p alta cacumina .i. sũmitatē arborũ, & inuoluit .i. īplicat, totũ nemus flāmis, & ipse crassus calligine .i. fuligine picea .i. qualē pix generat ruit .i. pijcit (Capit. n. hic actiue) atrā nubē .s. fumi ad cœlũ, psertim si tēpestas .s. vētorũ, incubit .i. ingruit syluis .i. in syluas, a vertice .i. a septētrione scđz Mancinellũ, aut potius desup: ita vt ignis a sũmitate vi vētoz deijciat in truncos, & idē i vicinas arbores, & si ventus ferēs .i. inflans glomerat incēdia .i. flāmaz globos p cacumina, Vbi .i. i quo loco, aut tpe, hoc sup. euenerit, ipsæ oleæ nō valēt reuirescere a stirpe, & cæsæ .i. āputate, nō pnt reuerti, & reuirescere similes in ima terra, & ita oleaster i. ix .i. īfœcūdus: supat .i. supabūdat folijs amaris .i. hn̄s amara folia, q dnāt extictis oleis.

MANC. ¶ Forsitā & scrobibus, vt ēt supra diximus, scrobes masculini sunt generis. Nam & Cice in Oeconomicis sic dicit, & Plautus ait, Sexagenos scrobes, minor autem est Lucani, & Gracchi authoritas. Nā Luc. ait. Exigua posuit scrobe. Gracchus, abunde fossa scrobis est, qđ exemplũ in Terentio est. Quæ sint fastigia quæras. Fastigiũ, & summæ & infimæ partis possumus dicere, sicut altũ & mare, & cœlum dicimus: Hinc est, cœlũq; profundũ, cũ puteus sit pfundus. Ausim: ausus sim, vel audebo. Sulco, idest fossa. Aesculus in primis arbor est glādifera. quæ licet ab esu habeat deriuationē, tamē p æ scribitur, sicut & cælatũ, quod ē participiũ, licet a cœlo cœlas sit deriū. Flabra. Hoc nomē tantũ pluralē recipit numerũ, ab eo vero, quod flamina flamē possumus accipere, licet sit euitandũ pp̄ter aliā significationē. Naz dicit flamē dialis, flamē Martialis. Neue inter vites corylum sere. Radices enim eius nocēt vitibus. Neue flagella, summa pete, Flagella dicuntur summæ arborũ partes ab eo, quod ventorũ crebros sustinet flatus. Tātus amor terræ .i. sic diligēter a rusticis ager ē colendus. Ferro retuso. Obtuso: quo vites quassanf potius q̄ putantur. Ne ve oleæ syluestres: Non qđ p̄sit, sed vt etiā ipse propter casum incēdij. Incautis pastoribus. Negligētibus, & circa alia occupatis. Ruit atrā nubem, Egerit, & emittit, & ruere facit. Nā mō ruit actiuā hz significationē. A vertice ab aqlōe: vt hic vtex nobis sp sublimis. Ferēs. Flās, vt feret vēto mora neq̄ ferenti. Hoc vbi, subaudi cōtigerit. Infelix, infœcūdus, & sterilis. Superat, si pest, vi qd puer Ascanius, supat ne?

Fastigiũ quid sit

Flagella q̄ dicant

MANC. ¶ Tenui sulco, videto paulo supius ibi. Et magnos scrobibus pcidere mōtis. Penitus, maxie. Flabra, vētor flatus. Multosq; p annos, qdā antiq textus hn̄t, etiā multosq; nepotes, quod magis placet. Erit aũt ordo. & durādo voluēs multa virũ secula vincit multos nepotes, siue, & voluēs multa vir secula, durādo vicit multos nepotes .i. multā, & lōgā posteritatē. Multosq; per annos voluēs multa vicũ secula durādo vincit .i. supat illa secula, nō supaf ab illis. Secula, seculũ spaciũ annor centũ vocat ūt dictũ a sene, q̄ lōgissimũ spaciũ senescēdoz hoium putāt. Var. ē author. Vergāt, inclinēt. Ad solē cadētē, Ply. li. xvij. c. ij. ait, q̄ Vergi. vites ad occasus seri dānauit, alij sic maluere q̄ in exortu, a pluribus meridiē pbari animaduerto, nec arbitror ppetuũ qđ in hoc præcipi posset, ad soli nām, ad hoc ingeniũ, ad cœli cuiusq; mores, dirigēda solertia ē. In africa meridiem vineas spectare, & si viti inutile, colono salubre est. Quoniā ipsa meridianæ subiacet plagæ, qua pp̄ sibi q in occasum. aut septētriones pferet, optime miscebit solũ cœlo. cũ Verg. occasus iprobet, Nec de septētrione reliquit dubitatio vr, at qui in Cisalpina Italia magna ex parte vineis ita positis cōpertũ est: nullas esse feliciores, multũ rationis obtinent vēti, Hæc ex Plynio. Corylũ, de Corylo vide in Tyrro, est autē fructificosa arbor, de q̄ multa Theophrastus li. ij. Flagella sũma, Theo. li. v. de causis plantar scribit, plantas petēdas esse ab radice potissimũ, quod si minus cōsequi possint, a parte iferiore arboris, potius q̄ a supiore accipiunt. enim viuaciora intelliguntur, excepta vite, ac ficu & quicquid humidum sit, quippe humida parte superiore melius germinãt. Colu. li. iij. cap. iij ait, q̄ vitis semina optima habentur a lumbis. secundo ab humeris, tertia summa in vitæ lecta, q̄ celerrime cōprehēdũtur, vt sint fraciora, latius aute eadē habenf li. iij. c. x. Flagella, summæ arbor ptes dicũtur a vētorũ flatu. Retuso, hebeti. Theoprastus li. v. de causis plantarum ait, q̄ ferro q̄ leuissime purgandæ sunt arbores & vites etiam periculũ. Nāq; interitus propter vlcera imminent. Quemadmodum enim radicibus vulneratis cum foditur, arbores deteriorescunt, sic etiā vulnere partis superioris notam eandem his posse afferri credendum est. Quam nequeunt tolerare. Semina arborum: vel vitiũ plāculas. Ruit: emitt, Ab vertice, a septētrione. Tempestas, ventorum furor. Ferens, flans, Hoc vbi, supple euenerit. Infelix, sterilis.

Seculũ qđ & vñ dictum

Nec tibi tam prudens quisq̄ persuadeat author,
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems, nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima uinetis satio, cum uere rubenti

ASCEN. ¶ Nec tibi, &c. Docet quo vento flante arandæ, aut fodiendæ sint terræ dicens, qu a non borea, sed zephiro, qui veris tempore flat, in cuius laudem parumper digreditur. Ordo ē. Nec quisq̄ author tam prudens .idest q̄tumcūq; prudens habeatur. persuadeat tibi mouere .i. aperire arando, aut fodiendo tellurem .i. terrā rigidā .i. constrictam gelu, & hoc borea .i. vento illo septentrionali spirante .i. cum spiritu, & sibilo

Ordo.

Candida

flante

Candida uenit auis longis inuisa colubris.
Prima uel autumni sub frigora, cum rapidus sol
Nondum hyemem contingit equis, iā præterit æstas.
Ver adeo frondi nemorum, uer utile syluis.
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore fœtus
Auia tum resonant auibus uirgulta canoris,
Et uenerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager, zephiriq; tepentibus auris
Laxant arua sinus, superat tener omnibus humor.
Inq; nouos soles audent se gramina tuto
Credere, nec metuit surgentes pampinus austros,
Aut actum cœlo magnis aquilonibus imbrem.
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.

state, q; hyems.i. tēpestas hyberna, ac pluuiosa. claudit rū.i. tūc.s. cū boreas flat gelu, nec patit̄.i. nō pmittit, aut sinit affige/ re terræ radicē cōcretā, & hoc semine iacto.i. pōst q iactū sit se/ mē. Optia at satio ē vinetis.i. vitibus vere rubēti.s. floribus, vñ ē par pureū aliibi &c. cū.i. qñ auis cādida.s. ciconia inuisa co lubris lōgis, qb⁹.s. psecut̄ vēit.s. ad nos, vl sub.i. paulo añ pria frigora autūni, cū.i. qñ sol rapid⁹.i. ad se humores attrahēs, aut celeriter spcurrēs nōdū ɔtingit equis suis hyemē.i. lineam, aut signū, vbi exñs hyemē facere solet, & cū iā æstas pterit.i. ī ter cauma, & frigus intēsum. Ver ē adeo.i. valde multum vtile frondi nemorū, ver est adeo vtile syluis, terræ tumēt.i. grau/ dæ sunt vere, & poscut semina genitalia.i. qbus cōceptis gene/ rēt: q; æther.i. aer tepidus, h ē Iup. exñs pr̄ oipotēs descendit ī.i. tūc.s. tpe verno, lætæ.i. lætanti ī gremiū coniugis.s. Iuno.q̄ p terra pōit, vñ & terrenor̄ regnor̄ moderatrix a poetis cēse/ tur, sup. cū Ibrib⁹ fœcūdis.i. fertilib⁹, aut fœcūditatē patiēn/ tis, & ipse.s. iuppiter cuius oīa plena sunt, cōmixtus.s. cum magno corpe.s. totius terræ alit oēs fœtus.s. terræ, & virgul/ ta auia.i. i quus nulla ē via: hoc est ī lustria, resonāt, tū.i. tūc auibus canoris, & armenta repetunt tūc certis diebus (Cæte ris enī in coitu satietas est, hoī pene nulla) venerē.i. rē nālem ad ppagandam prolē. Et ager almus.i. quo alimur, parturit tūc.s. in vere, & arua laxant sinus.i. gremiū, & receptaculū se minū laxant dico.i. aperiunt, & dissoluunt, auris zephiri tēpē/ tibus.i. teporē afferentibus. humor tener.i. molliculus, supe/ rat oībus.s. viuentibus, & gramina audent credere.i. cōmitte re se, tuto.i. sine piculo, nec pāpin⁹.i. frōdes vitiū, metuit sup. tūc austros surgētes, aut ibrē.i. copiā pluuiæ, actū.i. ipulsum, sup. de cœlo, sup. cū magnis aqlonibus, s; trudit.i. ppellit, & effundit ī folia, gēmas.i. vitiū oculos, aut nodulos, & explicat .i. pādit, oēs frondes: quus.s. opus est arboribus fructiferis.

℄ Primus humū fodito. i. ad laboré pmū te eé pueniт. Vltimū ad fructus legédos. Vinū. n. factum de vuis imaturis cito ace scit, & in hoc loco est vitiū vituperatio, quarū fructus aut imma turi i collecti depereunt, aut si earū fuit expectata maturitas, ni hilominus peunt. Ná dicturus est. Etiam maturis metuendus Iupiter vuis. Vallos pmus sub te. re. i. vitiū sustentacula, quæ nonullis locis sub tecta portant, ne imbribus cito peát. Merito Vindemiato, Bis vitibus ingruit vm. s. & ipsius vitis, & arboris q̄ amputáda est, vt dēptis folijs sol admittat: quo possint vuæ maturescere. Bis segeté densis obdu. sen. her, Semel autúnali & semel vernalu pe Durus vterq; labor, & euellédarū herbar & secádarū frondiū. Laudato ingentia rura: Exiguū colito Hoc ét Cato in libris dicit ad filiū de agricultura, quod ideo dictū, est, vel q2 maiores agros incultus rura dicebant. i. syluas, & pa scua. Agrū vero dicebát eū qui colit, vt intelligamus, laudato ingentes syluas, colito agrū minorem, vel quod melius: q2 ait in pmo. Alternis idé tonsas cessare nouales, Et segné patiere si tu durescere cápum, quod fieri non pót, nisi fuerint spatia ma iora terrar: Na & cato, vt diximus, & Cicero in œconomicis ob hoc laudát pdia latifundia, vel quia, vt Donatus dixit ét, non

Rusceum quid sit

Antes q sint

culta pstant aliqd dominis. Rusci ruscū virgultū est vñ vitea ligant, & cómemorat labores, q licet circa alia, tñ p vitibus exer cent Incultiq; exercet cura salicti, quasi cū indignatione ait, cá vitiū cura nos ét spóte nascentiū rerū fatigat, Iá falcem arbusta reponūt. i. iá putatæ sunt, nec falcé reqrūt. Iá canit extremos effœtus vinitor antes, melius est effœt⁹ legere: q effœtos vt qdá volūt. Et antes alij extremos vinearū ordines accipiūt. Alij maceriæ qbus vineta claudunt, quæ maceriæ fiūt de assis, i. de sic cis lapidib⁹: vñ & assæ tibiæ dicunt qbus canit sine chori voce. dicunt aūt antes a lapidib⁹ eminétioribus, q iterponunt ad ma ceriá sustétádá. Nam ppe antes sunt eminétes lapides: vel colūnæ vltimæ, qbus fabrica sustinetur, & appellantur. ἀπὸ τοῦ ἀντιστοιχεῖν ad quá etymologiá ét extremos ordies vinear possumus trahé, q añ stát. Hoc át dic, iá cát rustici labore finito, tñ deesse nō pót, qd circa culturá vitiū exercere adhuc debeat Puluisq; mouédus, genus ipsum culturæ puluerario vocatur: quo imminutæ glebæ vitibus applicatur, Maturis metuédus Iupiter vuuis, Aer more suo cuius varietas laborem plerūq; decipit rusticor, & tacite videt admonere, quod in pmo aperte dixit, In pmis venerare deos: sacrificijs tempestates esse pellendas.

PRO. MANC.

℄ Antes, effœtos ordines enis ad vindemiam factos dicit, & tñ maxime subitos imbres periculosos esse

℄ Sarméta: Sparsa vinea putata. i. putrefacta. Vñ & virgultæ abscissæ sarméta dicunt, sarpere. n. antiq ppurgare pōebát. Fest. author. Sub tecta. ne pluuia marcescát. Vallos, palos. Merito fructus sumito, Bis vitibus ingruit. i. supuenit, bis át ait, qñ post pmá pápinationé iter crescūt pápini, & quátitate, & numero: vñ Ply. li. xvij. c. xxi. ait, Pápinatio verna incōfesso est abidibus, maijs intra dies decé vtiq; añq̄ florere incipiat, de sequéte variát sententiæ, quū defloruerit, aliq pápinádū putát, alij sub ipsa maturitate. bis igit patet nō cōuenire illud, Bis vitibus ingruit vmbra. s. ipsius vitis, & arboris. Bis segeté post pmá náq; purga tioné iterū opus est purgare, atq; euellere herbas, nec pcedere pōt bis. i. autumno, & vere, q2 hyemis initio, vt plurimū seritur aut autumni fine, vterq; labor vitiū & segetū, purgatis densis sentibus, id pp carduos, & tribulos, ac lappas, vñ li. i. inqt. Vt ma la culmos, eét rubigo, segnisq; horreret in aruis, Carduus, intereūt segetes, subit aspera sylua, lappæq;, tribuliq;, &c. Exiguum colito, modū agri in pmis secuandū antiq putauere, qppe ita cēsebát. Satius esse minus serere, melius arare, quæ in sñia &, Vergiliū fuisse videto ait Ply. li. xviij. Colu. ét refert li. v. c. iij. Paridiū quédá duas filias & vineis cōsitū habuisse fundū, cuius tertiá parté nubéti maiori filiæ dedisse in doté: ac nihilominus æque magnos fructus ex duabus ptibus eiusdé fundi pcipere so litū. Minoré deinde filiá nuptu collocasse in dimidia pte reliq agri, nec sic ex pristino reddiru detraxisse, &c. Rusci, ruscū herba é sponte nascens: qua in cibis vtunt pleræq; gétes. Ply. li. xxi. c. xxviij. Maro tñ fruticis genus eé ondere vr, eo demum vites liga bant. Exercet agricolá. s. inculti salicti hoc ideo, q2 vt Ply. li. xvi. c. iij. ait de salice. Nullius qppe tutior redditus minoris ve ipé dij, aut tempestatū securior. Arbusta: arbores vitibus maritatæ, de qbus eclo. ij latius, & Ply. li. xxvij. c. xxiij. ait nobilia vina nō nisi in arbustis gigni, & in ijs quoq; laudatiora summis sicut vberiora imis adeo excelsitate pficit. Iá canit effœtos extremus vinitor antes sic qdam antiq texnis hñt, qdam vero Iam canit extremos effœtos vini. Ant. Canit. laudat canédo. Effœtus las sus, fatigatus, languidus. Antes dicunt extremi ordines vinearū, vt Fest. ait. Antiæ vero muliebres capilli demissi in fronté, Vi nitor vineæ custos & fossor. Puluis. Ply. li. xvij. c. xxi. fert. fossione puluerem excitatū contra solé, nebulasq; vitis pdesse Theo phrastus li. iij causarum docet, q puluueris excitationem pmis temporibus, quū nigrescere vuæ incipiūt. facere debemus dá nari autem quousq; ad maturitatem perueniant, Iupiter, aer, pluuia: qua nimiam arescunt vuæ.

Sarpere quid sit

Contra, non ulla est oleis cultura, neq; illæ
Procuruam expectant falcem, rastrosq; tenaces.
Cum semel hæserunt aruis, aurasq; tulerunt.
Ipsa satis tellus cum dente recluditur unco.
Sufficit humoré, & grauidas cum uomere fruges.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam.
Poma quoq;, ut primum truncos sensere ualentes.
Et uires habuere suas, ad sydera raptim
Vi propria nituntur, opisq; haud indiga nostræ.
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit,
Sanguineisque inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur Cythisi, tædas sylua alta ministrat.
Pascunturque ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines serere, atque ipendere curam?

ASCEN.

℄ Contra non ullá. &c. Ingredit laudes olear quæ nullo labo re cōseruant diutius viuūt, largos, & eosdé salubres fructus, afferūt, affert præterea & alia arbor commoda: q̄ ex ordine pa tebūt. is aūt talis est. Cōtra. i. e contrario q2. s. vitibus maxia é nō vlla. i. nulla penitus cultura é oleis: neq; illæ, hoc é oleæ ex pectant. i. desiderant falcem, & rastros tenaces. s. id cū incussi sunt, donec eruerint. ac eradicauerint tenemes, quū. i. postq̄. s. oleæ hæserunt semel aruis. i. radicatæ sunt in terra, & tulerunt auras. i. ipetus véto. Et ipsa tellus, quū. i. qñ recludit. i. aperi tur, dente vnco, i. ligno incuruo, sufficit. i. sufficiéter facit, & mi nistrat satis. i. cōsitis: & plantatis arboribus humoré: & quum recludit. i. sulcat vomere. sufficit grauidas fruges, & ita abū dat particula quum, nec est præpositio sed aduerbium tempo ris Nutritor aūt secundū cōmentarios, & psonale est verbium futuri iperatiui, vocis deponétalis, p quā nūc, actiue dicimus nutrito. si quis aūt impsonaliter construxerit, vt sit nutritor. i. hoies fere nutriūto q. d. impo, & hoies nutriát, oporteret imp sonalit dare actiū, sicut pcipit ab eo, qui dixit Matheū legit, sed eiusmodi locutiones apud idoneos esse negant. Contra aūt q̄ plurima olim in deponétali voce pferebant, quæ nunc actiua sunt, dicamus ergo cū Seruio. Nutritor, i. nutri, aut nutrito, h̄ i. hac re. s. dicta, hoc est p id, aut pp id, quod. dictū est, oliuam pingué, & placidá paci. cuius. s. significatrix est, vt p columbam ét noe patuit. Poma quoq;, &c. ingredit aliar arbor laudé, de cipit aūt poma genere neutro. hoc est fructū p arboribus, sed vt in grāmatica diximus, quæcūq; in vm exeūt, si nō sunt mu lier ppria, neutri sunt generis, vt rhenū. scortū, &c. Ordo est, Poma quoq;. i. etia3 poma, hoc est arbores pomiferæ, vt. i. vbi primū sensere truncos valentes, i. robustos, & habuere suas i. debitas, aut ppias vires: ita vt non indigeant furcarum fulci mentis

Nutritor quo capiatur

SERVI.

℄ Non ulla, i. nulla, alij nonnulla legunt. i. aliqua, non vt in vi tibus nimis. Neq; procuruam expectant falcem, Vt putentur quod tamen ad cui am anniuersariam refert. Nam necesse est, li cet tarde oliuam putari. Rastros: ad fodiendum. s. Negligétiá autem fecunt oleæ, cum iam cœperint esse valentiores. Ná ad huc paruæ nimiam curam requirūt. Aurasq; tulerūt, ferre au ras proprie est assuescere aeris varietati quæ obest rebus tene ris. Ipsa satis tellus, hoc dicit aratum: oliuetum, & oleis pdest & exinde frumenta gignuntur. Sufficit humorem. s. cum sub ministrat arboribus. Grauidas cum vomere fruges, cū3 abū dat,

dat. Nã hoc dicit, subministrat fruges vomere.i.p vomerẽ Ennius Effandet voces pprio cũ pectore sancto.i. pprio pectore. Nã cũ vacat. Vrbanus tamẽ sic accipit. Grauidas cũ vomere .i. statũ post arationẽ, Hoc, hac re. Nutritor aũt p nutri posuit iperatiui passiui futurũ p psenti actiui. Et vires habuere suas qr tenera virgulta solet religari validioribus fustibus, sicut supra a tȝ viribus: Viribus eniti quaȝ, & contemnere ventos. Fœtu nemus omne grauescit, fœtu vtilitate. Nã omnis vtilitas fœtus est. Illuc aũt tẽdit lauatista syluaȝ, vt & pbernã mirũ esse, si & poma, & oliuæ sine cultura pbeant, & crescat vitu peratio vitiũ, in q̃s tãtus ipẽdit labor Auiaria, secreta nemora, q̃ aues frequẽtãt. Baccas aũt sanguineas accipimus poma syluestria. Tõdent cy. ṽgulta a Cytho isula vbi abũdãt noiata.

Auiaria q̃ sint

MANC.

Cõtra: econtrario. Nõ vlla.i.nulla, nec aliquo pacto legẽdũ est nõnulla.i.aliqua, nã ipsemet poeta dicit oleas, vbi exercuerũt, nõ expectare falcẽ, nec ligones, nã satis humoris recipiũt vel quũ vinea effodit, vel cũ arat ager ad segetes, nõ q̃ Verg. id qđ nunc ait de primis annis intelligit, sed vbi excreuerint: vt dixi, nã in primis annis adhibẽda est cura. Vnde Cato.ca. xliiij. sic ait. Si voles, vinea cito crescat, & olea, q̃ seueris semel in mense serito sulcos, & circũ capita oleagina: quot mẽsibus donec trimæ erunt, fodere oportet, eodẽ mõ cæteras arbores pcuratoꝛ.c.xliiij. ait, Oliuetũ dieb⁹ vndecim ante æquinoctiũ vernũ incipito putare ex eo die, dies quadragintaq̃ recte putabis.ꝛ.c. Colu.li.iij ca.xvij. inqt Si in olea vnus ramus aliquãto cæteris lætior est, nisi eũ recideris: arbor tota fiet retorrida, & Ply.li.xvij.c.xvij. scri. q̃ si qs q̃rat qđ tẽpus oleæ serẽdæ sint, agro sicco p semẽtẽ, agro læto p ver. Oliuetũ dieb⁹ quindecim ante æquinoctiũ vernũ incipito putare ex eo die dies quadraginta recte putabis. Stirpes leues facito circũ oleas autũno ablaqueato & stercus adiecito, radices, si sursum abibũt, crassiores fient, & in eo radices vires oleæ abibũt. Vetus oliuetũ ab æquinoctio ãno intra ṽgiliarũ exortũ interradi alternis annis melius inuẽtũ, circum fodi aũt oibus annis a solstitio duũ cubitoꝛ scrobe pedali altitudine: stercorari tertio anno. His igit patet, vbi excreuerint, oliuas reqrere aliquã culturã Poeta tñ nec falce: nec rastris: vbi excreuerint, indigere ait: qđ absurdũ nõ est vidi.n. oliueta oĩno pene neglecta, nihilominus baccis referta. Expectãt: anno quoq; videlz: sicut vitea, Tenaces, superius ait. Et duros iactare bidẽtes. Dẽte vnco, ligone, vel rastris. Quũ vomere, ordo ẽ, ꝛ quũ tellus recludit vomere: sufficit .i. subministrat fruges grauidas. Hoc, hac re. Nutritor, nutrit, ꝛ nutricat, pnurit, ꝛ nutricat oliz dixere, vt pbat Nonius. Poma q̃q; oñdit pomaria fieri debere cũ nulla fere cura indigeãt. Vires suas, dũ.n. tenellæ sunt arbores sudib⁹ ligari solẽt. Interea dũ nr̃a ope nõ indiget. Nec minus, q̃ si nostra ope indigeret, eaq; frueret. Omne nemus fœtu grauescit, ois amœna sylua pducit, vt castaneas, corylos, nuces, mala, cerasia, & hmõi. inculta auiaria, incultæ syluæ: auiũ stationes. Sanguineis baccis, vt arbutis, cornis, sorbis, & similibus. Tondent, metunt p aialibus. De cythyso aũt frutice latius videto in Tayro. Ply. ptereali.xiij. ait, q̃ nec aliud impẽdij est. Tædas, faces, nã tæda arbor, & resinã, ferẽs, flãmis, ac lumine facroꝛ ẽt gra ta Ply.li.xvij pascuntur a tædis scilicet propter resinam. Dubitant cum nulla fere cura sit opus. Serere, videlicet, quæ in nemore, & auiarqs sine aliqua cura tota producunt, item serere cithysum: & tædas cum sine labore, sine cura, sine impendio multum commodi afferant.

mẽtis, ipsa nitunt.i. erigunt, & tẽdũt, ad sydera.i. cœlũ ãsuo, vi.i. vrtute ppria, haud.i. nõ indigna.i. idigẽtia nostræ.i. humanæ opis.i. auxilij: ꝛ ptãtis. Nec minus.i.ꝛ tãtũdẽ omne nemus grauescit.i. grauidũ fit ex se interea.s. dũ viribus tãtũ laboris ipendit: fœtu.i. vtilitate, aut fructu, quẽ ex eis exigimus, siue materies, siue baccæ aciniq; sint, & auiaria.i. auiũ domicilia, inculta.i. neglecta ab hoibus, rubẽt baccis.i. fructib⁹ syluestribus sanguineis.s. colore, dũ maturæ sunt Cithisi.i. frutices illi pecori gratissimi, tondent.s. in vsum pecoris: hoc est metent, alta sylua ministrat tædas.i. faces ex tædis, q̃ arbores resinosæ, & picis plenæ sunt, quo circa in multis locis in morẽ cãdelaȝ vrunt in remediũ tenebraȝ, q; p.i. ignes nocturni pascunt .i. nutriunt in tectis.s. tædis, ignes cñdũ; lumia, atq; ita duplex bonũ est in eis, q; ꝛ calore, & lumine psunt. Et dubitãt &c. duplex sensus, nã alij accipiũt sic, vt pptera, q̃ paratæ sint arbores, nulloq; labore indigẽtes hoies dubitẽt eas serere.i. an serere debeant, cũ spõte nascant, & tũc simpliciter indicat, atq; enunciat, aut vtit figurata interrogatione, vt sit ꝛ.i. attamẽ dubitãt hoies serere.s. hmõi arbores, vt tædas: & cæteras ꝛã vtiles, atq; impẽdere curas, vt.s. conseruent, quasi dicat id nõ decere, sed eas quoq; arbores serendas esse. Licet enĩ syluestres arbores spõte sua veniãt, tñ q; magis, q̃ illa nobis vsui est opere precium fuerit illam serere: qua maxime indigemus. Simi lis est lo: utio vj.æneí. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis: de qua illic videbimus. hic aũt priori modo Ordo est. Et q;.s. hæ arbore a sponte nascunt homines dubitãt serere .s. eas, & impendere cu: as .s. eis. Posteriori sic. Et nonne tamẽ homines dubitãt serere, sup. eas, & impẽdere eis curas, quasi dicat eos qdẽ id facere, cũ tamẽ oẽs vincas curet, sed pperam cũ illis nũq̃ sit satis laboris exhausti, his aũt nũq̃ nimis parũ.

Ordo.



Quid maiora sequar? salices, humilesq; genistæ.
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbram
Sufficiunt, sepemq; satis, & pabula melli.
Et iuuat undantem buxo spectare Cytorum.
Naticiæq; picis lucos, iuuat arua uidere
Non rastris hominum? non ulli obnoxia curæ.
Ipsæ Caucaseo steriles in uertice syluæ.

ASCEN.

Quid maiora seqr? Docet nullas fere eẽ arbores, quaȝ nullus sit nobis vsus, vt de salice arbore lẽta, ꝛ fragili genista, virgulto hũili: & buxo frutice: aut arbuscula sterili, & alqs pribus oñdit. Sane in descriptiõe cytori mõtis notat Fuius a beroaldo bis ꝛbis: Dixim⁹ alias Sermũ i reb⁹ his, q̃ ad geographiã ptinẽt, p aȝ fuisse curiosuȝ, cũ in ipsius cõmẽtarijs errores emergãt manifestarij, q̃lis est hic. Nã Cytorus nõ est in macedonia regiõe Europea, sȝ in asiatica regiõe, q̃ paphlagonia nũcupat vt author ẽ Ply. Fuit aũt cytoꝛ ciuitas a cytoro Phryxi filio cõ

Cytorū vbi locorum

dita, & appellata. qđ Mela, straboq; testant. In monte cytoro buxus plurima nascebat. vñ a Catullo, cytorus buxifer cognominat, credidit fortassis iterpres vergilianus Macedoniā, & paphlagoniā eādē eē regionē: ob quādā nois silitudinē, sed pfecto quātū hispanus scythicus, a veneto eridano distingit tm̄ macedonia abest a paphlagonia. cū altera sit, vt diximus europea regio, altera asiatica. Atq; hoc tā turpe erratū cōmentarijs Seruij pinde. ac depravatis ascribere malim, q̄ Seruio, quē mihi psuadere nō possum tā negligēter cōmētarios scriptitasse.

Ordo.

Hæc ille. Ordo aūt est. Quid. i. ad qđ sequar. s. pscribēdo maiora. i. res, in qbus maior, & manifestior est vtilitas, q. d. nō opus eē, cū ēt minima multo vsui fiāt, nā ēt salices, & genistæ humiles. i. breuis staturæ frutices illæ. q. d. q̄ vilissimæ reputāt: sufficiūt. i. ampliter subministrāt aut pecori frōdē. i. pabulū frondeū aut pastoribus vmbras, & sufficiūt satis sepē. i. munimē, & melli. i. mellificātib⁹ apib⁹ pabula. i. nutrimēta, vñ eclo. pria, hiblæis apibus florē depasta salicti, & iuuat. i. delectat. & vtile est spectare cytoꝝ, mōtē illū paphlagōiæ, vndātē abūdātē, aut in morē vndaꝝ se hñtē buxo. In illo gñe arbuscularꝫ, quarꝫ materie ꝫ vtilissima est torno laborātib⁹, & lucos. i. arbores feraces picis naricie. i. q̄lis plurima ē i naricia pria vlissis: vbi plurimæ sunt piceæ arbores, & iuuat videre arua. i. loca, vt arua nobis vtilia, nō obnoxia. i. nihil debētia, nec obligata rastris. i. dētalibus, qbus terra radit, cū hæc loca inculta sint, & nō obnoxia vlli curæ hoiꝫ, q: negligunt, & tñ prosunt plurimū, Ipsæ syluæ steriles i vertice caucaseo. i. ēt arbores in caucaso mōte scythiæ, cuius vertex hyeme inaccessibilis est. cōsitæ. quas. s. syluas euri. i. vēti illi afosi. i. impetuosi. frangūt, & ferūt. i. impellunt. assidue dant fœtus aliæ alios. i. diuersæ diuersos, q̄q; suos, nā dāt lignū vtile nauigijs. s. pinus, & dāt lignū vtile domibus. s. cōstruēdis, vt cedrū, & cupssos. Agricolæ triuere. i. tornauere hinc. i. ex his syluis, aut his, hoc est aliqbus arboribus harꝫ syluarꝫ rotis. i. ad rotas ꝯstruēdas, radios. i. ligna, q̄ sunt, inter axem, & circūferētiā, aut cāthos rotarū, q radij dicti, qꝫ vt radij a globo solis, ita ab axe deducant: & triuere hinc. i. ex alijs arboribus harꝫ syluarꝫ plaustris. i. vehiculis tympana. i. integumēta, ita vehicula obtegētia, vt ēt tympana corijs obtegūtur, & posuere ratibus carinas. i. alnos aut trabes earū īfimas pādas. i. incuruas, & salices sunt fœcūdæ viminibus. i. vimina dāt pro fœtu, ex viminibus ēt varia intexunt vasa agricolis necessaria, vanni, & corbes. vlmi sunt fœcūdæ frōdibus quibus, & terra pinguior fit, vñ & vitibus deligunt. Et myrtus sup. est fœcūda validis hastilibus, & cornus est bona. i. vtilis, bello. i. ad bellū, q: ex ea hastilia fiūt: atq; alia tela, taxi torquētur. i. curuant in arcus itureos. i. in formā arcuū optim oꝫ, q̄les hñt iturei populi syriæ necnō. i. ēt tiliæ leues. s. planæ, & nō asperæ, & buxū rasile. i. qđ faciliter radi pōt torno. i. versatili instrumēto, accipiūt formā. s. vasorum, aut instrumētoꝫ nobis vtiliū nam tiliæ iugis faciēdis congruūt, & buxum pyxidibus lagenis, alijsq; multis, vñ addit, & cauāt acuto ferro. Nec non. i. etiam alnus arbor illa leuis, i. fragilis præ siccitate, si extra solū aut aquis sit, aut sic alnus missa pado. i. a quouis flumine, in cuius ripis fere nascitur innatat leuis, idest agilis, & cita vndam torrentē. i. præcipitanter fluentem, necnō, i. ēt apes condunt. i. abscōdunt, & locāt examina. i. fœtus suos, q dū educūtur examē dicuntur, in corticibus cauis, & aluo ilicis. i. illius arboris glādiferæ, vitiosæ. i. putrefactæ Si ergo vitiosa huic vsui est, quāto magis integra in aliū cedit? Quid æque memorādū. i. quæ dignū, quod memoret, & laudetur, tulerunt dona bacchéia. hoc est a baccho inuētæ vites? quasi dicat nihil. &. i. insuper bacchus, hoc est inuētū bacchi, videlꝫ vinū dedit causas. i. occasionē ad culpā. s. cōmittendā p ebrietatē Ille. s. bacchus p vinū domuit læto. i. morte cētauros. i. populos illos Thessaliæ furentis. s. ebrietate, aut auiditate vini bibēdi, quod olæ fecerāt centauros. dico, vt rhetum, & pholū, & hyleum minante lapithis. i. populis illis vicinis, qbus cum cētauris sæpe certamen erat, vñ centauri pon(cum. s. fortiores sibi visi sunt) poculo illis minitabant magno cratere. i. poculo capaci, quod inter bibendū in manu hēbat. Itaq; vinū difficulter acquirit, piculo se nascit, & cū piculo absumit. Cū oleæ aliæq; multæ arbores spōte fer nascant, nullo labore ꝯseruent: & vsuꝫ sine piculo pstent.

Quas animosi euri assidue franguntq;, feruntq;.
Dant alios aliæ fœtus, dant utile lignum
Nauigijs pinos, domibus cedrosq;, cupressosq;.
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, & frondibus ulmi.
At myrtus ualidis hastilibus, & bona bello
Cornus, ithyreos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum.
Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto.
Necnon & torrentem undam leuis innatare alnus
Missa Pado, necnon & apes examina condunt.
Corticibusq; cauis, uitiosæq; ilicis aluo.
Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam caussas dedit, ille furentes
Centauros læto domuit, Rhœtumq; Pholumq;.
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

SERVI.

Aut ille. s. salices, & genistæ. Multi tñ & tiliæ legūt, vt tria dixerit. s. salices, tilias, & genistas, Vndātē buxo spectare cytoꝝ. Cytorus mōs est macedōiæ. in quo abūdat buxus. q̄ mota vēto æstus imitat vndaꝝ, Naritiæq; picis a loco, in quo abūdāt piceæ. Nō vlli obnoxia curæ, Nō debitricia, nihil labori nr̄o debētia, Ipsæ caucaseo, Caucasus mōs est Scythiæ positus p qbuslibet aspmis mōtibus. Steriles aūt dicit cōparatione poniferarū arborꝫ Hinc. de syluis. s. Nā de cupresso. aut de cedro nullus unq̄ efficit rotas, aut radios. Triuere, tornauere, cōposuere torno. Tympana, tecta vehiculoꝫ. Pandas curuas, viminibus salices fœcūdæ legit: & fœcūdæ frōdibus vlmi. Et myrtus validis hastilibus alibi, & pastoralē præfixa cuspide myrtū, & bō a bello cornus apta est. n. ēt cornus hastilibus Ithyreos taxi torquent in arcus, hoc est in silitudinē arcuū ithyreorum, Ithyreos āt dicit pthicos Nec tiliæ leues, ordo est, nec nō hoc, est etiam Missa pado species est p gñe. Vitiosæq; ilicis aluo, Cariosæ: vult autē pbare, etiam putres arbores hēre aliquā vtilitatē. Sane hic pro alueo p synæresim aluo dicit, Quid memorandū æque. i. qđ similiter laudandū, Tulerunt dona liberi: sicut syluæ multa sponte procreant. Alij & quæ legunt, vt sit sensus, quid dicendū: quæ tulerūt. i. attulerunt, ipsa etiā dona baccheia. vt hoc dicat parū est, qꝫ vites tantum laborem requirunt ēt munera eaꝫ causas præstant furoris. Ille furentis Centauros, Atqui in æneide ait, Mars pdere gentem, immanem lapithū valuit. Sed hoc solum Hora. dicens. Ne quis modici transiliat munera liberi, Centaurea monet cū lapithis rixa super mero debellata. Hoc loco de centauris ait, in furorem actos a libero nō lapythas. Magno hyleū lapithis cratere minātē bonū schema, ita. n. pingunt q̄si poculis bella tractātes.

Cauca/sus vbi lo/rum

Et iuuat. v. b. s. cytorū, Cytorus est oppidū pōticū fertile buxo nō solū: Sed præcipue, Naritiæq;. p. l. Naricia est opp. dū locridos piceis freqūes. Ithyrei, natio est scytharum.

PRO.

Maiora, maioris cōmodi, de qbus iam dixit, & sic ait, iam minora quoq; hoibus in multis pdesse, Illæ. salices, & genistæ Pabula melli genista enim, vt Ply. li. xxiij. c. xxxiij. flores habet apibus gratissimos: & in Tityro poeta dixit, Hiblæis apibus florem depasta salicti: Et iuuat, ostendit poeta oblectationes præbere syluestris loca, quanto magis igitur culta. Narrat inde syluestrium arborum commoda, quibus quidem fruuntur homines. Cytorum is mons est in Paphlagonia, teste Ply. li. vi. c. ij. Et Stra. li. xij. scri. Cytorum vrbem fuisse ipsius Paphlagoniæ Asiæ prouinciæ. a Cytoro Phryxi filio addens: qꝫ in amastriano agro plurima, atq; optima Buxus nascitur, præsertim circa cytorum. Buxo, buxi materies honorata est. est enim lenta & solida: & quadam duritia, ac pallore comēdabilis. Buxus, pireneis ac cytoro montibus plurima, ac berecynthio tractu, Ply. lib. xvi. capi. xxix. Naritiæq;, naritia ithacæ tellus optatissima. & ipsa olim Vlyssis patria, vt scribit Dionysi. Ithaca autem insula est in mari Ionio: vt Mela scribit Picis, picea montes amat atq; frigora. feralis arbor, & funebri iudicio ad fores posita: hæc plurimā resinam fundit, interueniēte candida gemma tā simili turi, vt mixta visui discerni nō queat. & inde fraus sæpissime Asiæ, Ply. li. xvi. c. xv. Caucasio vertice. De caucaso vide eclo. v Eius autem vertices hyeme sunt inaccessibiles, vt Stra. ait li. xj. Cedrosq;, Mauris plurima arbor cedri, & mēsaꝫ insania, sunt autem cupresso fœminæ ēt nū syluestri similes folio. odore. candice, vt Ply. lib. xiij. c. xiij scri. Theophra. vero li. iij. edocet, qꝫ cedrus est iunipero nō absimilis sed folio maxime distat eius materies putredinē nullā sentit, frutex odoratus. Idem Ply li. xvi. c. lx. ait, qꝫ Cedrus in creta Africa Syria laudatissima est, & cedri oleo perūcta materies, nec tineā nec cariē sensit. in pipo eadē virtus, quæ cedro. Ephesiæq; dianæ tēpli tectū cōuenit eē cedrinum tūc cedrinis trabibus, Valuas e cupsso. Est & vticæ tēplū Apollinis cedrinis trabibus hñs. Radios corni, lignū nō alio pene q̄ad radios rotarū vtile, aut si qđ cuneādū sit in ligno, clauisue figēdum, ceu ferreis. Ilex item: & oleaster, ac olea, quæ cariem, vetustatemq; non sentiunt, Ply. li. xvj. c. lvj. Tympana dicuntur a tym

Cytorus vbi locor

paniso

panizo, qđ est extẽdo, & vbero, sunt enĩ vasa semisphærica, q̃ semẽ binæ ferunt, in qb⁹ ab vno latere pellis extẽdit, ꝛ vngula pe/ tunt, ꝗs i sacris Cybeles vtebant, hic aũt ꝓ opimētis vehiculoꝝ metaphoricos ponunt Plaustris, vehiculis, de qbus li. i. Geor/ gi. Sꝫ aũt ꝓ pilẽtis ponunt. erat n pilẽtũ ꝯtextũ roris q̃ttuoꝝ, qbus m atronæ olĩ vtebãtur. Verg. pilẽtis mr̃es. i. mollib⁹. Et pãda ratib⁹ posuere carinas, larix in humore pcipua & alnus nigra nõ iprobat inaq̃ & fa gus, P. y. li. xvi. c. lxi. Ratibus. Rates vt ingt Festus, vocant ligna colligata, q̃ p aquã aguntur, quo vocabulo ẽt iterdũ naues significant. Pãdas, curuas Carinas. nã vl tæ carinã vocãt infimam trabẽ. vbi nauis fundat, qđ qdẽ Oui. quoqꝫ vr̃ asserere, ait. n. li. iij. de põto, Dũ mea puppis erat valida fundata carina. Qui mecũ velles currere pmus eras. Ituræos arcus, id nome sine h scribẽdũ est. Probus aũt ait ituræos natione eẽ scytharũ, Stra. vero li. xvij. scri. Mõtanã regionẽ iturei, & arabes hr̃ malefici oẽs, Ply: li. v. c. xxiiij. in pte syriæ, q̃ cœli dicit scribit eẽ itureoꝝ gẽtem. Ab illis igit populis itureos arcus poetã dixisse intelligẽdũ cẽseo. Tiliæ. de tilia vide tolim. Georg. Rasile rasiles calathi dicunt, quasi rasi nihil extãtis, aut redũdãtis plenitudinis. Verg. in h loco ait, rasile buxũ, q̃si rasibile. cor ticibus suberis: &c. Quid memorãdũ, qd vltra dicẽdũ de syluis, ꝛ arboribus Aeque, code mõ sicut examinare alia cõmoda iã enumerata, vel qd memorãdũ æque, qd similiter laudãdũ. Talerũtiosæ in syluis: naqꝫ syluestres vites, ꝛ vuæ in eis sunt Bacchea dona, vites & vuas, Bacchus: ꝛ ad superius vites, qbus nunq̃ satis operæ est damnasse quodamõ visus est, nũc vo earũ fructus quos qdem hoibus furor ingruit. Vel potius nos hortatur facta ecbasi. i. excursu enumerãdo syluarũ cõmoda, vt vites nõ relinquamus: q̃ qꝫ multo labore indigeant, cũ pro earũ fructu potiẽdo cẽtauri ẽt mori nõ dubitarit, Ad culpã: ad scelus eius enim odore ducti doliũ pholo rapere voluerunt. centauros, historia est, vt Diodo. li. v. edocuit, Pholus centaurus, quum domi Herculẽ suscepisset, defossum antea vini doliũ extulit, verũ eius odor igẽs ad ꝓpinquos, cẽtauros delatus ebrios reddit, vna igit Pholi domũ magno ingressi tumultu ad rapinã versi sunt. Pholus itaqꝫ timẽs, quũ se abscõdisset, solus Hercules illis obsti tit, q superior multis coꝝ peremptis, reliquos in fugã vertit, Verũ Pholus, vt cognatos sepeliret, sagitta a quodã euulsa, seipsum vulnerauit, quo vulnere cũ curari negret, obijt ꝛ ab Herculem agnifice sepult⁹ mõti nomẽ dedit. cẽtauros, cẽtao stimulo nobis est, inde cẽtauri, vt puto. Nã vt scri. Stra. li. ix. de Thessalia, cẽtauroꝝ natio dura sane, agrestisqꝫ erat, quos Home. a pithoo suisse expulsos a Pelio mõte scri. q filius Isionis lapitharũ regis erat. Lapithis lapithæ Thessaliæ po. q in pindo, ꝛ Othri mõtibus habuere sedes, vt Ply. li. iiij. c. ix. edocet. Est aũt lapithæ nõ laphitæ dicẽdũ, Græci enim p th nõ p ph. scribere soliti.

Pilentũ qd fuerit

Centaurorũ fabula

O fortunatos nimium, sua si bona norint
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis uomit ædibus undam,
Nec uarios inhiant pulchra testudine postes,
Illusasque auro uestes, Ephyreiaque æra.
Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno,
Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui.
At secura quies, & nescia fallere uita,
Diues opum uariarum, at latis ocia fundis.
Speluncæ, uiuique lacus, at frigida Tempe,
Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni.
Non absunt illic saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruoque assueta iuuentus,
Sacra deum, sanctique patres, extrema per illos
Iustitia excedens terris uestigia fecit.

SERVI.

ℭ O fortunatos nimiũ, sua si bona norint: Agricolas, Non est abruptus trãsitus ad laudẽ vitæ rusticanæ, sed ad superiora ptinet post vituperationẽ ꝙppe vini, ista q̃si ꝓsolatio ẽ: p quã ostidit q ad voluptates rusticis nã ꝑstiterit. Qđ ãt ait fortũatos nimiũ, nõ ad fortunã, sꝫ ad fortũæ ptinet quãtitatẽ. Nã. h. d. quãtũ in se ẽ, maximas eis nã ꝑstitit voluptates, q̃s si nossẽt, eẽnt nõ fortũati: sic nũc sũt, sꝫ nimiũ fortũati. Procul discordib⁹ armis i. lõge a ciuitatib⁹ pleis iurgio. ꝛ rapinis. Iustissima tellus ꝓpe nã si iustus ẽ, q & qđ accipit reddit, terra vt qꝫ iustissima est q̃ maiore fœnore accepta restituit. Si nõ igẽtẽ forib⁹ domus alta superbis. Mane salutãtũ totis vomit ædibus vndã, vt ẽt laudẽ fec it aliæ: nõ solũ vitã laudat rusticẽ: sed ẽt ꝯtrariã. i. vrbanas vitupat. Nã ista: quæ de vrbib⁹ dic opiabilia sunt bõa, nõ ẽt va vt rustica sunt. Multũ. n. iterest iter verũ, & opiatũ m illũ seu, bonũ. Vñ Iuue. pauci dignoscẽ possunt, va bõa Inhiãt. hẽre desiderãt. ꝛ dicim⁹ inhio illã rẽ. Pulchra testudie: i. idica, vñ postes ornant, vl lectuli. Luca. Forib⁹ testudinis indæ. Terga sedẽt fului maculas distincta smaragdo. Illusasqꝫ auro vestes. i. qbus artifex ludens auro aliqua depingit. Male aũt qu dã inclusas legũt, Ephyreiaqꝫ æra corinthia, q̃ laudat ẽt Cice. Nam ephyre est corinthus. Alba nec assyrio fucat lana veneno. Assyrij populi sunt adiacẽtes Syriæ apud quos pmũ vsus inuẽtus ẽ purpuræ. Veneno, colore. Nec casia liqdi corrũpit vsus olii. Casia herba est, qua fit vnguẽtũ. Mire aũt ait vsus olim corrũpit. Nã oleũ generalẽ vsum hẽt qđ cũ in vnguentũ fuerit corruptũ vni rei tñ eẽ aptũ incipit. Nescia fallere vita. Aut qꝛ innocẽtes sunt, aut qꝛ immobilis est status vitæ eorũ. Vrbanorũ enim fortuna, aut insidijs, aut pscriptione variatur. Latis ocia fundis, Fundus dicitur ab eo, q rerũ oĩum sit fundamentum Speluncæ, viuiqꝫ lacus. i. bona naturalia non sicut in vrbibus quæsita. Vnde Iuue. Et speluncas dissimiles veris. Frigida tẽpe, Tẽpe sunt ꝓprie loca amœna Thessaliæ, ab assine cupsitis loci amœnitas. Mollesqꝫ sb arbore somni: μαλακοὶ δ᾽ ὑπνοι ... ὕπνοι. Illic saltus & lustra fera. i. venatiões, q̃ penitus

Assyrij vbi locoꝝ

ASCEN.

ℭ O fortunatos, &c. Quia varios ostendit vinitorũ labores: dubiosqꝫ, nec eos semp faustos fructus: ne eos infelices p hoc cẽsuisse putet, atqꝫ ita irẽ, quã laudare debeat, vituperasse culpetur, cũ exclamatiõe quadã dicit: agricolas eẽ felices, q tot bona spõte nascẽtia hẽrẽt: licet vitibus magnus sit impẽdendus labor, ꝛ q ab vrbanorũ curis lõge grauioribus, minusqꝫ fere salutaribus liberi, a cummunes sunt vñ fasces. & vestiũ, ac ceterarũ rerũ luxus, superfluusqꝫ splẽdor nõ vera sunt bona, sed bona apparentia, vñ ea deesse agricolis ꝓ beneficio deputat. Ordo aũt est O agricolas fortunatos nimiũ, si norint. i. cognouerint sua bona. i. cõmoda, q̃ pcipiscũt ex agricultura. ꝛ rusticana vita (Notũ est o tribus casibus iungi, & expressum maiorem habere vim in significando. Si tñ scrupulosus, & anxius grammaticus verbũ desiderat, hẽat: censeo. aut iudico, vt sit. o q̃ fortũatos cẽseã agricolas: si sua bona norint, sed q nil subaudierit, minus ineptus erit, vt enim vulgares, ita & latine locutiones quædã in affectu sunt, nec perficiunt effectu) qbus. s. agricolis ipsa tellus iustissima, qꝛ plus reddit q̃ accipit sed nũq̃ debet. fundit pcul. i. lõge a discordibus armis, neqꝫ in mari. sed humo victũ facilẽ. i. parabilẽ, & sine difficultate acquisibilẽ Si. i. tametsi, domus alta, qualis est in vrbibus, cũ rusticorũ sit humiles habitare casas, supbis foribus. i. hñs supbas, hoc est magnificas, & supbe ornatas fores, in qbus. s. spolia hostiũ & ferarum, atqꝫ sculpturæ variæ cõspici solẽt. vomit totis ædib⁹ ingentem. i. sane magnã, vndã. i. multitudinem vndatim proruentẽ salutantũ mane. s. pma hora diei (vñ Martialis. Prima salutãtes, atqꝫ altera cõtinent hora &c. de qua consuetudine apud Iuuenalẽ Satyra pma, vbi de sportulis loquit, plenius est videre) nec. i. ꝛ nõ ꝛ si supple nõ inhiant. i. cũ hiatu ferino se cõcupiscere indicãt postes varios. i. ornatos, aut forte lapidios, pulchra testudine. i. quæ sunt in pulchra testudine. testudo autem est circumuolutio, & curuata cameræ, vt dicũt, in morem testudinis deuexa (vulgus voltã appellat) Mira est in oĩbus vrbanis pompis vituperatio, ꝛ a rustica simplicitate laus. Nam epithetis singulis res eleuat. atqꝫ damnat vt postes. quia varij sunt, varietas enĩ ad pompã, & ꝓspectum inanẽ, nõ ad vtilitatem ptinet, fores damnat supbiæ, vndam salutantum molestiæ, qd enĩ miserius, q̃ tot salutãtibus aures accõmodare sub pmã lucẽ, Vestes aũt nõ decẽter ornatas, sed illusas auro dicit æs corinthium ꝓpter vrbis luxũ: & immodestã hominũ appetitionẽ taxat. Nã eiusmodi cõmixtionẽ, eo q nota esset multi pluris q̃ solidũ aurũ, siue argentum faciebãt, solebatqꝫ ex eo conflare signa preciosissima. Sane æs corinthiũ illud erat, qđ post deflagrationem corinthi ex varijs metallis cõmixtũ post incendium cõpertũ est. Præterea, q lana fucat, oliuũ corrumpitur, manifestã habet vituperationẽ, sed ad ordinẽ redeo. Et si nõ inhiant vestes illusas. i. ad illusionẽ intextas auro. i. filis auratis, ꝛ æra ephyreia, i. corinthia varia mixtionẽ ex incẽdio vrbis inita misere placẽtia Nec vsus oliui liqdi. i. puri liquoris corrũpit. s. a rusticis casia. i. admixtiõe vnguẽti ex casia facti vt fit ab vrbanis. At. i. sed quies secura, idest separata a curis, & vita nescia fallere. i. fallẽdi ignara. ꝛ speluncæ. i. antra amœna, & lacus viui. i. fluentes, nec arte, sed nã cõparati, ꝛ tẽpe. i. loca amœna, ꝛ tẽpata, q̃lia sunt tepe in thessalia frigida. s. frigore opaco, de quo in hac H interminia flumina nota. Et fontes sacros frigus captabis opacũ. ꝛ mugitus boũ gratus. s. pastoribus & molles. i. sine anxietate somni sub arbore. i. in vmbris arboꝝ, nõ absunt. s. a rure, imo adsunt abũde, saltus, sup. sunt illic. s. rur. ꝛ lustra. i. latibula. ꝛ diuersoria ferarum sunt illic, &

O qbus casibus iungat

Aes corinthiũ qđ fuerit

Iuuentus.i.multitudo iuuenũ,patiẽs operum.i.operationũ,hoc est laborum,non vt vrbana delitijs assueta,& assueta paruo.s.sumptui,& expẽsis modicis,sup.est illic.& sacra deũ.i.deorũ rusticorũ præcipue sunt illic sancta:& patres sunt illic sancti:& iustitia.s.virgo astræa:excedens terris,idest derelinquens ob scelera hominum terras,& in cœlum facessens,fecit extrema vestigi a per illos,scilicet sanctos patres ruri degentes,

nitus in vrbibus nõ sunt.Bene aũt lustra ferax,q: sunt in vrbibus lustra meretricũ.Paruoq; assueta.i.nõ vrbana,q̃ ẽ segnis & pdiga.Sacra deũ,sanctiq; patres,duo dicit,sacra deorũ sancta apud illos sunt,sancti etiã parentes.Extrema per illos,iustitia excedens terris vestigia fecit,hoc & Aratus dicit iustitiã primo in vrbibus,postea tantum in agris fuisse,vbi eam inducit loquentem,cur abscedat e terris.

℃ Ephyreiaq; æra corinthia.Ephyra,enim prius dicta est postea corinthus , Frigida tempe . Tempe sunt loca nemorosa frigida fontana.

PRO.

MANC.

℃ O fortunatos agricolas.Tullius in Catone maiore Catonẽ ipm illa dicere introducit.Venio nũc ad voluptates agricolarũ qbus ego incredibiliter delector,q̃ nec vlla impediunt senectute,& mihi ad sapientis vitã vident accedere,hñt n.rõnẽ,cum terra,q̃ nunq̃ recusat imperiũ,nec vnq̃ sine vsura reddit,quod accepit,sed alias minore,plerũq; maiore cũ fœnore,& Seneca epistola prima lib.xiij de Scipione maiore inqt.Abluebat corpus laboribus rusticis fessum,exercebat enim ope se,terrãq;,vt mos fuit pscis,ipse subigebat.Hora,quoq; secũda de carminis,Epodon,rusticæ vitæ laudes,& cõmoda enumerat,vti & Maro amplissime,O fortunatos o nunc interiectio est admiratis,de qua latius in Tityro,Sua si bona norint.Enumeratis syluæ cõmodis qbus agricolæ frui possunt,& alij nunc multo plura cõmemorat.Facilẽ victũ,facilẽ cibũ hñt.n.in agro parata oia ad victũ necessaria.Mane salutãtum.prima,secundaq; hora potentes amicos salutabant,quod Martialis li.iiij optime docet,ibi vz.Prima salutantes,atq; altera continet hora.Exercet raucos tertia causidicos.Inhiant,cõcupiscunt,Varios ornatus vn solebat in superbis domibus apparere.Postes.a post dici videntur,q: post fores stant,Priscia.author.Testudine.i.testudineis laminis,qbus etiam lectos,& repositoria vestiebant.Lucanus foribus testudinis indæ.Scribit autem Ply.li.ix.cap.x.q: testudines tantæ magnitudinis indicum mare emittit,vt singularum superficie habitabiles casas integant,atq; inter insulas rubri pcipue maris,ijs nauigent cymbis.Testu dinũq; putamina secare in laminas lectosq;,& repositoria his vestire.C.Arulius Pollio instituit Illusas,depictas.Ephyreiaq; æra.Ephyra ante postea Corinthus appellata est,Colonia colli applicata in isthmo,s.videto Ply.li.iiij.ca.v.vbi de peloponẽso loquit̃ De corintho ẽt stra li.viij.plurima scribit,inter quæ.q: ciuitas ipsa corinthiorũ amplissima vsq; fuit & opulentissima,seu viros innumerabiles ad ciuile regimen peritissimos siue eximias opificũ artes animo ħñs,erãtq; in ea plurima opa ære elaborata Ephyreia,sunt qui dicant i.cãmetri interpositũ,sed eũ ephyreios a græcis dicaf,soluit ei diphthongũ,vt ẽt ibi.Prisineia virgo.Assyrio,persæ iuncta est assyria,in q̃ Babylon est:vt Stra.li.xvi.scri.Veneno colore.intelligit aũt purpureũ liquorẽ in Tyro,vrbe Phœnicia eni3 pars est syriæ:vt scribit.Prole.li.v.Ply.li.v.c.xiij.Fucaf,tingif,coloratur Phucos.n.græce,latine color df.Casia,de hac vide oin Alex,Ocia.voluptates.Fundis,ager:q: videbaf pecudũ,ac pecuniæ esse fundamentum fundus est dictus,aut q: fundat quotannis multa.Varro author.Tẽpe,loca amœna a cœli tẽperamẽto dicta,vt lib.i.theb.inqt Lactan.sunt aũt ppriæ loca in Thessalia quq; miliũ passuũ lõgitudine,& ferme sex latitudine vltra visũ hois attollẽtibus se dextra,leuaq; leuiter cõnexis iugis intus sua luce viridante,allabif Peneus,q inter Ossam & Olympũ nemorosa conualle defluit.Ply.li.iiij.c.ix.Frigida ppter aquas,& vmbras aũt.Molles,iucũdi,saltus,syluæ.qz dicit lustra ferarũ,per quæ venationes intelligit.sacra deum,sanctiq; patres,figura est syllepsis p genera,dicendo enim sacra,& patres sancti,ẽt sacro sancta intelli gimus.sacrum aũt vocatur quicqd destinatum est dijs,Macro,lib.i.satur.Iustitia,videto ecloga quarta.

Postes vñ dicti

...ribus vbi locor

Sacrum qd dicaf.

ASCEn.

℃ Me vero &c.Quia tãtopere rusticam vitam laudauit,ne illa etiam philosophicæ,& contemplatiuæ ptulisse videatur,dicit se quid est pferre rusticanæ vitæ philosophicã,& musarũ diuina inuenta,sed si ad ea feliciter aspirare nequiuerit,nullã esse,in praxi vitam,quam rusticanæ ptulerit,pmas ergo ptes diuinarũ,humanarũq; rerũ cõtẽplationi,hoc est philosophiæ attribuit,pximas agriculturæ.dicens.Verũ p sed musæ,i.deæ rerũ inuentrices.hoc est diuinarũ rerũ cõtẽplationes,dulces ante oia.i.exercitia humana:quarũ ego pcussus.i.affectus ingẽti amore fero sacra,vt.s.sacerdos accipiat me primum.i.primo & præcipuo loco,q: nihil gratius,aut iucundius cõtingat,& mõstrent mihi vias.i.cursus,aut meatus cœli & sydera.i.syderũ virtutẽ,& significationẽ,& varios defectus.i.eclipses solis & labores.i.eclipses,& luminis imminutione lunæ,& mõstrent mihi,vñ tremor.s.accidat terris,& qua vi tumescãt.i.inflentur,& extollantur.maria alta.i.eleuata,& hoc obijcibus.i.obstaculis:vt litoribus,ruptis,ad est dissipatis,& delectio:& residant.i.descendãt vt locũ capiant,rursus in seipsa.i.in ppria receptacula.i.priores q; alueos,& ambitus.Et mõstrent qd.i.ad quid soles hyberni.i.qui illucent tempore hiberno,hoc est hyemali,properent.i.festinent tantum.i.intantum,tingere se Oceano.i.magno mari terram ambienti,& id dicit secundũ opinionem vulgi,credẽtis,solẽ in Oceanum sui lauandi,causa decidere,vel quæ mora obstet nõ noctibus hyemalibus,tardis.i.tarde decedentibus.sed æstiuis tardis.i.tarde venientibus (eadẽ in fine pmi æneid.reperies)Sin.i.sed si,sanguinis frigidus circũ pcordia.i.tarditas ingenij ex sanguine frigido circa cor producta(vñ Iuuena.q: leue imparte mamillæ.Nil salit arcadico iuueni)obstiterit.i.obsistẽdo effecerit,ne.i.vt nõ,vel quominus possim accedere.s.intelligẽdo,has ptes:naturæ.s.rerũ cœlestium,hoc est causã rerũ.Rura.i.res rusticanæ,& amnes rigui.i.irrigatiui placeant mihi in vallibus.i.accedam ad delicias rusticanas.& amem flumina.i.amœnitatẽ fluminũ,& syluas,existens inglorius.i.sine gloria,quæ causas rerũ inuenientibus debef.O optantis est interiectio scribunt qdam oh.O q me sistat.i.constituat.& vt dicunt represẽtet,sup.illuc,vbi.s.sunt campi.s.amœni,& spercbius.s.fluuius thessaliæ,ad quẽ orpheus canticorum sacra peregit,& taygeta(declinaf sic hyc marus,hic taygetus:& plurali hæc taygeta)mõs laconiæ in achaia,bacchata.i.a bacchantibus frequentata.virginibus,Laconis.O q sistat me in gelidis.i.refrigeratiuis vallibus hemi,illius mõtis thraciæ,& protegat me ingenti vmbra ramorum.i.quis dabit,vt naturali locorum dictorum,ac cõsimiliũ pfruar amœnitate?qua si dicat se beatum fore si id contigerit.

O qd sit

Meuero primum dulces ante omnia musæ.
Quarum sacra fero ingenti percussus amore
Accipiant,cœliq; vias,& sydera monstrent.
Defectus solis uarios,lunæq; labores.
Vnde tremor terris,qua ui maria alta tumescant
Obicibus ruptis,rursusq; in seipsa residant.
Quid tantum Oceano properent se tinguere soles
Hyberni,uel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin,has ne possim naturæ accedere partes
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.
Rura mihi,& rigui placeant in uallibus amnes.
Flumina amem,syluasq; inglorius,o ubi campi.
Sperchiusq;,& uirginibus bacchata Lacænis
Taygeta,o qui me gelidis in uallibus Hæmi
Sistat,& ingenti ramorum protegat umbra.

℃ Me vero primũ dulces añ oia musæ,Accipiant,Diu quæsitum est,vtrum.philosophiæ,an rusticanæ vita esset felicior,Vnde nunc dicit,pmam eẽ philosophiam,post ipsam rusticam vitam.Suam aũt personam p quacunq; ponit sicut paulopost Rura mihi placeant mihi pro culibet posuit,Sic in primo Nõ illa quisq̃ me nocte per altum ire,In.iij Ne mihi tũc molles sub diuo carpere somnos,& hoc est quod dicit Hora in arte poetica.Hoc amet,hoc spernat promissi carminis author.Quarum sa.fe.poeta n.quasi musarũ sacerdos est.Cœliq; vias:aut artes vt alibi,inueni germana viam.Aut certe circulos,qbus sydera continentur.Defectus so.va.Atqui vno modo tantũ sol nobis deficere videtur s.cũ prima luna e regiõe eius obstiterit radijs,& eos nobis fecerit non videri Vnde varios accipimus defectus,non q: varia ratione contingunt(Nã ratio vna est.vt diximus)sed quia,vel varijs temporibus fiunt,vel varie Nam interdum duabus interdum quattuor interdum pluribus deficit digitis , Lunæq; labores:vel errores,q: non recta incedit,vel defectus contingunt lunæ,quoties terræ altitudo,interueniens radijs solis eam illuminari non patitur , A quibus dicitur lumen accipere , Vnde tremor terris , variæ sunt opiniones , nam alij , dicunt , ventum esse in concauis terræ qui motus etiam terram mouet , Salu . Venti per caua terræ citari , Lucanus , Quærentem rumpere ventum . credidit . Alij aquam dicunt genitalem sub terris moueri,& eas simul concutere,vt vasa aq̃ vt dicit.Lucre.Alij σφογγοειδῆ terrã volũt.cuius plerunq; latentes ruinæ supposita vniuersa concutiunt.Qua vi maria alta tume . Obijcibus ruptis.Alij sic accipiunt q: ruptis

SERVI.

obijcibus

obiectibus: idest calpe, & Athlante montibus Hispaniæ & mauritaniæ Oceanus eruperit. Et ista fecerit maria, quod non procedit. si in hoc esset: non diceret tumescant, sed tumuerunt, cum eruperunt. Oceani maria. Vnde æstuaria oceani accipimus, qui per hispanias & galliæ infinitum erupit, contempta lege riparum, ad quas rursus recurrit. Cuius rei opiniones Luca. in primo commemorat dicens. Ventus ab extremo pelagus sicaret reuoluit, Destituatque ferens, an sydere mota secundo, Tethyos vnda vagæ lunaribus æstuat horis, Flammiger an titan vt alentes hauriat vndas. Erigat oceanum fluctusque ad sydera tollat. Quid obiecit causam Oceano properent se tingere soles Hiberni., circulorum hoc efficit ratio, vt etiam in æneid. diximus. Tardis autem noctibus, idest æstiuis noctibus tarde venientibus. Sin has, ne possim, idest partes physicæ philosophiæ ex qua sunt illa, quæ dixit. Frigidus obstiterit. secundum physicos dicit, qui dicunt stultos homines frigidioris esse sanguinis, prudentes vero calidi. Vnde & senes, in quibus friget, & pueri, quibus necdum calet, minus sapiunt. In glorius, comparatione, scilicet philosophiæ, sic in æneide, & mutas agitare inglorius artes, non quod nulla gloria medicina esset, sed quod minor quam diuinitatis, & augurandi quæ ei obtulerat Apollo munera: vt Augurium cytharamque dabat, celeresque sagittas. Sperchius, fluuius Thessaliæ. Taygeta, mons laconum Libero & Bacchis consecratus. Hæmi, mons Thessaliæ, in quo etiam sunt tempe.

Taygeta vbi PRO.

¶ Defectus solis varios, lunæque labores, deficit Sol quum eius orbem subit luna, & obstat radiis. Lunæ autem defectio fit, quod non suo lumine lucet, sed eo, quod a sole accipit, quum in vmbram terræ venit. Aestus autem maris ad lunæ motum, & rationem fiunt, sed lunæ sunt. v. motus diurnus, menstruus, annotinus, altitudinis, hi extremi ad mare pertinent. Terræ autem tremoris tres causæ sunt. Nam aut ventis inclusis exitum quærentibus fundamenta quassantur, vt iis labefactis, superiora contineantur, aut igni, quem inesse terræ æmia docet exustis cum cadunt. qui in eis fetus ipsorum subsistit. Aut quicquid, quod sustinet, delabi in liquorem patiuntur: sed consumptis terris latius construuntur. Quid tantum oceano properent se tingere soles Hiberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet: breuem diem facit, quum octaua parte, maior est ea pars circuli, qua subiecta terris est brumalis, & superior eadem minor æquinoctialis circulus. Sin has ne possim naturæ accedere partes, Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. significat sanguine circum præcordia ducto animum Empedoclis sententia. Sperchius. thessaliæ flumen. Taygeta laconices, vbi venantur virgines: Lacænæ, laconenim. lacæna facit. Lacedæmonius. Laconicæ regio est. Lacedemon oppidum spartæ dicitur, vnde spartanæ sunt eadem virgines.

Lacædemô vbi locorû MANC.

QVandoquidem poetae uita notior est tū ex Donati, tum ex Serui, tum ex Mancinelli, tum ex nostris in Bucolica commentarijs, q̄ ut iterum notificetur, ne quem crambe totiens apposita enecet expositis supersedero. Verū tamesi titulus quoq; manifestarius, tamē quia rudi adhuc pubi nihil satis expositū, sciet literaturae tirūculus, titulū. i. subscriptionē solere sumi a nobiliori, & principaliori, unde hic ab aenea deductus est, eo q in rebus gerendis primas nimirū partes obtinet, poetaeq; intentioni maxie conducit, cum q̄ gloriosissimum efficere: ut iā dicemus. Formari autem solēt nomina librorum, ut patronymica foeminina, eo q liber pater uidetur qui res praeclaras, quae in eo describūtur, patrauit, uerum q: libro, & uiro unum esset nomen, licet uaria flexio, si aeneas inscriberetur, sicut ilias, nō formauit ipsum a nominatiuo latino aeneas, unde patronymicū masculinum aeneades, ut aeneadae duri: &c. a quo per ablationē de syllabae fieret, haec aeneas huius aeneados, sed a nominatiuo graeco aeneus. unde fit hic aenides, contrahendo. s. diphtongū ei in i lōgum, ut haec satis aetudae. &c. a quo rursus per ablationem de syllabae, & resolutionem ei diphtongi in ei diuisas syllabas, fit haec aeneis nomē libri huius, cuius accusatiuum hanc aeneida, qui putant esse pluralem dicunt in libris aeneidos. &c. Sicut ergo a theseus fit haec theseis. & ab achilleus (sic enim graece dr) haec achilleis, ita ab aeneus haec aeneis. Qualitas carminis est heroica exametra, & ob id grādiloq̄.

Intētio authoris q̄lis sit

Intētio authoris, quā potissimum praenotare intēdo & quae caeteris fere dat est nimirum, ut & reipublicae, & sibi q̄ plurimū per huius operis editionem psit, quā & feliciter, & abunde cōsecutus est. Nā cōstituisse uidet simul & iocunda & idonea dicere uitae. Quia enim nouit nihil reipublicae esse utilius, q̄ & clemētem, & prudētem, & fortem, & tēperatū, & iustū, & caeteris uirtutibus pditū hr principem, talem in aenea Augusto imitandum depinxit forte, ut Zenophon de cyro fecisse perhibetur, non semper qualis fuit: sed qualem fuisse decuit perscribens. Iniciēs per hoc Augusto magnam eius imitandi necessitatem, tū ab eo, qui summe pius, iustus: fortis, tēperatus, &c. fuisse perhibetur, originē traxerit, turpe q; sit a maiorū honestis institutis, & uirtutibus degenerare. Quinadeo q: (ut ad sextum huius dicturus est. Seruius) nouit nullum opus Romanis acceptius, quod bonis moribus, & reipublicae incolumitati nihil cōferret, in ipso sexto, & sontibus poenas: & iustis praemia tam sancte constituit, ut Paulo nostro non indigna, quae scribit pleraq; censeri mereātur. Sibi quoq; nec parum profuit, qui tantum in rempublicā contulit, quiq; honesto studio immortalem gloriam meruit.

Spāles scribēdi causae q̄

Et haec communis est omnibus bona, & bene scribētibus intētio. Sed & speciales, atq; peculiares uidētur authori nostro fuisse plurimae. Quarum una est, ut sicut in buco. humile genus

scribendi

scribendi primæ agrestiũ ætati, quæ pastoralis est, cõpetẽs attingit, & in georgicis mediocre mediæ illorũ ætati hoc est agricolariæ congruum cõsecutus est, ita hic sublime genus cõsummatæ, sed nõ decrepitæ ætati, hoc est bellicæ virtuti debitum cõsequatur. Altera: vt sicut in buco. theocritum, & in georgicis Hesiodum æquiparauerit, ita hic principem poetarũ, & fontẽ ingeniorum Homerum æquipararet, seq; fœcunditate ingenij, illi præstare demonstret. Nam qđ ille vigenisquaternis libris, hoc poeta noster senis effecit: in sex sigdẽ prioribus libris odysseam, hoc est viruz expressit, in reliqs sex iliada, hoc est arma cõsecutus. Sicut ergo Homero ppositum videtur: vt & vitam cõtemplatiuam: quæ in Vlysse significata est, & actiuam quæ in bello troiano prudẽter gesto expressa est, explicet, ita & poetæ nostro, vt vtramq; vitam sed in vno (qđ gloriosius est) homine nobis depingat. Quocirca, vt Homerus in Hectore tracto substitit, calamumq; repressit, ne pgressus eius ignobilẽ interitum cogeret meminisse, ita Maro noster in turno deuicto psti tit, ne Aeneæ quoq; submersionem tristem deflere cogeret, q & en in quẽuis summopere laudare ptendit: in sũmo eius laude calamũ sistet vt ille in hectore tracto, & hic in turno deuicto. Errãt ergo misere, qui poetã vltro pgressurũ somniãt, ni morte præuẽtus fuisset: cũ iam operis finem, sed nõ castigationes attigerit. Tertia est, vt in viro totam vitam humanã depingat, infantiã, quæ periculis subiecta est in primo, vbi naufragia, & vẽtorum pcellæ. Pueritiam: quæ præceptorum seruitis, multisq; infirmitatũ flagellis subiacet in secundo, vbi excidiũ troiæ declarat. Adolescẽtiam, cuius Salomone teste via incertissima est, in tertio, vbi errorum æneæ narrat cõpendium. Iuuentaz, quæ perditis sæpe amorib⁹ obruit vt misera Dido in quarto: Virilitatem, quæ gloriæ studet, vt q in quinto in ãniuersario anchisæ celebrãt ludos. Senectam, quæ mortis admonet: vt q in sexto descẽdit ad iferos, totũq; iferorũ contemplat statum vñ redijsse nõ inepte fingitur animo sigdem nõdum a corpore separato, sed per cõtẽplationem abstracto descẽdit. De qua re pulchre disputat Philelphus primo epistolarum ad cyriacum, addere possum⁹, q oẽs fere libros termi at exitu vitæ. Est enim mors vltima linea rerum, vt primũ morte priami, & Hectoris vbi iducit Dido, multa sup priamo rogitãs, sup hectore multa, Secũdum mortẽ creusæ, Tertiũ anchisæ. Quartũ didonis. Quintum palinuri. Sextum caietæ. Quinetiam totũ opus mortẽ turni claudit, in qua summa erat æneæ gloria iam consummata. Neq; vero minus est in sex reliquis libris artificij, vbi videlicet deorum hominũq; grauissimæ, & plurimæ habẽtur cõcione, varia bellorũ euenta, miserãdæ strages, rex antiquissimarũ cõmemorationes. Obsessorum trepidationes secutorũ necem: & multa id genus alia cũ artificiose, tũ difficilia dicta, vsq; adeo, vt arma psecutur⁹ dixerit, maius opus moueo, &c.

Errant, passimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros.
Et Danaum pœnam, & deserti coniugis iras
Permetuens, Troiæ, & patriæ cõmunis erynnis
Abdiderat sese, atq; aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo, subit ira cadentem
Vlcisci patriam. & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq; Mycenas
Aspiciet, partoq; ibit regina triumpho?
Coniugiumq;, domumq;, patres, natosq; uidebit
Iliadum turba, & Phrygiis comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arserit igni?
Dardaniũ totiens sudarit sanguine litus?
Non ita, nãq; & si nullũ memorabile nomẽ
Fœminea in pœna est, nec habet uictoria laudem
Extinxisse nefas, tamen & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animumq; explesse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabã & furiata mente ferebar,
Cum mihi se non ante alias. &c.

Periit aũt Tarẽti in Apuliæ ciuitate. Nam dũ Metapontum cupit videre valitudinẽ ex solis ardore contraxit. Sepultus est autẽ neapoli, in cuius tumulo ab ipso cõpositũ est tale distichõ Mãtua me genuit: calabri rapuere, tenet nũc, Parthenope, cecini pascua, rura duces. Titulus est æneis deriuatũ nomen ab Aenea vt a Theseo Theseis, sic Iuue. Vexatus totiẽs rauci Theseide codri. Qualitas carminis patet, nã est metrũ heroicũ, & actus mixtus, vbi & poeta loquit, & alios iducit loquẽtes, est autem heroicum, qđ cõstat ex diuinis: humanisq; personis cõtinẽs vera cũ fictis, Nam Aeneã ad Italiã venisse manifestum est, Venerẽ vero locutã cũ Ioue, missum ve Mercuriũ constat esse cõpositũ. Est autem stilus grãdiloquus, q constat alto sermone: magnisq; sentẽtijs, Scimus enim tria esse genera dicendi, humile, medium, grãdiloquũ. Intẽtio Ver. hæc est Homerũ imitari, & augu. laudare a parẽtibus, Nam q; est filius actiæ, q nata ẽ de iulia sorore Cæsaris, Iulius aũt ab iulo filio æneæ originem ducit, vt confirmat ipse Vergi. dicẽs, a magno demissũ nomẽ iulo, De numero librorum hic nulla quæstio est, licet in alijs fueniatur authoribus. Nam Plautum alij dicunt scripsisse fabulas .xxj. alij .xl. alij centum. Ordo quoq; manifestus est, licet quidam superflue dicãt secundum primum esse, tertium secũdum, & primum tertiũ. Ideo q; primum ilium concidit, post errauit æneas, inde ad Didonis regna peruenit, nescientes hanc esse artem poeticam, vt a medijs incipientes per narrationes primam reddamus, & nõnunq̃ futura pœccupemus, vt per vaticinationem. Quod & Hora. sic pcipit in arte poetica dicẽs, vt iã nunc dicat, iam nunc debẽtia dici, Pleraq; differat: & psens intẽpus omittat. Vñ cõstat perite fecisse Verg. sola superest explanatio, quæ in sequẽti expositione probabitur. hæc q̃tũ ad æneidẽ pertinẽt dixisse sufficiat. Nã in buco. & Georgicis alia rõ est, licet eadem sit obseruatio. Sciẽdum præterea, q sicut nũc dictum thema proponimus: ita veteres icipiebãt carmẽ a titulo carminis sui, vt pote. Arma virũq; ca. Lucanus. Bella p æma. Stat. Fraternas acies, alternaq; re.

Titul⁹ operis q sit

Intẽtio authoris q fuerit

Ascẽsij argumẽtũ totius operis

Primus habet libycã, &c. Vt iuxta morẽ insuperioribus obseruatum argumẽta explicẽ totius operis hæc sũma ẽ, Aeneas anchisæ & veneris filius, gener Priami, q; maritus creusæ, q priami filia erat, & pater iuli Ascanij, vñ domus illa romæ capta troia, & ilio incenso idã tenuit, vbi collectã manu ad exiliuz parata antãdrum petijt, Ibiq; fabricatis nauibus in thraciã cõcessit, inde pdigijs actus in delum peruenit, vñ dijs monentibus in cretã p errorem patris anchisæ appulsus est, atq; inde peste fatigatus ex responso penatũ venit ad strophadas insulas, vbi harpyis vexatus est, inde maritima græciæ ptervectus, in epiruz pfectus heleni, qui priami filius, & vates erat hospitio susceptus ẽ. Ab epiro venit in calabriã: illincq; aduentu diomedis territus nauigauit ad Scyllã, & charybdim: quæ ætnæ vicinæ sũt, atq; circuita magna siciliæ parte drepanũ venit, vbi secũdum poetaz perdidit patrẽ, inde venit ad elyssam, q dido dr, inde ab Ioue per Mercuriũ reuocatus in Italiã, prius tñ ad sicilia; repulsus patri ãniuersarium celebrauit, quo peracto in Italiam ad cumas appulsus, duce sibylla ad inferos descẽdit patrẽ visurus: a quo genus suũ dicit, inde ad Italiã a dijs pmissam recta pugnẽs per ceruam ab iulo occisam, Iuno discordiã excitauit cuz latino, cui & Turnus lauiniæ procus, & a matre apiata nomẽ maritus destinatus suppenas tulit, qua propter æneas ad Euandrum, qui tunc eas oras, vbi nũc roma, est tenuit cõcessit. Vñ a pallãte filio adiutus ad vrbẽ nouã, quã in Italia cdiderat, & in qua Ascanius cum cætera pube obsidebatur festinat cum

Quæ contineant duodecim Aeneidos libri,
Monostichis sequentibus explicatur.

Primus habet Libycam ueniãt ut Troes in urbem.
Edocet excidium Troiæ, cladẽq; secundus.
Tertius a Troia uectos cãt æquore Teucros
Quartus item miseræ duo uulnera narrat Elissæ.
Manibus ad tumulũ quinto celebrant honores.
Aeneam memorat uisentẽ tartara sextus.
In Phrygas Italiam bello iam septimus armat.
Dat simul Aeneæ socius octauus, & arma.
Daunius expugnat nono noua mœnia Troiæ.
Exponit decimus Tuscorum in littore pugnas.
Vndecimo Rutuli superantur morte Camillæ.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

Quæ

Quæ primo æneidos libro contineant.
Aeneas primo Libyes appellitur oris.
Vir magnus bello, nulli pietate secundus.

Modestini iurisconsulti carmen

Aeneas odiis Iunonis pressus iniq
Italiam quærēs Siculis errauit in undis.
Iactatus tandē Libyæ peruenit ad oras.
Ignatusq; loci fido comitatus achate
Indicio matris regnum cognouit Elissæ.
Quinetiam nebula septus peruenit ad urbem.
Arreptosq; undis socios cum classe recepit.
Hospitioq; usus Didonis cuncta benigno.
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

cum iam eas Turnus inuasisset, vi tamē repulsus erat. Postea cum Mezētio & comitibus eius bella gessit, quibus superatis rutulos etiam Camilla deuicit, & tandem Turno occiso victō pos, secundum Maronē Lauiniam Latini filiā obtinuit vxorē. Et hic est ordo rerum gestarum, aut quæ pro gestis a poeta recitant, verum alius longe ordo a poeta obseruat. Nā vt dicunt versiculi, primus liber habet: vt. i. qualiter troes veniāt in vrbē libycam, vez, Carthaginem, qđ contigit, septimo anno. Secūdus edocet excidiū, & cladem Troia, narrāte. s. Aenea: & audiente Didōe, Tertius. s. li. canit teucros. i. troiāos vectos æquore a Troia. Quartus narrat itē. i. similiter duo vulnera. s. amoris, ꝛ gladij, quo se occidit, elisæ. i. didonis miseræ honores, scilicet funebres, ꝛ ānuersarij celebrant in quinto. s. li. manibus. s. anchisæ, ad tumulum sup. eius in sicilia. Sextus memorat. i. recitat Aeneā visentem tartara. i. inferna. Septimus armat iaz bello. s. suscepto, italiā. i. italos in. i. cōtra phrygas. i. Troianos Octauus dat Aeneæ simul socios. s. arcadas, ꝛ arma. s. a vulcano fabricata. Daunius. i. dauni filius Turnus expugnat nono sup. lib. noua mœnia troiæ, hoc est mœnia nouæ troiæ, quā in primo aduentu cōdiderat Aeneas. Decimus exponit pugnas thuscorū. i. etheuscorum, vt Mezētij & sociorum in litore. i. ad litus. Rutuli, qui populi Turni erāt: superant vndecimo sup. libro, morte Camillæ virginis bellatricis, vltimus. s. liber ponit finē bello nece. i. per necē Turni. In primo libro, vt recitant versiculi satis patet, & expositi, Aeneas septimo errorū suorū anno sperās ex Sicilia in Italiā peruenire, iunone inuidēte, ventis ad libyā repulsus est, vbi refectis socijs, dispersit, qui cū terrā glorietenuerāt: cui mater media sese tulit obuia sylua, edocuitq; elyssā ea regna tenere, nouasq; sedes illic locasse, verū iterea dū Aeneas hæc a matre incognita disquirit, Dido quæ nouā classem appulsam audierat, verita hostes esse, eā expugnare iusserat, vnū Ilioneus vir inter primos facundus, qstum venerat, qui Aeneas septus a matre nebula nō visus adesset, q tādez apparens benigno suscipit hospitio, ꝛ ab elyssa rogatus troianū excidiū narrare parat, quod in secundo exequitur. vt illic videbimus

Ille ego, qui quondā gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis uicina coegi.
Vt quāuis auido parerent arua colono.
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis

DATh. TROIA capta (vt plane historicorū grauissimus testatur Liuius,) cū in cæteros sæuitum Troianos eēt, duo seruati sunt, Anthenor, & Anchisæ ac veneris filius: ad Simoēta fluuiū, natus æneas, ac de Anthenore quidez opportuniore loco agēdum erit. æneas aūt dux bello clarus, atq; insignis Hæros cū multa sæpius cum hoste congressus fecisset egregie ad extremum domo profugus (vt idem prodit Liuius) seruatus Italiæ (vt dicit Homerus) sumptis dijs penatibus, quos sibi Hector per quietem commēdauerat. assumpto & patre sene: ac paruulo filio ascanio, comitāte vxore Creusa, Matre dea monstrāte viam, cuz nauibus xx. mare ingressus est, Italiā fato, Lauinaq; littora petiturus. Traiecit primū in Thraciā, vbi Polydori monitu, cuius tumulū reperisset, aufugit auarū litus, condita prius ciuitate, quam de suo nomine vocauit Aeneam. Eā ipsam etiam historici memorant, & Thessaloniæ propinquā fuisse perhibēt. Rursum nauibus conscendēs in Cretam venit, vbi cū aliquā diu cōstitisset, non satis recte oracula interpretatus, pestilētia inde pulsus est. Cognitās dei de Italiā: in Chaoniā trāsmisit, futuraq; ab heleno vate istructus. Siciliā petijt apud Drepanū (vt Maroni placet) patrē anchisen perdidit. Porro cū Sicilia soluisset, aduersa tēpestate, in africam delatus est, inq; ea regione a Didone regina honorifice exceptus est: & si fabulis credimus) ēt ardenter amatus. Increpitus iā Deorū iussu aphricā relinquit, atq; iterum Siciliā repetiuit. Ibi tum ludis & ānuersario in honorē patris celebrato, Acesta posita ciuitate, & suorum ibidē parte relicta dū italiā pergit, Palinurū gubernatorē classis amisit. Exinde baiia appulit, & Cumea Sibylla duce ad inferos descēdit, ad Elysios cāpos, vsq; penetrauit Cognita anchise referēte: suæ posteritatis serie, ad supos rediēs psoluit Miseno iferias. Mox Caieram venit, & nutrice amissa eius nominis vrbez cōdidit. Postremo ad ostia Tyberis puenit, Itaq; ad destinatū locū, se venisse ratus, finē vlterius nauigādi fecit. Lauiniā Latini Regis filiā, antea Turno pactā iuxta oraculi vocē, accepit vxorē. Quā ob cām a Turno bello lacessitus est adiutus potissimum Euādri arcadis auxilio, ac diu pfligatus maximarū rerū, & amolissimi, ac florētissimi regni dedit initiū: Ac postmodū excedēs rebus humanis in numerū Deorū (vt fabulant) trāslatus est, & deus habitus. De quo Liuius hæc memoriæ pdidit. Huic secūdum cū Latinis pliurn vltimuz operū mortaliū fuit.
Eiusq;

ASCEN. ILle ego qui quondā &c. Proponit (inquit Donatus) diuidit, & sese cōmendat poeta. Proponit quidez qz dicit, se horrentia martis arma, viz desciptu rum, in qua re etiam diuidit, qz arma sex posterioribus, & virū sex prioribus libris descriptu rus est sed alio ordine pponit. alio psequit, eo forte, qd vsu venire solet, vt quæ prima sunt in intētione: vltima situ in executione, sed arma fuisse prima a poeta itenta, ex multis cōgere licet, tū qz in buco. dixit. Cum canerē reges: ꝛ prœlia, &c. qz iā tūc pposuerit reges, ꝛ plia describere, tū qz armorum opus maius vocabit in septimo, vbi dicturus est. Maius opus moueo, tum qz in armis æneæ a vulcano fabrefactis cæsaris gesta pcussurus est, qđ facturus nō erat, si vt qdā volunt augusti quoq; gesta pscribere cōstituisset, ad quæ quidā arma alludere Poetam dubiū nō est, dicēte donato, arma. i. scutū, & reliqua: quæ æneæ fabricauit vulcanus. Verumtamē p arma res bellicas, quæ in armis gerūtur potius itellexero, nec tamē accedo ad eorū errorē, qui exponunt arma, vieūq;. i. armatus virum, cum res distinctæ sint, nam & virū, & arma eius seorsum describit. Cōmendat autē sese inqt donatus, qz neq; ludicra, nec turpia, sed spectacula elegerit. Ex hac aūt sui, atq; a se scribēdorum cōmendatione reddit auditorē, seu mauis lectorem beniuolū, & attentum ex pondere rerum, acclamaturus enim est, Tantæ molis erat romanam condere gentem. Docilem autem ex i ex diuisione. Principium authore seruio fecerat poeta, quale nos suscepimus. Ille ego, qui quondā. In quo poeta tria principalia opera sua triplici stilo nobis depingit, nā bucolica, quæ gracili stilo descripsit: gracilibus verbis cōmemorat, Georgica quæ mediocri, mediocribus, ꝛ æneida, quā sublimi, sublimibus vsq; adeo, vt sint: qui spumosuz, & cortice pinguit censeāt: vt apud persium plenius executi sumus, Nihil. n. videt gracilius q̄ Ille ego, qui quōdam gracili modulatus auena Carmē oia enim sunt aperta, & ptrita Nihil mediocri stilo cōsonantius, q̄ ꝛ egressus syluis vicina coegi. Vt quāuis auido parerent arua colono. Gratū opus agricolis, nā & schemate mediocris stili, hoc est figuratis, ꝛ trāslatitijs locutionibus vtitur. Nihil vero sublimius q̄, at nunc horrētia martis Arma, virumq; cano, qđ tñ non inflatum, sed solidum, ac firmū est, vt ramale vetus vegrandi subere coctum. Hoc aūt modo auspicatum reor poetam, vt (sicut in finē georgi. diximus) operū suorum se authorem ostēderet, ꝛ alienorum minime cupidū, simulq; vt triplici stilo tria opera suscepisse significet vtq; ab humili exordio in sublimē desinat exituz, iuxta quod legimus apud Horatium in de arte poetica, qz Homerus, & quis cōsultus poeta Non fumū ex fulgore, sed ex fumo dare lucez cogitat, qz tamē hoc exordiū humilius visum est. Tuccæ & Varro, q̄ vt tāti maiestati carminis congruat, depserunt vsq; ad, arma virumq; cano: qđ nos tamē, & explanare, & in ordinem redigere cōstituimus

tuimus. Ille ego. Vtrumq; pronomē emphasim hꝫ. Nā ille (vt in Buccolicis docuimus) ad nobilitatē, & gloriā ptinet: vt Alexander ille magnus, Plato philosophus ille diuinus. Ille ego igitur idem est, ac si dicat, iam notissimus poeta, quasi qui obtinuerit, quod in Georgi. iij. sic dixit. Tentanda via est, qua me quoq; possim, Tollere humo: victorq; virum volitare per ora. Ego autem confirmat, & excludit, quasi dicat non alius, sed ille idē Sicut, Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Ille ego, qui quondam modulatus, & egressus coegi, euocatio est. Quondam sicut olim trium est temporum, Gracili auena, quia pastorale hoc est bucolicum carmen, vt latius declaratum est ibi, Siluestrem tenui musam me. aue. Carmen a canendo dicitur, nō q; vocis lenocinio cani velit, sed quia modulis constet, & egressus syluis. Alij distinguūt syluis vicina, vt sit, & egressus carmē hoc est carminis gracili auena modulandi materiam, coegi vicina syluis, idest arua, sed in idem redditnā & latinitas, & sententia vtroq; modo constat. Latinitas quidem, quia egredior ablatiuo frequenter iūgitur, vt in. ij. huius. Est vrbe egressis tumulus. Sententia vero quia syluas ingredi significauit: cum dixit, Syluestrē tenui musam me. aue. Vñ Georgica descripturus egressus syluis vī. Secūdo ēt modo stat latinitas, & sententia, nā arua sunt vicina syluis. Vnde flaccus sermonū secūdo. Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus, Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons. Et paulū syluæ sup his foret, &c. Sylua ab hyle scribitur per y, a silendo per i, q̄uis alij exponunt, vt sit quātumuis, alij quamuis pro q̄q̄, & ita duplicem faciunt ordinem priores sic, vt arua parerent colono, quamuis, idest quātumuis auido, hoc est etiam auidissimo. Posteriores, vero sic, vt quamuis arua parerent colono auido, tamen opus esset gratum agricolis: sed priores magis condependentem contextuꝫ faciunt. At aduersatiua est particula, minus apta, quibus res a prioribus contrarias incipimus, vt illud in fine tertij huius, factoq; hic fine quieuit: sequitur in principio. iiij. At regina graui iamdudum saucia cura, Vulnus alit venis, &c. Cætera cum sequentibus declarabimus. ¶ Ordo autem huius est, Ille ego: idest iam notissimus poeta. Publij. Vergilij. Maronis, qui modulatus, idest ad modulos confeci vs quondā, scilicet, vt in fine Georgi. dicit in iuuenta carmen, scilicet bucolicum. auena, idest calamo, seu culmo ex auena: gracili, idest tenui stilo, & carmine congruenti, & egressus syluis: idest rebus syluestribus, hoc est carmine pastorali, coegi, idest in præcepta redegi vicina syluis, idest Georgi. hoc est aruorum quadruplicum argumenta, appositione opus gratum agricolis, vt arua parerent, idest obedirent ex præceptis meis: colono, idest agricolæ quāuis, idest quātumuis auido, idest cupido, hoc est etiā auidissimo, aut sic, & egressus coegi vicina syluis, Vt, idest vtpote: qui ferrent, q; quamuis arua parerent, idest obedirent colono auido: idest rerum cupido, hoc est imperijs rusticoruꝫ, de quibus in Georgi, late dictum est, tamen opus esset, supple aut foret gratum agricolis, idest agricolæ tam auidi sunt, vt omnia ad nutum cedere velint, sed, vt dixi, prior sententia magis placet, Quinetiam constructio quadrantior esset sic. Ille ego: qui modulatus: supple sum quondam, gracili auena, carmen, coegi &, idest etiam vicina syluis, gratum opus agricolis, egressus, scilicet syluis, ideo vt arua parerent: &c. At cano nunc arma, &c.

Quāuis quotet

Ordo

Eumq; situm super Numicum flumen, Iouē indigetem appellarunt. Cumq; ab ænea Troianorum duce, res romanis profectura esset, & ea quidem vrbs, quæ totius orbis assequeretur imperium: non sine causa commentus est, & elegantissimus vates, æneam progenitorem eorum, qui vrbem Romaꝫ condituri essent profectum soluisse asia delatum in africam ad Didonis regna peruenisse, tandem attigisse Europam, vt per eiusmodi lustrationem totius mundi partium, terrarum omnium, atque vniuersi orbis auspicaretur imperium. Hoc igitur præclaro carmine, argumentum ingens cœpit Vergilius Maro. & adiecit latio eximium decus, Videlicet Poeta magnus, omniumque præclarissimus, atq; optimus, vt Aurelius Augustinus ait. & Homerum imitatus, qui Achillem cecinerat, hic Aeneæ errorem primum, tum bellum cantauit: quod cum turno gessit Aeneas, Reliquum est, vt præstantissimus præceptor, & optimus auunculus partes suas prosequatur. Dixi.

¶ Hæc hactenus recensuit Petrus Fundius. Cum primam Aeneidos lectionem legit Augustinus Dathus.

Satis superq; præclari carminis argumentum exposuit Petrus Fundius Sororis filius: sed in litteris mihi, atq; eruditione genitus, prosequar ipse egregij poematis explicationem non reiectis quatuor versiculis, quos Tucca detraxit, & Varus, cum sint, mea quidem sententia, cognitione dignissimi. Ille ego qui, &c. ¶ Hos versus Vergilius Maro ediderat Aeneidos initium, sed eos postea detraxere Varus, & Tucca, Vergilij, & Horatij (vt Cæsariensis Eusebius inquit) contubernales, atq; illustres Poetæ, quibus ab Augusto Cæsare emendanda Aeneis tradita est ea lege, vt nihil prorsus adderent. Exile enim, & fere ieiunitatis plenum videbatur initium tam alti, tamque præclari operis. Nihil namq; est, inter Latinorum Poetarum carmina, neq; maius Aeneide: nec præstabilius. Sed in bis quattuor versibus illud artificiosum, ac præclarum videri debet. Nam quemadmodum tria carmina, bucolicum: georgicum, æneidaq; commemorat. ita & eleganter, ac perdocte triplicem dicendi figuram seruauit, & priorem quidem versum, attenuate ac dimisse, & gracili quodam: tertiumq; figura, & subtili, atq; venusto charactere dicendi inceptauit. Ille ego, qui vero ad rura: culturamq; agrorum versus pertinerent. eos ita composuit, vt humili non tamen infima verborum dignitate, & moderato quodam. atq; amœno dicendi genere personarent, quod diligenti & studioso homini (si legat accuratius) plane erit manifestum Et egressus syluis &c. Tum grauis, valida, & vberem quondam dignitatem. atque amplitudinem continens figura contexitur, cum tuba terribili sonitu: & clangore vehementer intonat. At nunc horrentia Martis arma: Virumq; cano. Quibus verbis quid sublimius, quid magnificentius, dici poterat. Bene itaq; qui in Vergilium commentarios ediderunt, humili oratione Bucolica, grauissima Aeneidem, media vero Georgica, fuisse conscripta a Poeta insigni, ac Mantuano vate, testati sunt. Quattuor vero his versibus, profitetur Vergilius pastorale carmen cecinisse, tum tradidisse de agricolatione præcepta. Iam vero futurum sese aduentum Aeneæ in Italiam, diuturnumq; errorem, resq; eius ducis belli gestas. Gracili auena. Est humili stilo. Eadem enim, quæ a Cicerone extenuata figura, quæ a Donato, & Seruio tenuis nominatur, ab A. Gellio, gracilis dicta est, quem græci dicendi characterem ἰσχνόν vocant. Modulatus, modulari & canere ad musicos, ac poetas pertinet, Musici enim quondam Vates, ac sapientes ijdem iudicari consueuerunt, idq; ipsum pulcherrime Fabius Quintilianus ostendit, atq; eiu numero Orpheum ante alios, Linumq; ascribit, vtrunq; (vt est in fabulis) Dijs genitum quorum alterum, q; rudes, atq; agrestes animas Threicia fretus cithara: fidibusq; canoris, & disciplinæ poeticæ modulis demulceret, non feras modo, sed saxa quoq;, & syluas duxisse perhibent, quæ res vel musicæ peritiæ, vel poeticæ disciplinæ potestatem, vimq; demonstrat. Recte igitur Virgi. quasi quidam Latinorum Homerus, carmen se modulatum dicit, quod est, versibus cecinisse. Arua sunt terra, quam ad percipiendas fruges excolimus. Terra igitur (vt. M. cato in primus, & Cicero testes sunt) nunquā sine vsura reddit: quod accepit, sed plerūq; maiore cum fœnore, videlicet si ager ipse diligenter fuerit excultus, interdum vero minore, quum fuerit a colonis neglectus. Parent igitur, atq; obtemperant arua colono, quum multo plus afferunt agri q̄ acceperunt, sed tum parent auido colono, quando mensuram longe cumulatissimam reddunt, magnamq;, atq; auidissimam agricolæ ipsius cupiditatem explent. Itaq; Vergilius de colendis agris dicit, se eiusmodi artem, atque præcepta tradidisse, quæ, si colonus seruet, quātumlibet auidus sit, facillime erit sui voti compos, ac fauente Georgico carmine, multas congeret in horreum fruges. Quamuis, Non q̄q̄ in hoc loco, sed quantumuis significat, sicut & quamlibet. Posset & quamuis exponi pro q̄q̄, sed id præter eruditissimos nemo prorsus intelligat, pulcherrimaq; ea est loquendi figura. Horrentia martis arma. Erudite Vergilius bellum his verbis expressit, qui veteres Martem præesse testantur. Nam quemadmodum Mars ipse ferus existimatur, ita & quibus præesse, opera horrentia sunt, quæ vtiq; bella putamus. Quare. &. M. Cicero. vj. de Rep. libro, quum cœlestes orbes, globosq; describit: Martem his verbis commemorat: Tum Rutilus, horribilisq; terris. quē Martium dicitis. Noster igitur Orator Martem horribilem, sapiens Vates horrentia arma martis, non absurde posuit. Martem ferunt inter septem illa errantia sydera tertium orbem, globumq; esse sortitum, & biennij curriculo Zodiacum circum per

Modulatus quid sit

Arua quid dicantur

Quāuis quid significet

errare

terrare, plurimum autem obesse, nisi eius infestiorem vim: Iouis ac Veneris, qui salutares planetæ sunt: commercium, ac vicinitas moderetur. Stella est (vt Astrologi tradunt) quæ plurimum habet caliditatis: ac siccitatis, atq; ob eam rem, prælijs: contentionibusq; dicitur præesse. Nam vterq; tum calor, tum etiam siccitas, magnam ad inflammandos hominum animos vim habere physicis rationibus declaratu.

Octauii Augusti in Vergilii
Aeneidem Versus

Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis
Tam dirum mandare nefas. ergo ibit in ignes
Magnaq; docti loqui morietur musa Maronis.
Ah scelus indignum, soluetur littera diues
Et poterunt spectare oculi, nec parcere honori
Flamma suo, ductumq; operi seruauit amorem.
Pulcher Apollo ueta, musæ prohibete latinæ
Liber & alma ceres succurrite uester in armis
Vester miles erat. d ocilis per rura colonis.
Nam docuit quid uer ageret, quid cogeret æstas
Quid pater Autumnus quid bruma nouissima ferret.
Arbuta formauit sociauit uitibus ulmos
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit, ut pereant? ipsum si dicere fas est.
Sed legum est seruanda fides, suprema uoluntas
Quod mandat fieriq; iubet parere necesse est.
Frangatur potius legum ueneranda potestas
Quam tot congestos noctesq; diesq; labores
Hauserit una dies, supremaq; uerba parentis
Amittāt uigilasse suum, si forte superbum
Errauitq; in morte piger, si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis odio languoris iniqui.
Si mens cæca fuit iterum sentire ruinas
Troia suas. iterum cogetur reddere uoces.
Ardebit miseræ post uulnera, uulnus elisæ,
Tam factum soluetur opus, tot bella, tot enses,
In cineres dabit hora nocens & perfidus error.
Huc huc pierides date flumina cuncta sorores
Expirent ignes, uiuat Maro doctus ubiq;
Ingratusq; sui, studiorumq; inuidus orbi
Et factus post fata nocens, quod iusserat ille
Sit uetuisse meum, satis est post tempora uitæ
Immo sit æternus tota resonante Camœna
Carmen, & in populo diui sub numine nomen
Laudetur, uigeat, placeat, relegatur, ametur.



Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen: & egressus syluis uicina coegi.
Vt quis auido parerent arua colono
Gratū opus agricolis, At nunc horrentia Martis

ARMA, VIRVM QVE CANO. Ordo, vt dixi: dependet a superiori carmine, at nunc horrentia Martis, arma, virumque cano: quare contra non est in Donati sententias, qui dicit arma .i. scutum, & reliqua, quae Aeneae fabricauit Vulcanus, Nam martis, non Vulcani arma, dicit, intelligens non arma ipsa, sed bella in aeneis martio furore gesta. Horrentia autem dicit ab effectu, quia horrore inducunt. vnde Flaccus primo carminum. Multos castra iuuant: & lituo tubae, permixtus sonitus, bellaque matribus detestata. Signanter autem Martis arma dicit, quasi a viris martys .i. bellicosis gesta, ne ab ys gesta putentur, ad quos dicet. O vere phrygiae, neque enim phryges, & tympana vos, buxusque iuuant berecynthia matris ideae &c. quasi vero iam tunc marta gentem illorum fouerit, cuius author futurus erat, dicente Liuio in prefatione. Si cui populo licere oportet consecrare origines suas, & ad deos referre authores. ea belli gloria est populo Romano: vt cum suum, conditorisque sui patrem martem potissimum ferat, tam & hoc gentes humanae patiantur aequo animo, quam imperium patiuntur. Virumque vir dicitur secundum Cice. a virtute, verum, vt grammatici dicunt, vir notat aetatem, vir sexum & proprietate, hic vero non aetatem notat, nec (vt Donatus dicit) sexum: sed excellentiam, quae ad proprietatem pertinet. Ergo inquit Donatus virum: qui talia arma, & tam pulchra, & habere, & gerere potuerit qui Romani imperij author esse meruerit, qui Iunonis inimicitias & reliquorum deorum factiones superauerit, qui tot aduersa mari perpessus tolerando transmiserit. Haec donatus. Diximus cur proponendo arma praemiserit. vera est etiam altera ratio, nam cum de viro prosequi constituerit, durum fuisset (etsi per metrum potuisset) virum: & arma cano Troiae, qui primus ab oris. Nam relatiua ad vicinius antecedentem referri solent. Cano inquit Seruius, est polysemus sermo .i. multa significans. Nam gr. πολυσήμαντος καὶ πολυσήμος .a. polysematos & polysemos, latine vero plura, seu multa significans. Cano tamen vnum per se, quod notum est, significat, sed ex consequenti plura, nam quae insignia virorum facinora decantari solent, & decantando laudari, accipitur pro laudo, sed carmine, & ita pro eo: quod est describo carmine: sicut quae dicimus ex arte, quotiens autem artem adhibemus, fere laudamus. (Nam in vituperando vno, nisi alterum laudemus, parum fructus consequamur) non dicere accipitur pro eo, quod est laudare. vnde Flaccus prima dicte mihi, summa dicende camoena. Hinc exijt ille vulgaris versiculus. Laudo cano: describo cano, dic & cano canto. Troiae, qui primus ab oris, &c. Quia nihil sententiosius est donato. non possum eius verba praeterire dicit autem hoc loco sic. Altera cum propositione diuisio, vt ostendat, quod Aeneas fatali ratione compulsus: & quod extra fatum perpessus sit. Fati enim fuit, vt relicta Troia Italiam peteret. Ergo crimine desertae patriae absoluitur. Non potuit defendi, quae fato interitura erat. Sed neque poena fuit, quod sit Asia pulsus, sed gloria. Nam minori detrimento affectus, maius est emolumentum consecutus, scilicet vt Romanum imperium conderet. non ergo malo fatorum patriam perdidit, sed ne ab ea detineatur. Aeneas, qui Romano imperio constituendo dignus author parabatur. Lauina littora, cum alij ante Aeneam in Italiam venerint, ille tamen primus venit ad eam partem, vbi deinde fuerunt litora lauina. Haec donatus, per quae soluitur quaestio, quam Seruius proponit, quomodo .s. Aeneas dicatur primus venisse in Italiam, cum quidem ante eum (vt dicet venus) Anthenor potuit medijs elapsus achiuis, Illiricos penetrare sinus, atque intima tutus, Regna liburnorum, & fontem superare timaui &c. vbi patauium ciuitas praeclarissima, vt ibi consequenter dicit, locauit, quia ille quidem venit primus in Italiam, sed non in eam partem, vbi lauina sunt litora, vt .s. que ponatur expositiue, vt sit, venit Italiam, que pro idest lauina litora, aut potius non copulatiue: sed copulatiuum, vt sit, venit primus in Italiam, & in lauina litora post excidium Troianum. Sicut Christus primus venit in lymbum patrum & spoliauit, non tamen primus venit in lymbum. Aut si anthenor quoque in Italiam profugus venit, non tamen fato, quia fata non censuerunt Troianum imperium per Anthenora, sed per Aeneam auspicandum. Itaque non deorum fauore profugus factus est Anthenor, vt aeneas, Aldus manutius asserit, lauinia legendum, Idque in bibliotheca summi pontificis copertum. Venit praeteriti est temporis. Littora poetico more appellatiuo propositionem detraxit: Malui ille, & artificiose versum difficilem, in quo: & consonantes vocalis absumitur, & monosyllaba nan ponitur: confecit, vt rei molem depingat, sicut Flaccus. o & praesidium, & dulce decus meum. Altum mare dicitur profundum. quia superficies aquae profundae multum erigitur a fundo, sed propterea altum dicitur mare in medio, quia corpus sphericum in medio sui altius est, tota aqua naliter est altior terra. Vi superum, ergo non ob demerita, nec impericiem, vt dicit Donatus, sed in gloriam, quia ex leuiore damno maius emolumentum consecutus est, nisi enim Troia decidisset, nunquam roma exorta fuisset, Vis inquit donatus est, cum fit aliquid contra leges .i. contra fatum, vt autem ostendat nihil tale de superis meruisse aeneam, addit. Saeuae memorem iunonis obiram. Ergo non propter culpam aeneae fecerunt superi, sed vt obsequerentur iunoni omnium reginae, purgatur igitur aeneas, & deformatur Iuno aduersaria. Saeuae .i. crudelis, quae persequitur innocentem vel qui deorum omnium: atque ipsius etiam cultor sit. Onerat autem eum. quod inimicitias nulla Aeneae culpa susceptas diutissime, teneret, cum ne id quidem, etiam si iustae sint inimicitiae: facere probis conueniat. Haec latius in quinto sic. Iunonis grauis ira, nec exaturabile pectus. Quam nec longa dies, pietas nec mitigat

ARMA, uirumque cano, troiae qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, lauinaque uenit
Littora, multum ille & terris iactatus, & alto
Vi superum, saeuae memorem Iunonis ob iram.
Multa quoque & bello passus, dum conderet urbem.
Inferretque deos Latio: genus unde latinum.
Albanique patres, atque altae moenia Romae.

ARma. Omnes fatentur aliud fuisse principium huius operis vt in vita eius demonstratum est. Arma .i. bellum per Metonymiam, quoniam illis in bello vtimur, vt toga pro pace. Cice. Cedant arma togae .i. cedant bella paci. Arma, virumque, figura vsurpata est vt non eo ordine respondeamus, quo proposuimus. Nam primo virum .i. errores Aeneae, deinde arma .i. bella narrat. Hac autem figura etiam in prosa vtimur. s. hysteron proteron. Cice. in verrinis, Nam sine vllo sumptu nostro corijs tunicis, frumentoque suppeditato, maximos exercitus nostros vestiuit, aluit, armauit. Virum non dicit quem. sed ex circumstantijs ostendit, eum esse Aeneas. Cano sermo polysemus, Nam alias laudo, alias diuino, alias canto, vt hic, Nam canuntur carmina Troiae, haec regio in asia est, & in ea illius ciuitas. poetae tamen plerumque & regionem, & prouinciam pro vrbe ponunt, Iuue. Flammis Asiam: ferroque cadentem. primus, atque paulo post Anthenorem prius venisse ostendet, sed cum illi venerunt, Venetia, vbi Anthenor vrbem condidit, Italiae pars non erat, sed Galliae, cum italia rubiconem fluuium nondum transiret: quod propter Lucanus Gallica certus, limes ab ausonijs disterminat arua colonis. Vel excludit anthenorem, cum addiderit lauina littora. sed prima expositio melior est. Italiam. Ars exigit, vt ciuitatum nobis propositionem non ponamus. Reliquis autem addamus sed plerumque vsurpant scriptores contra. Nam & Cice. Eo die Verres ad messanam venturus erat, dixit, & hic Maro, Italiam & non ad Italiam & alibi Vergi. syluis te tyrrene feras pro in syluis. vt ergo illic detraxit loco propositionem sic hic prouinciae, & est figura. Italia europae pars ab Italo siciliae rege, qui iuxta tyberi sedes posuit, dicta est. Verg. Siculi, gentesque sicanae. & alibi, & gentes venere sicanae. Fato, ad id quod fugit, & ad id quod addit in Italiam venit & vtrumque fato ne aut, eris campatriam deseruisse, aut imperandi cupidus aetein Italiam venisse videatur. Profugos eos esse certum est, qui procul a sedibus suis vagantur, quasi porro fugatos. Falsum vero est, quod multi dicunt, profugos esse qui necessitate exclusi de suis sedibus adhuc vagantur. Exules vero qui iam sibi sedes inuenerunt. Nam & Lucanus profugos appellat. qui iam sibi sedes inuenerunt. vt profugique a gente vetusta. Gallorum celtae miscentes nomen hiberis, & Salu. adhuc vagantes exules nominat, Lauinia tria habuit nomina haec vrbs. Prius .n. Lauinum dictum a Lauino Latini fratre, Deinde laurentum a lauro a Latino inuenta, dum mortuo fratre vrbem augeret. postremo Lauinium a Lauinia latini filia ergo lauina litora, & non lauinia. Littora, atque lauinum octo milibus distat a mari. sed littus terra est quaecumque mari vicina. Ipse .n. in .iiij. Cui littus arandum, ille vacat sed positum, vt iter vero sua namque primus ad omnia refert, sic alibi, Nunc dextra ingeminat ictus, nunc ille sinistra est autem Archaismos Terris, vt in Thracia monstruoso sanguine tumulo polydori. in Creta pestilentia, apud strophadas harpis. Alto modo pro mari propter varias tempestates ceterum superiorem & inferiorem altitudinem significat, nam mensurae nomen est altitudo. Iactatus, Iactari in mari dicitur. defatigari vero in terris. Vi super .i. violentia, Nam & Home. deos Troianos a iunone concitatos scribit: Defendit ergo troianos, quod non suo merito, sed iunonis impulsu persecuti eos sint dij. Saeuae putant multi epitheton esse temporale, cum a iuuando dicta sit: quia saeua est in troianos, Sed saeuus pro magno ponitur. Enni. induta fuit saeua stola .i. magna, & ipse de Aenea, quem pium semper inducit, insignis saeuus in armis .i. magnus. Memorem, inuenies saepe pro actiuis passiua posita, vt pictis bellant Amazones armis, aut contra. vt populatque ingentem farris aceruum. Haec varietas vel potius contrarietas reperitur in alijs

gtibus

gatti

gat vlla, Hæc donatus, q fictionẽ poetæ argutissime declarat. Sed cũ fingẽdi cũ multiplex esse potuerit, hæc mihi nũc potissimũ videt. Quia secutus Homerũ poeta, Iouem deoꝝ, ⁊ Iunonẽ deaꝝ summã ponit. In iunonis quidẽ ptate sunt regna, honoꝛ aũt, vt Homerus iquit ab Ioue est. quia ergo in oĩ sexu vir ꝑpollet, nihilq; est ꝓximius viro q̃ eiusdẽ sexus femella, idõ Romani imperij Ioue assertorẽ asseruit. Carthaginis aũt Romæ in primis æmulæ Iunonẽ, quæ vt Carthago tandẽ deleta est: tandem succubuisse fingit. In gloriã aũt pugnãtiũ effictũ est, deos his aut illis, aut deoꝛ alios alijs fauisse, quia & gloriosum est eos, qui a dijs tutãtur vicisse, & minus cõtumeliosũ ab eo, cui potentius numen fauet, victũ esse. Cæteꝝ quia, vt Homerus, ex deoꝝ descriptione: hoĩum vitã describit. innuit, mulierũ cõsilio probos multa passos: sed tñ vicisse tãdẽ, Dũ cõderet vrbẽ. Donatus, Exaggerat inquit: q̃ Aeneã bello appetisset, cũ cõderet vi deos impio publico ꝓfuturos inferret, quod si Iuno obtinuisset, nec latinũ genus, nec albani ꝓcipes, nec romanũ imperiũ fuisset futurũ, nec cæsar imperij culmen habiturus. Indoluit enim cũ moliri iam tecta videret, iã fidere terræ, & bellum per furiã excitauit. Per allecto .s. vt dicetur in vij. Propositione aũt ista nõ solum, quæ dicturus sit, ostendit, sed multiformi rõne diuersionis vtit, & cõmendat carmen, Aeneam a culpa liberat: Iunonẽ: multa, variaq; iudicia obruit. Caput carminis ab inuocatione musæ aggredit, cui nisi lectoꝛis istruẽdi cã thema præmisisset, laboꝛis gratiã pdidisset: cũ q̃d lecturus esset nesciret. q̃ si cuncta nõ impleuit, morti imaturæ attribuẽdũ est. Nã quæ tang ꝗ dicẽdo, Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ, nõ scripsit. Hæc argutissimus Donatus, quoꝛ eire fragant alij, q̃ sentit, eũ albanos patres, atq; mœnia Romæ aliter q̃ scripserit. descripturũ, nã i hac ꝓpositione nõ dicit poeta descripturũ mœnia Romæ, sed virũ genus vñ latinũ, albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ. Taxat ẽt Beroaldus Seruiũ in descriptione latij, & in eo, qđ dicit, q̃ victi victoꝛ nomẽ accipiũt, verũ in hoc scđo, q̃ Seruius qđ poeta sentiret, potius q̃ qđ historiæ fides haberet, explanare cõtur, minus a Beroaldo reprehẽdit, sciẽtis, q̃ Vergilius censuit, eos latinos pĩus dictos q̃ Aeneas in Italiã veniret, q̃ eos latinos ꝓdici pmisit. Verba Beroaldi sunt. A Seruio dissentit Pli. scri. in .iij. na. hy. lib. latiũ antiquũ Tyberi vsq; Circeios fuisse seruatum deinde vsq; ad lirim fluuiũ ꝓcessisse, qđ etiã refert Solinus in collectaneis. Serui. Genus vñ latinũ. Nouimus q̃ victi victoꝛ nomẽ accipiũt, ⁊c. Melius & verius locũ Vergilianũ declarãt verba Liuij ita scribẽtis. Aeneas aduersus tãti belli terroꝛẽ, vt animos aboꝛiginũ sibi cõciliaret: ne sub eodẽ iure solũ, sed ẽt nomine oẽs essent, latinos vtrãq; gentẽ appellauit, hoc idẽ a Strabone in quinto refert, ⁊ iustinus quoq; in .xxx. sic inquit. Quid latinos populos, qui ab Aenea cõditi videnť. Ex his manifestissime apparet, cur poeta dixerit, Genus vñ latinũ, nõ inficioꝛ tñ, a Vergilio latinos populos appellari, añq; ꝗ nũcuparentur ante aduẽtũ Aeneæ, cuius rei velilie versus argumẽto sit, Nec vetus indigenas nomẽ mutare latinos, qđ si veꝛ id est qđ Liuius, Iustinus, ac Strabo memoꝛãt: appet nõ latinos ante Aeneã fuisse nũcupatos: sed aboꝛigines, ac laurẽtes, quos postea Aeneas latinos nũcupauerit, ꝑterea apud scriptores idoneos nõ memini legisse, q̃ victores victis noĩa imutarẽt id q̃sq; secũ poterit pensitare, ⁊ seq qđ ꝓbabilius iudicabit, Hæc ille. Ordo autẽ est. At .i. sed ego cano .i. carmine heroico describo, & id in laudẽ, arma martia .i. q̃lia mars tractat, aut martis idest belli per metonymiam, qua deus pro re, cui, præest poni solet, horrentia .i. horroꝛẽ incutientia, ⁊ virũ .s. Aeneã talia tractare solitũ, q ꝓfugus fato .i. ꝓpter culpã, aut crimẽ, sz deo ita volente (qui cõstituerat p destructionẽ Troiæ tandẽ Romam extruere, quia destructio vnius fere generatio est alterius) venit primus fato .i. per fatũ, hoc est deoꝛ ꝑordinationẽ, ab oris .i. regionib⁹ Troiæ illius ꝓuinciæ, aut ciuitatis in phrygia, nã ꝓ ilio aliqñ accipit, vt q a Troiæ nesciat vrbẽ, sup. ad aut in Italiã .i. regionẽ illã ꝑclarã in europa. & ꝓ .i. aut, vt dixi, copulans venit primus in Italiã, & litora lauina .i. nũc sic denolata, & postea lauinia, Multũ ille ⁊c. sm Seruiũ ille vacat, & reuera sine eo posset plena eẽ cõstructio, sed metri cã interponit, ⁊ q̃, vt dixi pondus ⁊ difficultatẽ rei oñdit durior scansio carminis, ille igit .s. nobilis & præclarus vir quẽ cano, iactatus sup. ẽ, multum .i. abũde, ⁊ .i. simul, terris iterum subtraxit ꝑpositionẽ .i. ĩ terris: vt in thracia, Creta. Sicilia. Africa ⁊ tãdem .i. italia, ⁊ .s. Mari .i. ꝓfundo, vt dicet ibi. Vix e cõspectu siculæ telluris ĩ altũ, Vela dabãt læti, ⁊c. vi .i. violẽtia superũ ꝓ superoꝛ .s. deoꝛ, q tñ bona cõferre debeãt, cũ ĩfei i noceãt. sed videnť superi illi adrisum Aeneã fuisse. q de iunonis factiõe erãt, aut reuera, et fauẽtes æneæ supi puniserũt eũ iactari, vt ex aduersitate maiorẽ gloriã nãciscat, vtq; clarioꝛ sit Romana gẽs, de qua dicit Tãtæ molis erat Romanã cõdere gẽtẽ, ⁊ ob irã memoꝛẽ Iunonis sæuæ .i. imitis, & iplacabilis, ꝓ Iunonis memoris, aut ob iraꝝ memoꝛẽ

Maro homeri imitatoꝛ.

Iupiter cur romani imperij assertoꝛ dicat. carthaginis aũt iuno

Donati expositio

Marõis assertio

Beroaldi expositio

Latium vbi locoꝝ

Latinoꝝ nomẽ ante aduẽtũ Aeneæ

Ordo.

Troia ꝓ ilio ponit.

Supi bona cõferũt inferi e q̃ mala

ꝓtib⁹ cõtonis, vt sit nomẽ ꝓ aduerbio: vt est: hoc tũc ignipotẽs cœlo. d. ab. a. ꝓ huc, sic in pncipio, vt. Et q̃ vectus abas .i. q̃ vehebat. ⁊ in nomine, hic memorẽ, nõ q̃ meminerit: sed q̃ in memoria erat. Hæc nos imitamur, sed noua ad illoꝛ exẽpla non formamus. Quoq; ⁊: duas cõiũctiones sepatas natura aĩr non cõiũgimus, nisi metri necessitate, ei go vna vacat. sic alibi, dixitq;, & ꝑlia voce dimisit, Bello, qđ cõtra Turnũ gessit. Dũ cõderet vrbẽ, aut Troiã itelligit: quã veniẽs in litore cõdidit, de q̃ Liuius in pmo ⁊ Cato in originib⁹ meminit. Aut lauro lauinũ, ⁊ tũc est, dũ .i. donec. q. d. dõec turnus occũberet, ⁊ tps cõdedæ ciuitatis veniret, vel Romã itelligit, ⁊ est dũ .i. dũmõ, Latiũ duplex est. Vnũ a tyberi vsq; ad fundos aliud inde vsq; ad vulturnũ fluuiũ, dictũ q̃ in eo Saturnus Ioue fugiẽs latuerit. Latio .i. latiũ, datiuus est ꝓ actõ cũ ꝑpositione, sic alibi. It clamoꝛ cœlo ꝓ ad cœlũ. Hoc frequẽter ipe facit. Genus vn. la. Atqui ꝑus latiũ, ⁊ latini fuerãt. Ergo a loco, & nõ a ꝑsona erit. Vñ .i. a quo latio, vel dicas sm Catonẽ in origi. Venisse ante Aeneã ad populos aboꝛigenes, deinde aduẽtu Aeneæ phryges, aboꝛigenesq; vno nomie latinos esse dictos. vel rectius victis latinis debebat nomẽ iponi eoꝛ, q vicerãt, ⁊ appellari phryges, sz dono Aeneæ remãsit nomẽ ꝑscũ tã latinis q̃ phrygibus, ergo dat Aeneæ, qđ in ipso fuit, vt periret, Hinc in pcatiõe Iunonis dixit nec cũ se sub leges pacis iniquæ, nã iniqua ꝓpterea lex fuit: q̃ victoribus nomẽ est adeptũ, & victis reseruatũ: ⁊ in lib. xij. rogat Iuno, ne peat nomẽ latinũ. Albani. Alba ab Ascanio cõdita siue Creusæ ille fuerit. siue lauiniæ filius Nã de hoc ẽt. Liui. dubitat. Hac a Tullio hostilio euersa, oẽs nobiles familiæ Romã migrarũt: Semp aũt seruat Verg. vt pmo latinoꝛ, deinde albanoꝛ: postremo Romanoꝛ meminerit, Sic in .v. ꝑscos docuit celebrare latinos, Albani docuere suos, nũc maxima poꝛro, accepit Roma. Itẽ in .vij. Mos erat hesperio in latio, quẽ ꝓtinus vrbes, Albanæ coluere sacrũ, Nũc maxima reꝝ, Roma colit. Altæ vł ꝓpter gloriã, vel ædificia, vel q̃ i mõtib⁹ est collocata.

Meminoꝛ

Latium quotuplex

Albæ origo

¶ Sum patria ex itacha, & circunstantias omnes exequitur loci, personæ, temporis. Infelicis, quem sit fauorem vituperatione eius, quem scit odio esse Troianis. Paupere: paupertas enim apud antiquos militiæ causa fuit, vt de Sinone diximus. Vtitur veniali status per excusationem. Trepidi, ergo propter timorem. & non propter contemptum, & causam timoris ostendit fuisse polyphemi descriptione. Nec visu facilis, Nam etiam aspectu infert formidinem. Nec dictu effabilis vlli, sermone non explicabilis, & mire exaggerauit post descriptionem. Visceribus, viscera proprie carnes sunt. Atro hoc est sanie. Duo. Homerus dicit quattuor, qui etiam scribit æneam prius quam vlyxem ad siciliam venisse. Ergo vel dissentit, vel dicit duos vidi, sed quot occiderit nescio. Resupinus, magnitudo staturæ ostenditur. Expersa, madefacta. Si autem aspersa dicatur, tapinosis: & hyperbole ingens. Tepidi. q. d. adhuc viui, & non trepidi, ne sit iteratio. Vlyxes: solo nomine emphasim fecit: vnde est oblitus ve sui est itachus. Ithacus itacensis. Sepultus stratus iacuit. Immensum. ad polyphemi magnitudinem refertur quasi toto antro iacuerit. Fundimur: secundum Homerum qui dicit, alios eum tenuisse, alios cæcasse oculum acuto fuste & obusto. Nam secundum istum sensum multi terebramus accipiunt: alii tenebramus legunt. Illud primum sequitur verba homeri. Telo autem acuto, potest & simpliciter accipi. Solum sub fronte la. Multi Polyphemum dicunt, dicunt vnum habuisse oculum. alii duos, alii tres. sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit. & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur. i. iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum Vlyxes eum prudentia superauit: & ob hoc eum fingitur obcæcasse. Latebat, dormiens est. Nam male sentit Dona. dicens. Latebat, patebat, quia contra metrum est, aut latebat corporis comparatione, sed potius sensus absolutus est. Argolici clypei: & Phœbeæ lampa. in vnum magnitudinis est, aliud splendoris. Phœbeæ, & a luna: & a sole esse potest.

Viscera quid dicantur

Sed fugite o miseri fugite, atq; littore funem
Rumpite.
Nam qualis, quantusq; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq; ubera pressat.
Centum alii curua hæc habitant ad littora uulgo
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ se cornua lumine complent,
Cum uitam in syluis inter deserta ferarum
Lustra domosq; traho, uastosq; ab rupe Cyclopas
Prospicio, sonitumq; pedum, uocemq; tremisco.
Victum infelicem, bacchas lapidosaq; corna
Dant rami, & uulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia

ASCEN. Donati expositio

¶ Ille hæc, &c. recitat longam narrationem eius hominis, quem susceperat. Vnde dixit Don. sic, obliti vestri omnes nos vehementer turbati sumus, solus Vlyxes nam calliditate, & visu, & ingenio instructus tantæ crudelitatis visu deterritus non est, nec est oblitus sui. i. non perdidit suam industriam. Nam simul expletus, omnia signa posuit belluæ occasionem ad cædem præbens, dederat autem consilium Vlyxes vt vnicum illi oculum excecaret sed hoc periculosum fuit, quis dormiret sepultus. Ergo precati sunt numina. Et quoniam non idem periculum erat omnibus: & varias corporis partes tenentibus, eas inter se sortiti sunt. Ordo est. Ille, videlicet Achæmenides fatur iam demum hæc, & hoc formidine deposita, postquam s. dextram præbuerat Anchises. Ego sum ex Itacha patria, comes Vlyxis infelicis quia capta Troia iam septem annos errauit: nec reditum in patriam inuenire potest, id autem dicitur in gratiam Troianorum Achæmenides nomine, & profectus sum Troiam adamasco genitore paupere, q. s. paupertate coactus, me in arma misit, quod & Sinon supra. ii. dixit, & vtinam fortuna mansisset, vt. s. modo non miseriores sumus capta Troia, quam prius, cum esset capienda, aut vtinam non essem ditior effectus ex spoliis Troianis, & Troia adhuc staret: quia sic in has miserias non deuenissem. Socii. s. mei reliqui comites Vlyxis trepidi. i. festini propter timorem, & ita immemores. s. mei, dum linquunt crudelia limina. i. antra Polyphemi crudelis deseruere me hic. i. in hac insula, in vasto. i. valde amplo antro Cyclopis s. Polyphemi, domus super. cuius est intus opaca, & ingens, sanie. i. corrupto cruore, & dapibus cruentis. i. cruore aspersis. Ipse. s. cyclops Polyphemus est, super. arduus, & pulsat. s. vertice suo, alta sidera quod ex terrore hominis dicitur per hyperbolem. O dii auertite talem pestem. i. iam truculentum aspectum hominis, aut tantam pernicem, terris s. reliquis, ad quas venturi estis, aut terris omnibus, cum sit inferno potius debita, quia nec est facilis vlli visu. i. vt videatur, hoc est tam terribilis est, vt difficile sit eam pestem, aut eum Cyclopem videri, nec est effabilis. i. explicabilis vlli dictu. i. dum de eo quis loquitur, hoc est cum terrore dicitur, & cum horrore de eo fit sermo quia vescitur visceribus miserorum. s. hominum depressorum, & sanguine atro. i. iam pereto, aut sanie ipsa. Egomet. i. ego ipse vidi. i. aspexi, & præsens eram, cum. i. quando ipse resupinus. i. prostratus more canum in medio antro, frangeret ad saxum duo corpora de nostro numero (Home. autem dicit quattuor, sed potest fieri: vt non omnia viderit, & vt pauciora quam viderit, dixerit, vt fidem dictis suis faciat) prensa. i. compressa magna manu, quanta eius est, & vidi quando limina natarent. i. inundarentur expersa sanie. i. sanguine corrupto, & vidi cum. i. quando ipse mandaret. i. masticaret, & dentibus frangeret membra. s. miserorum ab eo compressorum, fluentia. i. madentia, atro sanguine. cum artus tepidi. i. semicalidi adhuc tremerent. i. resilirent adhuc sub dentibus. s. eius, quidem. i. certe, haud. i. non impune. i. non sine vindicta, & punitione, nec Vlyxes est passus talia, super. fieri impune, vel per vel, ipse Itachus. i. itacensis vlyxes, super. haud. i. non est oblitus sui. i. salutis suæ, nec industriæ suæ, in tanto discrimine. i. periculo, nam per quia simul. i. statim, aut continuo, postquam ipse Polyphemus expletus dapibus, & sepultus vino posuit. i. reclinauit ceruicem inflexam: & iacuit per immensum antrum: eructans saniem, & frustra. i. fragmenta carnis per somnum. i. inter dormiendum, mero eructo. i. vino sanguinolento, hoc est sanguine confuso, nos precati magna numina, & sortiti vices. i. officia vicissim tenendi: aut occupandi membra eius, circumfundimur vndique vna. i. simul, & vno impetu, & terebramus. i. perforamus, & effudimus lumen. i. oculum vnum telo acuto. i. fuste ficulno acuto, & obusto, lumen dicitur: quod solum. i. vnum (quia non nisi vnum habebat oculum) latebat ingens. i. existens valde magnum, sub fronte torua. i. terribiliter imminenti, latebat dixi existens instar. i. in statum, & formam clypei argolici. i. græcanici aut lampadis. i. globi lucentis, phœbeæ. i. aut solis, aut lunæ sol phœbus dicitur, & luna phœbe, nec vult dicere tantum fuisse. quanta sunt sol & luna, sed quanti nobis apparent, & nos læti. s. de successu, vlciscimur tandem vmbras. i. manes a corporibus vi expulsus, sociorum. s. nostrorum, quos ipse occiderat, & deuorauerat.

Ordo

Homeri dissensus a virgilio

¶ Sed fugite, &c. post narrationem malorum opportune monet phrygios, ne simile malum incurrant, aufugerent, quod scilicet, mereretur gratias ab eis. docetque, se non insidiatorem esse, qualis fuisset fortasse creditus, si inuitasset ad insulam accedere, nam facile est persuadere id quod volumus cupientibus. Sane sunt. qui dicant, poetam nostrum principem poetarum Home. morem gessisse qualem audit (Luber. n. interdum nugari) duos scurras fecisse, quorum alter, vnum veniret, & quid viderit, interrogatus dixit, se romam venire per rhenum illicque incendium incredibile rheni vidisse, at postridie in tenebras incidisse meridianas, quales post christi mortem neo viderit, easque aliis ignotas auis factas, atque id genus (ne longus sim) multa. Alter vero idem interrogatus dixit, se quoque Roma venire, atque per rhenum, sed vno die tardius illuc aduenisse, interrogatus de adustione rheni, respondit se eam non vidisse, sed pisces assos, quos omnes domos expositas, & de aue per negauit, se quoque eam vidisse, sed omnes mortales concurrisse ad congerenda ligna pro oui vnius ab aue illa positi condensatione facienda pro coctione, quod tandem rupto auo, se genuum tenus in albumen ingressas: atque ita mutuas partes præstiterunt, quando Maro, quod Home. dicit, de Vlyxe. quem in Lestrygonas, & Cyclopas fecisse asserit non dicit, sed socium eius inuentum ab ænea, postquam ille abiuerat, verum id artis est summæ de rebus notis loqui iuxta fidem, & sententias illorum qui de illis scripserunt. Sed audiamus Donatum, cuius verba sunt paucissima, quia ab historia res dependet: videlicet, Addixi, hoc est sic ad vos, veni: melius esse manibus hominis perire quam Cyclopum, Hæc ille.

ASCEN. Donati expositio

Ordo

Ordo est. Sed ne fido. s. vos detineā, & īman⁹ Cyclopū icidat, o misii. s. futuri, fugite, fugite, sqt, atq3 rūpite, qđ pl⁹ ē q dissol/ uite fune. i. retinacula ab humire. Et si dicāt, cæcat⁹ ē Polyphem⁹, vt ige, qūo q̄ timed⁹ (addit, Nā q̄lis, ꝛ q̄t⁹ Polyphem⁹ claudit in ātro cauo pecu.de. lāigeras. i. oues suas, atq3 pssat. s. duris palmis vbera. s. ouiū, sup. tales, ꝛ tāti. i. tā inanes, & tā magni cetū alij. tādi. i. cōteistādi Cyclopes hitāt vulgo. i. passī3, n. i vno loco ad hlitora, & errāt. i. vagāt, sup. i bi & alij motib⁹. Cornua lūæ iplēt et se iā tertia, lumie. i. allumiatiōe tertia, aut lumie ter tio, s3 pp metrū nō dixit terti o lumie s3 tertia cornua. i. iā ē ter/ tiū plenilunū, aut tertius mēsis, quū. i. ex q̄, aut postq̄ trabo vi tā i sylms, iter domos, ꝛ lustra. i. latibula, ꝛ spelca ferar deserta. s. ab hoib⁹, & pspicio. i. pcul obsuo, vastos. i. valde āplos cy/ clopas, ab rupe. i. specula in rupe, quā difficulr ptrāsiret, ꝛ tre misco sonitū pedū, & vocē eor, rami. s. arbor & dumor dāt. s. mihi victū ifelicē. i. miserabilē. s. bacchas. i. fructus miores, & sylvestres sparsi3 nascētes, ꝛ corna lapidosa. i. magnos lapides seu ossa magna ptinētes, ꝛ herbæ pascūt me radicibus. s. suis, vulsis. i. euulsis, & extirpat seu eradicat. Ego collustrās. i. pspi ciēs oia, pspexi pmū hāc classe3 veniētē ad littora. s. ista (nō āt pspexerat, nisi cū appelleret, q3 dcm̄ ē iterea fessos vētus cū so le religt) ego addixi. i. adiudicaui, ꝛ in ptātē eius destinaui me hanc. s. classi, q̄cūq3 fuisset, siue amica, siue inimica, q3 sat ē mi/ hi effugisse gētē nefādā. s. Cyclopū: vos potius q̄ vt ab illis cō/ phendar absumite hāc aiā3. i. vitā, q̄cūq3 leto. i. q̄cūq3 gñe mor tis. Vix ea fa. erat, ꝛc. Docet qūo viso Polyphemo aufugerit, su scepto Achæmenide, vtq3 ille i seq parabat, & cæteros Cyclo/ pas excitabat. Vñ Don. dic sic. Nota exponēdū fuit, qūo cæcus venire potuerit, q3 nouerat añq̄ excæcaret. Trūca manu pin⁹. to ta arbor erat p baculo. Ea sola voluptas. voluptatē ex aialib⁹ habuit, cū videbat. Cæcus aūt solamē capiebat. Lauit cruore, adhuc. n. isficta cæcitas noua putabat, cū adhuc funderet san/ guinē, Graditq3 p æq3, imēsæ pceritat expssio gradiebat i me dio mari, vt i terras: neq3 pfundi maris, lat⁹ ei⁹ vnda tāgebat. Taciti, cessante remor strepitu, & cātilena nautar, sine q̄ remi opari, nō possūt. Sēsit, qđ nō videbat aurib⁹ pcepit Nā qū silē tiū adhiberet nō potuit penitus vacua strepitu esse nauigatio. Hæc ille Ordo ē. Achæmenides. sup. vix erat fat⁹ ea, q̄ pmissa sunt: quū. i. qñ nos videmus ip3 Polyphemū pastorē mouētes se, vasta mole. s. corporis sui su i sūmo mōte iter pecudes. s.

Donati expositio

Omnia collustrans, hanc primum ad littora classem
Conspexi uenientem, huic me quæcunq; fuisset
Addixi, satis est gentem effugisse nefandam.
Vos aīam hanc potius quocūq; absumite læto.
Vix ea fatus erat, summo cum monte uidemus
Ipsum inter pecudes uasta se mole mouentem
Pastorem Polyphemum, & littora nota petentem.
Monstrū horrēdū, iforme, ingens, cui lumē ademptum
Trunca manū pinus regit, & uestigia firmat.
Lanigeræ comitantur oues, ea sola uoluptas,
Solamenq; mali de collo fistula pendet,
Postq̄ altos tetigit fluctus, & ad æquora uenit,
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem
Dentibus infrēdēs gemitu, graditurq; p æquor,
Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugā trepidi celerare recepto
Supplice sic, merito, taciti q; incidere funem.
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Sensit, & ad sonitum uocis uestigia torsit.
Verum ubi nulla datur dextrā affectare potestas
Nec potis ionios fluctus æquare sequendo.
Clamorem immensum tollit, quo pontus, & omnes
Intremuere undæ, penitusq; exterrita tellus
Italiæ, curuisq; immugiit Aethna cauernis
At genus e syluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & littora complent.
Cernimus astātes nequicq̄ lumine toruo
Aethneos fratres, cœlo capita alta ferentes.
Concilium horrendum. Quales cū uertice celso

Aeneas



Aetna

Aeriæ quercus aut coniferæ cyparissi
Constiterãt, sylua alta Iouis, lucus ue Dianæ.

SERVI. ¶ Fugite, nã & si hic cæcus sit, plures alij assũt. Miseri, aut blãdientis e, vt i Terẽ. O miser, Aut miseri. qz ad cyclopas sint delati. Quatus ad mores. Quatus, ad corpus. Curua hæc habitant ad litora vulgo. ne tñ i motu⁹ eẽ putent, vulgo, passi3 Tertia iã lunæ, omni desertis locis exlũæ rone colligit tpa. Se coplet, qz no ex se lumẽ dñt, sed a sole accipiũt. Lustra, cubicula, hic lupanaria ẽt lustra dicunt, vbi habitãt lupæ.i. meretrices: dictæ ab obscœnitatis & odoris nlitudine. Bacchas gñale est nomẽ fructus arbor agrestiu, Corna hæc cornus ipsa arbor est, & hoc cornu fructus. Addixi. signato ρbo exprimit desperationẽ. Nota, añ oculi amissionẽ. Stat sequit tñ iprob⁹ dolte: quã meminit, poitq̃, hytero ρterõ insensu, vt ρgressi iubeãt luco, fluuiũ qz relinqũt. Fluidũ, pruẽtẽ, vt euitaret dom. ore leuto. No fluit ex defosso oculo sanies, s3 sup oem ostratũ ẽ nõ defossũ, s3 terebratũ. inde aut de fluctib⁹ aut de spacio oculi. Gemitu cũ gemitu. Mediũ. sic altũ, vt mediũ putares, vt mediũ æneas in classe tenebat. Fluctu legit ẽt & fluct⁹ Trepidi, festini, vt Ne trepidate meas Teucri defẽdẽ naues. Sic merito. qz oĩa ei⁹ ρdi ueras dicta: ac si dicẽt, nõ fallacẽ, vt Sionẽ, Vocis, remoru sonitũ vocẽ dixit. Est. n. vox oẽ, qd sonat: vt tractasqz ad litora voces Affectaf, tedẽ, vt nauẽ tenẽ possi3, Terẽ, ad domunã q affectãt viã. Nã si legea, dextra affectare. i. ρtige, caret exẽplo. Potis, no. ne i declinabile, Vñ potissimu⁹, z quamuis difficile inueniatur in oblĩgs inueniũt ρpositia impotia, z ρpotis a ρpos & ipos, & impotẽ z ρporẽ Exterrita. t. poetica hyperbole Curuis ca. ioi, n. ce cho est. Neqcq̃, qz nocere nõ poterãt. Fres, aut siles, aut fera te germãos. Nã Polyphemi no sũt frẽs, quẽ Home. Neptũi filiũ dic. Vñ eo cæcato Vlyxes tẽpestate ptulit, Q̃ ad eũ ven reliẽta Calypso, cũ quã fuet ardecẽ ãnis. Vñ Vergiliũ dictũ dissẽtit tẽporũ ro. Coniferæ. con⁹ dr fruct⁹ cupssi, ipa. n. κωνοειδής est. Nã a rotũditate i acumẽ leuaf Cyparissus Telephi filius fuit, amat⁹ ab Apolle, vel vt alij dicũt a siluano q cu ceruũ, quẽ i delitijs hẽbat: p ignorã iã occidisset: flendo nu. miũ misericordiã meruit: atqz in cupssum ardorẽ luctib⁹ aptã couertus est. Sylua alta Iouis, pp quercũ, Dianæ pp cupssum: ipsa eniz e ẽt Proserpina, cui dicaf cupssus pp luctus mor ẽnũ: Alta aũt, qz manet in celso ṽtice, & lucus ρpter religionẽ diu permanet.

Lupanaria q̃ z q̃ lupæ dicãtur

Affectare q̃d sit

Cyparissus q fuerit

suas lanigeras, z petẽtẽ litora nota, q̃. s. sæpe petiuerat añq̃ ex cæcat⁹ eet, appositori⁹ mostri ũ. i. exñtẽ mostri ũ horr edu. inte. ma huniao corpi debilia, iges. i. magnũ sine gñe, cuilumie, sup. erat de ;tũ, z sup. cui pinus trũca. i. aputata, z trũcata regit. i. dirigit manu, z firmat vestigia, ne. s. vacillet: aut labaf in cæc⁹. Oues lanigeræ comitanf. s. pastorẽ suũ, ea sola quã. s. ex omb⁹ hẽt, ẽ sup. voluptas Polyphemi, z fistula pẽdet de colo, h e dor su3 pedet exñs sol. mẽ. i. solatiũ mali. i. icõmodi amissi. i. visus postq̃ s. Polyphemi⁹ tetigit. s. pinu sua, fluct⁹. s. maris altos. s. pfũdos, z veit. i. accessit ad æqra. ipe lauit. i. abluit, aut absterxit. (Est. n. pñr tpis a lauo lauis laue) ide. i. deinde cruorẽ fluidũ. i. q q̃tidie fluebat, luminis effossi. i. de oculo effosso, st edes detib⁹, sup. cũ gemitu, z ipe gdit iap æqra mediũ, necdũ. i. z nõ adhuc z fluct⁹ nõ tixit latera ardua. s. ei⁹. Qz dic gdit, p3, qz lauit sit pñr tpis, l3 venit, sir pteriti, qz i lauit pma corripit, q [illegible]auit gñi nit pducif. Alibi legim⁹, lauim⁹ pma breui ẽt pñr tpis. No[illegible]s q̃ sit qd videbam⁹, cœpim⁹: sup celerare, aut celerare p celerabamus, pcul ide. i. ab eo loco, vbi ips3 vidim⁹, fugã, exñtes trepid. i. cũ tremore festini, z h recepto. s. i nauẽ n̄ras achæmenide, sup. supplice. i. q gẽua ãplexus nobis supplicauerat merito. s. de nobis, sic. i. vt id facerem⁹, qz forte i cyclopas icidiss imus: nisi nos pcauẽ monuisset, & nos tacin. i. tacẽtes aut secreti icidẽ sup. cœpim⁹, au icidebam⁹, funẽ. i. retinacula, z nos pni. s. icũbẽtes remis, vrim⁹ æqra remis certãtib⁹. i. certati feriẽtib⁹. Sẽsit. s. Poly. strepitũ remor, z torsit vestigia ad strepitũ vocis. s. remigãtiũ. ver vbi. i. postq̃ nulla ptãs. i. facultas dat affectare. i. itẽdẽ dextrã. s. ad naue tenẽdã, nec pot, sup. ẽ, æqre. i. no pot æqs virib⁹, aut gdib⁹ ρseq fluct⁹ Ionios. i. maris ionij, ipse tollit. i. emittit, z effert imẽsu, clamorẽ, q̃ clamore põtus. i. mare: & oẽs vndæ itremuẽ. i. mltũ tremuẽ, z tellus italiæ est, sup. exrita penit⁹. i. peneit⁹, vsqz ad penitiores ptes ei⁹, z æthna mõs ille Siciliæ, imugijt. i. reboauit cauuis. i. cauis: z fornacib⁹ dictis, curuis, z id vt cornu magnũ grãdẽ edetib⁹. At. i. s3 gen⁹ cyclopũ ruit ad portũ, excitũ. i. excitatũ, z euocatũ illo clamore, e syluis, z alij mõtib⁹: z cõplẽt litora. Nos cernimus fres æthneos. i. iux æthnã gẽitos astãtes. s. ad lit⁹, sup. cũ lumie toruo. i. diro, z nimaci neqcq̃. i. frustra, qz sæuitiã suai nos exercẽ nõ poterãt, z ferẽtes capita alta, cœlo. i. ad cœlũ vsqz, appositone ρcilũ. i. ρuẽtũ ρcitatũ. z ρuocatũ, horrẽdũ, exñtes, sup. tales, q̃les erat q̃rc⁹ aeriæ. i. altæ i aera mltũ extẽsæ, aut q̃les cyparissi coniferæ. i. ferẽtes in lios conos: ad ornamẽ. ũ galea tu, sup. erãt tũc eum. i. qñ ipsæ ρst terant. i. simul steterãt, sup. in celso. i. sublimi vertice, exñtes alta sylua Iouis, q ã tu3 ad quercus, q sunt in tutela Iouis, ve pro vel, lucus. i. sylua icedua Dianæ. s. venatr cis, quãtum ad cupssos vt Seruius docet.



Præcipites metus acer agit quocunq; rudentes
Excutere, & uentis intendere uela secundis.
Contra iussa monent Heleni, Scyllā, atq; Charybdim
Inter utranq; uiam leti discrimine paruo
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro.
Ecce autem Boreas angusta a sede Pelori
Missus adest, uiuo prætervehor hostia saxo
Panthagiæ, Megarosq; sinus, Tapsumq; iacentem
Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Litora Achæmenides, comes infelicis Vlyssi.
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium undosum, nomen dixere priores
Ortygiam, Alphæum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse uias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.
Numina magna loci iussi ueneramur, & inde
Exupero præpingue solum stagnantis Elori,
Hinc altas cautes, proiectaq; saxa Pachyni.
Radimus, & fatis nunquam concessa moueri,
Apparet Camerina procul, campiq; Geloi.
Immanisq; Gela fluuii cognomine dicta.
Arduus inde Agragas ostentat maxima longe
Mœnia, magnanimum quondam generator equorum.
Teq; datis linquo uentis palmosa Selinis.
Et uada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

ASCEn. Donati expositio

Sub aq̄uea q̄ sint

Ordo.

¶ Præcipites metus acer agit, &c. Docet qua ꝑperatiōe illic aufugerint, & quas terras prætervecti sint, vt dicit Donatus sic. Vetis scdis .i. seq quocūq; vēti ferrēt. Nā oēs venti scdi sunt, si quo ipellāt eamus. Est ergo sensus, mō cyclopas fugeremus, nō curabamus quocūq; nauigaremus, qḋ erat ꝯ iussa Heleni q vetabat illos temere nauigare. Sed diligēter vitare charybdim. & scyllā, sed istoꝝ maloꝝ metu turbati decreuimus, vt vel trāsiremus. Lōga, q̄ excelsus est in nōs. Saxis cæ. q̄ nautæ sub aquanea appellāt. Hæc ille. ¶ Ordo est Metus acer .i. vehemēs: ꝛ acriter impellēs agit, .i. vrget, ꝛ impellit nos excutere .i. vi dissoluere, & extēdere, rudētes .i. funes velox, quocūq; .i. in quācūq; ptē a cyclopib⁹ distātē, aut quocūq; .i. quacūq; re, & intēdere .i. iplere vsq; ad distētiōnē vela .s. nauiū nr̄arū, vētis scdis .i. sequētib⁹, & a tergo venietib⁹, quocūq; ferrēt, sed iussa Heleni monēt ꝯ .i. ecōtrario .s. vitare charybdim & scyllā, ꝛ nō seq quocūq; vētus ferret, monēt inq̄ .s. .i. ne .s. socii teneant cursus inter scyllā & charybdim, & ne teneāt viā inter vtrāq; sup. cū paruo discrimine .i. differētia, ꝛ distātia leti .i. mortis, ꝛ ita iō certū .i. deliberatū & decretū est nobis dare lintea .i. vela retro .i. retrorsū hoc est obuertere vela. Ecce aūt boreas, &c. qḋ qdē fecissemus, nisi boreas surrexisset. Hāc ꝯstructiōnē seruius innuit. q accepit letū ꝑ morte, ꝛ ni ꝑ ne. Pōt tñ ꝛ alius sensus, ac ordo eē verū mirus artifex poeta depingit narrando metū q eos acer agebat, nā pplexis, & attonitis dat intricatū sermonē, ꝛ nō satis exꝑssū, vt in scdo vidimus in oñone æneæ ad socios, Sit igit si vis ordo talis. Socii monēt ꝯtra iussa Heleni, sup. tenere viā inter vtrāq; .s. scyllā, atq; charibdi, existētes læti .i. gaudētes: paruo discrimine .i. piculoso, respectu eius qḋ a cyclopib⁹ imminebat, q: ni .i. nisi teneāt .i. ꝯtinuēt cursus suos inter scyllā & charybdim: certū est dare .i. qḋ darent lintea retro. & ita inciderēt in cyclopas. Aut sic, Iussa heleni monēt cōtra .s. id, qḋ metus egit, sed ni .i. nisi cursus teneant viam inter vtrāq; .s. scyllam, & charibdim, sup. cum paruo discrimine .s. parua distantia leti .i. mortis, q: inter vtramq; tenere viā parū abest a morte, certum est dare .i. q darēt lintbea .i. vela ex lino retro .i. retrorsum, & ita prexerunt: ne cogerentur in cyclopas recidere. Autem, pro sed ecce .q.d. ꝑter spem, & opinionē boreas ventus ille septentrionalis, adest .s. auxilio nobis: missus .s. fauore numinū ab angusta sede pelori promontorii ꝛ per eū adiutus, prætervehor ostia pantagiæ illius fluminis in sicilia: viuo saxo .idest, q̄ ostia sunt ex saxo naturali, & nō artificiali, quia pantagias cum multo murmure olim inter saxa decurrebat, postea ad iussum (vt aiunt) Cereris, cœpit tacere, hoc est aut coloni saxa mouerūt aut impetus ea deuoluit vsq; ad ostia vnde dicit ostia saxo viuo .i. naturali & non fabrefacto, & ꝑter vehor sinus megaros .i. iuxta Megaraz oppidū Siciliæ nō procul a syracusis, & tapsum insulā illam decē stadia a sicilia distātem iacentem .i. humilem, ꝛ si quærat quo norit insularum nomina, dicit Achæmenides comes infelicis Vlyssi. relegēs, idest renauigans retrorsum, litora errata .i. q̄ errando legerat, hoc est nauigarat cum Vlysse monstrabat .i. indicabat nobis talia, insula prætenta sinu sicano .i. siculo iacet contra plenimyrium vndosum .i. qḋ græce plenimyrium, latine vndosum dr̄ nam πλημμύρα dr̄ inundo & πλημμύριον vnda cū frangit nō procellosa, & πλημμυρίς inundatio vnde pōt scribi plemyrium & plemyrion, est autem flu. siciliæ, nō procul ab ortygia siciliæ vicina insula, cū sit & alia, q̄ Delos ēt dr̄. sup. cuius (nā more suo relatiuū subiicit in descriptione loci) nomen, sup. veteres cosmographi dixere .i. appellauerunt ortygiā, fama est alpheū elidis: scilicet ciuitatis amnem, idest q ab elide archadiæ nascitur, egisse huc, idest in hūc locū occultas vias subter mare, ita q, non immisceat aquis marinis, vnde in huc. Sic tibi cum fluctus subterlabere sicanos, Doris amara suā nō itermisceat vndā, qui .s. amnis: o arethusa, quæ & fluuius, & nympha, cōfundit .i. cōmiscet siculis .i. siciliēsibus vndis, tuo ore .i. ostio: Nos iussi .s. a pfe veneramur magna numina loci .s. illius, videlicet Arethusæ, & alphei, ꝛ ego exupo .i. ascēdo inde ꝑpingue .i. ꝑter cætera pingue, solū helori fluminis ex pachyno defluētis, stagnātis .i. interdum stagna in agris facietis, ac inundātis more nili, cuius inūdatio terrā pinguē facit, aut lēte fluentis, q̄si stagnū sit, Nos radimus .i. cōtingimus leuiter, hinc .s. ꝓiecti altas cautes .i. rupes, ꝛ lapides, ꝛ ꝓ. .i. saxa ꝓiecta .s. in mare, ꝛ extāt a, camerin a, .s. palus nūq; cōcessa moueri fatis .s. volētibus, q: cū exicaret, accolæ ab hostibus deleti sunt, ꝛ cāpi geloi, illius stagni, sup. apparet, & gela, .s. vrbs immanis .i. immitis, aut pp aq̄s, aut pp gētē, dicta .i. denoīata cognoīe fluuii (q: ꝛ fluuius gela: seu gelas dr̄, & vrbs) sup. appet, & agragas mōs ille in sicilia, muro cinctus, arduus .i. sublimis oñtat nobis maxima mœnia .s. oppidi in eo extructi: aut muros suos (Notat aūt poetā Seruius, q ex persona æneæ recitari facit ea. q̄ æneæ tpibus acta nō fuerāt: nā eius tpe nōdū inqt exiccata erat palus, nec gelas, aut agrigētū cōditū, vel de palude dicere possumus, æneam sciuisse, q eēt fatis nūq cōcessa moueri, licet postea mota sit, sed nō fatis, nec dicit æneas motā: sed non moueri debere, fatis vetantibus, de gela aūt dicā instauratā forsan eē, sed cū fluuius ꝑpetuus ille gelas dictus sit, potuit: & tūc vicus, aut pagus gelas dici, Quod si omnino dormitasse cōuincit poeta. dicam & q̄nq; bonus dormitat homerus, agragas dicit appositõe gñator quōdā equoꝝ magnanimū ꝑ magnanimoꝝ .i. qui generauit aliqñ magnanimos equos, & o selinis vrbs iuxta lilybeū promōtorium palmosa .i. palmis arboribus illic abūdās, ego linquo .i. ꝑtereo te vētis datis .i. adhibitis a diis præsentibus, ꝛ lego .i. nauigo vada lilybeia illius promōtorii, dura saxis cæcis .i. propter saxa cæca, idest nō apparētia sed aquis abstrusa.

Megara qd ꝛ vbi

Plemyriū qd sit

Geloūs gesit

Hinc drepani

SERVI.

¶ Ni teneāt, antiq ni ꝑ ne ponebāt. Plau. Ni mala, ni stulta sis. Sēsus igit est, Timor cogebat, vt q̄cūq; nauigaremus, ꝛ vētū seqi et, nō iudiciū, Sed Helenus iubebat vitari scyllā, ꝛ charybdim, q̄re placuit, ne cursus, tenēat .i. agant. & ipleant inter vtrāq; viā modico mortis īterstitio .i. scyllæ, & charybdis retro dare litea, qḋ dū cogitamus ꝓsꝑior nobis flare cœpit boreas. Missus, Fauore numinū, quē Anchises optauerat. Adesse āt est ad fauorē, vel patrocinū venire. Pātagias, fluuius ē, q cū plenus icederet sonitu iplebat pene totā Siciliā. Hic pātagias victus q̄si vbiq; sonās, sꝫ a Cerere filiā qrete tacē iussus est. Megara aūt oppidū est ꝑcul Syracusis. Tapsuz, insula ꝑpe syracusas pene fluctib⁹ par. Errata, participiū sine ṽbo. nō. n. inuenit error, vndosuz, exꝑssit græcū, na ide est plēmyriū qḋ vndosuz, Ortyga, hæc alia est a Delo, q̄ & ipsa ortygia appellat, Elidis elis ꝛ ipsa in Archadia vrbes sunt in qb⁹ est fons ingēs, q ex se duos alueos creat. Alpheū, ꝛ arethusam, vñ fit. vt fingant ꝯiugii in exitu quos origo nō cōiūxit, Arethusaz aūt in elide eē testat Vergi. Sic tibi cū fluctus subterlabē sicanos, Doris amara suā .n. in .m. u. Hæc venatrix dr̄ fuisse, q̄ cum fessa se in alpheo ablueret, ab eo adamata est, cū fugēt in fontē mutata ad siciliā ꝑ secretos venit meatus. Alphæū græce ἀλφειός vt αἰνείας æneas μηδεία Medea. Stagnāt, q ad sīlitudinē nili supfundit cāpis. Pachyni ꝓmōtoriū austrū spectās dcm̄ ab aeris crassitudine παχὺς .n. piguis est, & crassus. Camerina palus est iuxta oppidū q̄ cū oī siccata pestilētia creasset. ꝯsuluerūt oraculū, an penitus eā desiccare ꝑstaret. Vetuit. ac illi exiccarūt. & cessauit qdē pestilētia, sed ꝑ ea ingressis hostib⁹ pœnas dedē, Immanisq; gela, vrbs a fluuio dicta. Agragas, mōs est muro cinctus, cuius in sūma pte oppidū ē, vñ ꝛ Cice. ait ad mare intra mœnia aū oppidū expectabat. Refert aūt h poeta ꝯ sua tpa. Nā tpib⁹ Aeneæ palus hæc exsiccata nō fuerat. nec gelas: aut agrigētū ꝯditæ. Dsac frequēter, sꝫ nūc vitiosū. q: ex ꝑsona fac æneæ. Gñator equoꝝ, nā Pidaro teste, hi eq ad agonas græciæ mittebant. Legim⁹ ēt cū i cappadocia eqꝝ greges ꝑisset, adductis oraculo. Apollīs ex agrigēto gregib⁹ meliores repararūt. Palmosa selinis vrbs iuxta lilybeū abūdās, palmis ꝛ apio.

Pātagias q ꝛ vbi

Arethusa q̄ fuerit

Selinis q̄ & vbi locoꝝ

Hinc

Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit, hic pelagi tot tempestatibus actus
Heu genitorem omnis curæ, casusq; leuamen
Amitto Anchisen, hic me pater optime fessum
Deseris, heu tantis nequicquam erepte periclis.
Nec uates Helenus cum multa horrenda moneret
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarum hæc meta uiarum.
Hinc me digressum uestris Deus adpulit oris.
Poeta
Sic pater Aeneas intentis omnibus unus
Fata renarrabat diuum, cursusq; docebat.
Conticuit tandem, factoq; hic fine quieuit.

SERVI.

Drepanu vbi locorum

¶ Drepani ciuitas est non lōge ab eryce, dicta vel propter curuaturam litoris in quo posita est vel quod Saturnus post amputata virilia cœlo patri illuc proiecit falcem, quæ Drepanos dicitur, Quod verisimile putatur propter vicinitatem erycis Veneris consecrati, quæ dicitur nata ex cœli et uore & spuma maris. Illætabilis propter parentis amissionem. Fessum, deseris sic ipse. Cato autem ad Italiam venisse dicit. Vnde em. vi. illud amphibolon est. Quo magis Italia mecum lætere reperta. Nec va. h. quia dixerat prohibent nam cætera parcæ Celæno. quæ vel irata debuit aduersa prædicere, & bona pietate mortem patris grauiorem dicit quam famem, Deus, cōmendat se Didoni dicens ad eam deorum volūtate venisse. Fata di. quæ dij hominibus tribuūt. Renarrabat, re vacat, vt cōfieri possit. Sane in principio secundi duo sunt versus ex persona poetæ, sicut hic tres & similis est finis initio. Conticuit tandem & conticuere omnes. Tandem, diuturnitatem narrandi expressit. Epilogus autem

Epilogus sex librorum

sententiarum more sex istis prioribus libris dedit, quos etiam bioticos voluit esse. Nam singulis res singulas dedit. Primo omnia: secundo pathos, Tertio errores. Quarto ethos. i. mores, Quinto festiuitatem. Sexto scientiam, Epilogos autem sic variauit. vt in primo esset miseratio Didonis. in secūdo mors Creusæ, in tertio Anchisæ, in quarto Didonis, in quīto Palinuri, in sexto immaturum interitum defles Marcelli.

ASCEn.

¶ Hinc drepani &c, Recitat ad finē huius mortē Anchisæ patris quē drepano siciliæ oppido sepeliuerat vn̄ ad Didonē expulsus est, de qua re dicit Donatus sic. Illætabilis expsit plenus mortalitatē, nā si quā aliqua infortūia accidunt, nos in dolores positis locis attribuimus, quasi nobis aliqd miserit ergo hoc drepanitano loco applicat, qd' fato acciderat. Amitto anch. dolet

Donati expositio

pisse in portu, q tot maris picula euasisset, nec dixit mortuū sed deseruisse filiū, Veteres. n. egregios viros non mortuos, sz p cōmutationē locorum trāslatos putaba. Heu tātis, tātus fuit dolor, vt et apud Didonē positus quasi cū eo p̄ite loqueret. Tātis ad gn̄alitatē trāsit ne si specialiter enumeraret, lōgior fieret Dolebat aūt vehemēter, q infinitis casib9 liberatus ad Italiā puenire nō potuisset o[illegible] ergo poeta, quā vim hēat apud filiū incolumitas pris cū dicit ois curæ, casusq; leuamē. Nec, h. cū multa horrēda p̄diceret: nec Celæno cū multa optaret maledicta: ergo nec amicus prædixit nec inimica. Tacuit aūt de tēpestate sicili[illegible], ne bis repeteret: qd' dictū fuerat ab Ilioneo. In tētis oib9 adhuc intētis vt oñderet æneam libēter auditū intēti fuerant, cū icepit, intēti: cū finiret. Oibus oñdit nul'um illic fuisse, q non adhuc desideraret audire. Tandē, ad ipsuz ptinet q casus suos enarrabat in uitus, nam auditores adhuc intenti erant. Hæc ille ¶ Ordo est Portus, & ora illætabil s. i. de qua

Ordo

lætari nequit, Drepani illius oppidi nō lōge ab eryce. nūc celebris pp diuū Albertum carmelitā multa virtute, & miraculis insignē accepit. s. hospitio me, hic. i. hoc tpe: aut loco. Ego amitto hic. i. hoc oppido heu (dolentis interiectio) Anchisen genitorē appositione, leuamē ois curæ, & casus, & hoc tot tēpestatibus pelagi actus. i. trāsactis (Oñdit æneas oibus i locis ex grau i picnlo maris in maius diserimē terræ descēdisse, vñ ēt dictura est sibylla. O tandem magnis pellagi defuncte periclis. Sed terris grauiora manēt, hinc dixit, Seruatū ex vndis strophadū me litora primū excipiunt. Et interea fessos ventus cū sole reliqt, Ignariq; viæ cyclopū allabimur oris, & hic. Hic Drepani me portus, &c. & o optime pr (Apostrophe. i. ad absentez sermonis cōuersio, pathos. i. affectionē indicat, sicut in p̄mo, & te pr optime teuerū, fluctus habet libyæ,) ad Anchisen. s. tu deseris me, hic. i. in hoc loco non concesso a fatis, me fessum. s. tot nauigationum malis, pater inquit erepte heu nequicq; . i. frustra, tantis periculis, Vñ ad eum Helenus, Cura Deum bis pgameis erepte ruinis, vltra quas ēt tot pericula maris euaserat. Nec Helenus vates cum moneret multa horrenda p̄dixit mihi hos luctus nō ēt dira Celæno, harpyia. s. p̄dixit mihi hos luctus. Hic labor extremus, sup. erāt pri, & hæc erat illi meta longarū viarum deus, s. bonus quispiaz appulit uestris oris, id est ad vestras oras, & regiones lybicas. s. me digressum. i. postq digressus eram hinc. i. ex hac regione siciliæ, vnde in primo dictuz est. Vix e conspectu siculæ telluris in altum, vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant, &c. Et hoc dicto cōticuit Aeneas, cuius omnia sunt verba ab eo loco ad principium secundi Infandum regina iubes, &c. Vsq; ad hunc, vbi poeta incipit loqui dicens, Aeneas pater: idest vir venerabilis, renarrabat, idest recensebat sic, idest in talem modum, fata, id est voluntates diuūd esl diuorum de euersione. s. Troiæ, qui adictum est. Postquam res asiæ, Priamiq; euertere gentem, Immeritam visum superis, &c. & docebat cursus. i. nauigationes: errores suos, vnus. i. solus loquens, & omnibus. s. alijs intentis. i. attēdētibus, aut multum tētis, & captis eloquio viri: in quo enim laudatur eloquium Aeneæ laudatur & poeta: q id excogitauit, Aeneas sup. conticuit idest simul cum alijs tacuit: quia statim a principio. cōticuere oēs, intētiq; ora tenebāt. &c. tandē. i. post prolixam narrationem quia multarum rerum, verum vt dicit martialis. Non sunt longa, quibus nihil est, qd' demere possis, Multitudo ergo, & varietas rerum prolixitatem excusat. Donatus aūt id subtiliter exponit referens ad ipsum æneam, q desiderabat finem narrationis, cum & casus, & labores suos enarraret, vnde dixerat, Infandum regina iubes renouare dolorē. Sed Dido, & cæteri tum adhuc intenti erant vnde dixit intentis omnibus. Et æneas quieuit. s. & animo, & ore: q: non erat captus amore, sicut Dido, vnde per

Martialis pulchrum dictum

contrarium subditurus est, At regina graui iamdudū saucia cura, &c. ad quam rem commode ponitur coniunctio at, quæ in diuersis & repugnantibus rebus præcipuum habet locum, vt diligenter obseruat a poeta, ipse ergo conticuit, & quieuit hic i. in hoc dicto de morte Anchisæ, & de profectione ex sicilia in Carthaginem, quam non fuit opus recitare cum iam nota esset Didoni ex oratione Ilionei, & huius operis lectoribus, ac auditoribus ex his, quæ in primo libro dicta sunt, Notum enim est ea, quæ in primo libro recitata sunt, euenisse continuo post ea, quæ vltimo loco in hoc tertio recitauit Aeneas.

ADILON.

Vritur in quarto Dido, flammasq; fatetur.
Modestini iurisconsulti in quartum Aeneidos librum Argumentum.

AT Regina graui Veneris iam carpit' igni.
Consulitur soror Anna, placet succumbere amori.
Fiunt sacra deis, onerant' numina donis.
Itur uenatum, Veneris clam fœdera iungunt.
Facti fama uolat, monitus tunc numine diuum
Aeneas, classemq; fugæ, sociosq; parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari.
Postquam

ASCEn.

¶ Vrit' in quarto. Monostichi hui9 ordo & explanatio ē. Dido s. virago illa: cui elissæ nomē ē, vrit'. s. icēdio amoris: i quarto. s. æneidos libro, & fatet' flāmas. s. amoris & h̄ qdē de monosticho Argumēti aūt plixioris ordo est. At. i. sed hoc est quieuit, q dez æneas, sed regina s. Dido carpit' iā graui igne Veneris. i. amoris Anna soror. s. Didonis. aut elissæ psolui'. s. ab ea. i. ipa expetit ab ea psiliū ibi, Anna soror: &c. placet. s. Didoni, & sorori succumbere amori, vñ dicet', Placido ne ēt pugnabis amori, & sequit', his dictis incēsum animū inflāmauit amore. Sacra fiunt deis ibi. Principio delubra adeunt. &c. & numina scilicet deorum onerant' donis, q: mactant lectas de more bidentes. Itur. s. ab ænea & Didone cum suis, venatum. vñ dicet iuno venatū Aeneas, vnaq; miserrima Dido, In nemus ire parāt, & paulopost It portis iubare exorto delecta iuuētus, &c. & æneas, & Dido iungunt' clam, q: in spelunca, vnde dicet', Speluncam Dido: dux & Troianus eandem, Deueniunt, fœdera, idest commercia veneris. i. coitus, fama facti volat, vt dicetur ibi, Fama malū, &c. Aeneas monitus tunc numine. i. voluntate diuum. s. Iouis per Mercuriū, parabat fugæ & classem: & socios, Dido amās, sensit. s. fugam parari, & conata, sup. est morari. i. detinere ipsum precibus. s. suis, & sororis. Sed postq fata iubēt s. Aeneā obire nec daēt. s. Didoni vlla facultas detinēdi æneæ ipa, q3 p &, h̄ est
tum

tū cōscēdit pyrā.i.struē lignoꝝ incēdēdoꝝ, & dixit nouissima v ba dein ensē a s.se in mucronē æneæ & ipa infelix fudit vitā cū multo sanguine, vitā dicit, id est aiam, cuius sanguis sedes putatur, vnde dicef insine biuus. Atq3 in vētos vita recessit.

Postq̄ fata iubent, nec iam datur ulla facultas.
Conscenditq3 pyram, dixitq3 nouissima uerba.
Et uitam infelix multo cum sanguine fudit.



P. Verg. Maronis Aeneidos. Liber IIII.

At Regina graui iandudum sau cia cura.
Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.
Multa uiri uirtus animo, multusq3 recursat
Gentis honos, hærent infixi pectore uultus.
Verbaq3, nec placidam membris dat cura quietem.

ASCEN. At regina graui, &c. In hoc quarto libro . q̄sita occasione describit poeta vim amoris: q virū pietate grauē, & fataliter in regnū italiæ destinatū potuit in muliebrib⁹ cōplexib⁹ retinere: & reginā alioq grauē, & cōstatē ī patiētia ad sui necē impellere. Id aūt facit prudēs: & cōmodus poeta, quo mortales aios ab amoꝝ illecebris auertat. cū nemo sit a veneris laq̄is tut⁹, nisi q̄ oē obiectū ꝑcul habuerit, & carnis luxū domuerit, Cum ergo in toto opē tuz & poeta, & delectat, & prodest pl'imū: nā simul, & iucūda, & idōea dicere vitæ instituit. vsq3 adeo aūt iucūda est huius libri lectio vt diuus Augustinus sese ad lachrymas cōpulsū Didōis q̄rela cōsiteat. Nihil n. prætermissum est, qđ ad amātis miseræ officiū ptineat. Idq3 seruato ætatū cū libris ordine facit poeta: Nā in p̄mo libro infantiā describit quæ varijs ꝓcellis iactaf. nihilq3 certi habet. In scdo pueritiā, q̄ aut extermimo, aut pedagogoꝝ ferulis subigit. In tertio adolescētiā, cuius viaz sese penitus nescire fatef sapiētissimus Salomon: vñ recte æneæ cōtinet errores. In quarto iuuētam, quæ amoribus implicaf. In quinto virilitatē: quæ honori, ad quē res militaris ludis exercita cōducit potissimū inseruit. In sexto senū ad manes rēdēs & futura ꝓuidētiās. Post quod tristia sunt cū carne decrepita bella, q̄ in sequētibus opibus explicanf. Sed ne diu ius q̄z par sit philosophemur, hæc plibasse sat est. Donati in hāc partem verba sunt hæc. At regina. Enarratis oibus ad getē secessit Aeneas. Dido aūt intollerabili cura mota recordañō eloquens, & secreto incendio torrebaf. Multa viri. v. erāt n. & corporis, q̄ multos labores ptulerat. Erāt aī, q erat deoꝝ cultor Amator p̄riæ, parētis. vxoris. Qua pp ēt sublato amore cōflato a cupidine, cur nō amaret virū bonū, fortisq3 p̄statē, bello strenuū, in pace religiosum, necessariū sibi viduæ destitutæ cōdētis ciuitatē, necnō ꝯ pygmalionē. Forma aūt corporis cæteris ai virtutibus afferebat decus Accedeb it nobilitas gñis. Erat. n. veneris filius. Cupidinis frater nepos iouis. Infixi, infixa ea dicunt quæ facile auelli non possunt, & hæret quod nō pōt reparari, Vultus ad corporis laudē. Verba aūt ad aium referas. Quietē diuersa

Donati expositio

Infixa q̄

At regina graui iādudū saucia cura. Apoloni⁹ argonautica scripsit, vbi īducit amatē Medeā, ide ior⁹ h liber transtatus est de tertio Apollonij, Est aūt pene totus ī affectiōe. lȝ in fine pathos heat: vbi abscessus Aeneæ gignit dolore. Sane totus ē in ɔsilijs, & subtilitatib⁹. Nā pene comicus stilus est: nec miꝝ, vbi de amore tractaf. Iūctus quoq3 supioꝛib⁹ est. qō artis eē vī, vt freq̄nter dixim⁹ Nā ex abrupto viciosus est trāsit⁹, lȝ stulte q̄dā dicāt, hūc tertio nō eē cōiūctū, in il o. n. nauigationū picula. ī h amores exequit, nō videtes optimā cōiūctione. Cū. n. tertiū sic clauserit. Factoq3 hic fine quieuit: subsecutus est. At regina graui iādudū saucia cura ātē paulo post. Nec placidā mēbris dat cura qetē, nā cū Aeneā geuisse dixerit, satis cōgrue subiūxit, vt somno amās careret. Iādudū aut nimiū, vt Terē. Iamdudū te amat, Iamdudū illi facile sit, quod voleat, aut iādudū a quo tēpore vidit Aeneā. Legimus enim. Obstupuit p̄mo aspectu sidonia Dido. Saucia, hic subiungit, Vulnus alit, & bene alludit ad cupidinis tela, vt paulo post ad faculam, Et cæco carpitur igni, nam sagittarum vulnus est facis incēdium, Cura, amore, ab eo, quod cor vrat, vt veneris iustissima cura, item, mea maxima cura. Venis quia per venas

Poeta

SERVI.

Iādudū q̄d notet

per venas amor currit, sicut venenum, inde dictū, Fallitq; veneno. Item, longūq; bibebat amorem. Caeco carpitur igni agit Verg. vt mutētas frangat declamationes vt hoc loco, rem dixit sine declamatione, Ouidi. Quoq; magis tegitur, tanto magis aestuat ignis. Caeco igni .i. validiore, cuius haec natura est, vt cōpressus magis cōualescat. Multa viri virtus animo: bene mediam se facit pbere Didonē inter regalē pudorē, & amoris impulsum. Simulat enī se virtutē mirari. Cuius pulchritudine mouebatur. Multa autē virtus, figurate dixit, nā ad numerum transtulit, qd' est quātitatis. Recursat, bene frequētatiuo vsus est verbo in frequēti amantis cogitatione. Gentis, nō Aeneae, vt sit velut excusatio, sed dardani a numinibus: aut veneris. Infixi. p. v. verbaq;. Tale & illud est, illum absens absentē auditq; videtq;. Nec placidā. m. d. c. q. aut penitus quiete caruit: vt placida, epitheton quietis sit, aut habuit quidē, quietē sed non placidam, idest turbatam in somnijs, vnde ipsa paulo post Quae me suspensam insomnia terrent.

vniuersa res est somnus & amor. Ergo Aeneas quiescebat, Dido ingēta erat. haec ille. Ordo ē cōdepēdēs cū superiorib⁹ sic. Quieuit quidē facto fine Aeneas. At .i. sed regina .s. Dido, saucia .i. vulnerata iādudū .i. ab eo tpe, quo hospitio susceptus ē aeneas & cupido loco ascanij, graui cura .s. amoris, q̃ cura cōcurrit. alit .i. nutrit .s. meditādo, & cogitādo secū: & reuoluēdo v̄ba, & vultus viri, vulnus .s. amoris iaculis cupidineis infixū, & capitur caeco igni .s. amoris, q excaecat, & caecus dr ab effectu. Sed q̃rit q̃uo vulnus alat venis regina alioqui grauis, Nēpe q: multa, virtus viri .s. Aeneae & multus honos gētis .s. Troianae Aeneae subditae: vñ dñi deprehēdit honestas (Nā facile est semel simulare honestatē, at subditi nō instituunt honesti, nisi longa exercitatione, quocirca citius ex subditis q̃ ex pposito dephēdit bonestatis indiciū) recursat .i. frequēter reuoluit aio (sed mire dixit recursat, quasi ipsae cogitatiōes visae ingerant, & libere recurrāt nō ai aduertēte, aut repugnante ēt quodāmodo Aenea Nā id amātibus accidit, vt dū ocio dati qetē quaerunt, irrepāt amoris stimuli: animūq; torqueāt, ēt inuitū, nō tñ vincāt, nisi

vinci se pmiserit) sed q̃uo recursat, q: vultus .s. viri haerēt infixi pectore .i. fixi ī pectore (gra ppositiōis ablatiuū regitque tamē vulgo in datiuū vertimus dicētes infixi pectori) & verba sup. haerēt infixa pectore. Nec cura .i. sollicitudo amoris (q: res est solliciti plena timoris amor) dat mēbris qetē placidā, qd' epithetū potius exclusiuū cēseā q̃ gñale, hoc est dixero ideo adiectū, q: mēbra qdē nōnullā habuerūt quietē, sed nō placidā: q: animus sollicitus erat, & licet omnis qes sit placida, tñ quies mēbrorū licet sit membris placida, cum reficiantur, tamen non est simpliciter placida: quia sepe animum plus et vicistu q̃ si membra defatigentur. vnde est. Ocia si tollas periere cupidinis arcus siue artes (vtrunq; enim legitur apud Ouidium) dat ergo quietē .i. repositionē mēbris, sed nō placidā, quia cura recursat animo.

Postera Phoebea lustrabat lampade terras.
Humentemq; aurora polo dimouerat umbram.
Cum sic unanimé alloquitur male sana sororem.

Dido

Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent?
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
Quem sese ore ferens? q̃ forti pectore, & armis?
Credo equidem (nec uana fides) genus esse Deorum.
Degeneres animos timor arguit, heu quibus ille
Iactatus fatis? quae bella exhausta canebat?
Si mihi non animo fixum, immotumq; sederet.
Ne cui me uinclo uellem sociare iugali,
Postq̃ primus amor deceptam morte fefellit.
Si non pertesum thalami, tedaeq; fuisset.
Huic uni forsan potui succumbere culpae.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichaei
Coniugis, & sparsos fraterna caede penates.
Solus hic inflexit sensus, animumq; labantem
Impulit, agnosco ueteris uestigia flammae.
Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat.
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbrās.
Pallentes umbras herebi, noctemq; profundam.
Ante pudor q̃ te uiolo, aut tua iura resoluo.
Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores
Abstulit, ille habeat secum, seruetq; sepulchro

SERVI.

Postera phoebea Lu. l. t. Circūlocutio orientis diei, Scd̃s. n. a tertiū librū aeneas op noctē i cōuiuijs Didōis narrauerat, lz: vt sup dixim⁹ Vir, ista q̃ p nāz necē ē fieri. plerūq; cōtēnat: Lustrabat, aut illustrabat. Aut reuera lustrabat .i. purgabat. Nā nox q̃dāmō polluit mūdū. Humētē vmbrā, q: oīs nox hūida ē: vt noctis [illegible] nō descubūor. Et nibil interest vtrū vmbrā, an noctē dicat. Nox, n. vmbra terrae ē, vt sup, inuoluēs vmbra magna, terrāq;, poluq;. Est ei hysterō pterō in sensu. Aurora. n. pcessit solē. Cū sic. v. De re pudēda locutura pār uerat sororē eligē, nisi ēt vnanimē. Dicim⁹ aūt vnanim⁹, & vnanimis, sicut inerm⁹, & inermis. Male sana, nō plene sana .i. amore viciata. Male. n. plerūq; nō, plerūq; nimis sigt. sic vē, vt vecors vesan⁹, q̃q̃ male pniciose sigt, Luc. Sic male deseruit. Insomnia terrēt. & terret: & terrēt legimus, Nā est haec isomnia insomniae vigilia, & h insomniū insomnij id qd' p somnū apparet, vt Falsa ad coelum mittūt insomnia manes. Nā insomnia in singulari. Pacuuius & Ennius frequēter dixerūt, Plin. tamen de vsu remouet. sed ambiguitatē lectionis haec restacit, q: non ex aperto vigilasse se dixit: sed habuisse quietem implacitam, idest somnijs interruptā. Ergo & in somnijs territa, & pp terrorē vigilias passa est Nouus, magnus, vt, Pollio & ipse facit noua carmina. Successit sedibus, vt succedoq; oneri: & succedunt tecto. Quem sese o. f, vt Obstupuit primo aspectu sidonia Dido, Fort. p. Hoc ab Ilioneo audier. t, & fortitudinis commemoratione excusat pulchritudinis

Nox qd sit

Male qd notet

¶ Fervere late, infinitivus hic est a tertia coniugatione .i. fervo fervis: nam secundae coniugationis verba producto e, quod habent ante o in tertiam migrant, ut ferveo fervo, fulgeo fulgo, hinc est. Fervere leucatem, auroque effulgere fluctus, sic Hor. Vade. vale, cave, ne titubes, mandataque frangas. Nam cave de longa est: nec vocalis sequitur, ut in buc. Vale. vale inquit Iola, sed dicemus a tertia coniugatione esse imperativum, ut cavo cavis, hinc est Catullus, cave dixit. Arcae nam in arcibus tutelae causa habitarunt reges. Denique Vale. publicola cum in aesquiliis loco alto haberet aedes, invidiae causa illas diruit, & in plano aedificavit Item Augustus post actiacum bellum palatium ex suo precepto aedificatum: cum esset domus privata, reip. donavit. Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis, Exclamatio contra amorem, & hoc autem Hor. Hoc amet hoc spernat promissi carminis author, quod de ordine artificiali, & naturali ibi dictum sit. Tale & illud, Auri sacra fames. nam illic amoris est increpatio, quod hic plus omnium generalis est rerum Hinc Eriphile apud inferos inter amantes numeratur, quod monile concupierat. Ire in lachrymas. amoris improbitas quod lachrymis cogit rogare dudum superbam, Precando, ut & cantando breviatur naturaliter hoc modo. Terentianus, ut vitae dubius varios renovando dolores. Plerunque tamen a Verg. producitur, ut cantando tu illum. Item cantando rumpitur anguis. Amori. q. d. & non Aeneae, vel Aeneam amorem vocavit. Ne quid inexpertum, non sperabat impetrare. sed ne quid sibi imputaret si non rogasset & frustra ex persona poetae dictum est sic. Salu. Falso queritur de natura sui genus humanum ut Hora. supra hoc amet, hoc spernat. pro c. au. Litora circum .i. circum litora. sed praepositio postposita mutavit accentum, & perdidit vires. Properari impersonale est. Laeti, minime timentes, Sperare .i. timere & est acyrologia. Dicit autem si scirem abiturum Aeneam, non tamen diligerem. Si non dilexissem nunc dolerem, potui, pro potuissem, & sic est dictum, ut omnia perceperat atque animo mecum ante peregi. Ac si diceret nihil mihi novum contingeret, Mihi, pro me exequere. Colere, pro colebat. Molles, faciles ut Et quae mollissima fandi. Tempora: Hectem sunt. postquam denegaverat Carthagini se mansurum. Aulide, aulis portus, in quo coniurarunt graeci non ante reversuros quam Troia caperetur. Aulide autem, vel in aulide, vel pro aulidi. Cineres re. quod ex oraculo dicitur fecisse Diomedes, & secum eius ossa portasse, quae postea reddidit, cum multa adversa perferret hinc, Salvete recepti nequicquam cineres. Hoc autem Var. Cato autem, quod in Italiam venit anchises. Revelli, non revulsi, vulsus autem & revulsus usurpatum est tamen in participiis contra naturam Quo ruit, sine aspectu salutis. Nam quod peto. ipsi etiam prodest. Ferentes, bene flantes, propitios. Prodidit, decepit, & recte. Nam ad diruptionem coniugii immutata voluntas sufficit. Pulchro quod illi pulchrum videtur sic dictum: & illud, O tantum libeat mecum tibi sordida rura .i. quae tibi sic videntur. Inane, sine officio coeundi nam sine beneficio non procedit, cum spacium petit, & requiem. Mea .i. adversa urbe Troiana tenus. f. f. Ex eo statu, in quo est fortunam dixit Doceat dolere, illud est quia non habet in adversis patientia, nisi qui dolere consuevit. Petit ergo sibi praestari tempus, per quod discat adversa perferre. Veniam, beneficium, ut Orantes. venia Miserere sororis gratis tamen regit. Quam mihi cum .i. quod beneficium cum mihi cumulatum dederis, sola morte relinquam, & hic intellectus est melior quamquam mihi cum dederis, cumulatam. Quam lectionem Tucca & Varus probant, nam male quidam legunt. Quam mihi cum dederit .i. Aeneas cumulata. m. r. & intelligunt acceptum ab eo beneficium morte cumulabo, & sic relinquam, ut amantes dicere solent. ut Aerei specula de montis in altum, Deferar, extremum hoc munus morientis habeto. Nam si illam oderit. eius morte laetabitur sed non procedit. Nemo. n. dicit veniam cumulata, sed cumulatam.

Talibus orabat, talesque miserrima fletus
Fertque, refertque soror, sed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit.
Fata obstant. placidasque viri deus obstruit aures.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreae nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor. & alte
Consternunt terram concusso stipite frondes
Ipsa haeret scopulis, & quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in Tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc, atque hinc vocibus heros

Tunditur

Sperare quid sit

Oro & peto sinonyma

ASCEN.

Ordo

SERVI.

Augusti astutia

Praepositionis postpositae effectus

Aulis quid sit

Poeta

Tunditur, & magno præsentit pectore curas.
Mens immota manet, lachrymæ uoluuntur inanes.
Tum uero infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat, tædet cœli conuexa tueri.
Quo magis inceptum peragat, lucemq; relinquat.
Vidit Thuricremis cum dona imponeret aris.
Horrendum dictu latices nigrescere sacros.
Fusaq; in obscœnum se uertere uina cruorem.
Hoc uisum nulli, non ipsi effata sorori.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat.
Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum.
Hinc exaudiri uoces, & uerba uocantis
Visa uiri, nox cum terras obscura teneret.
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere uoces.
Multaq; præterea uatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant, agit ipse furentem
Insomnis ferus Aeneas, semperq; relinqui
Sola sibi, semper longam incomitata uidetur
Ire uiam, & Tyrios deserta quærere terra.
Eumenidum ueluti demens uidet agmina Pentheus,
Et solem geminum, & duplices ostendere Thebas.
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris
Cum fugit, ultricesq; sedent in limine diræ.

SERVI.

¶Fert, refert. nõ ab ænea, q nihil dicit, sz a Didõe fert, & refert .i. iterũ portat. Deus Iupiter. Alpini: lingua gallorũ alpes alti mõtes vocant. Hic, & illinc, vt æneas ab Anna, & Didone. Istri. ad æneæ dolorẽ ptinet. vñ & magnas psentit pectore curas. Al te iugiter, diu. Cõsternũt, íplent, vt Strata iacẽt passim. s. q. sub arbore po. Frõdes, vt lachrymæ æneæ. Hæret. vt ille in ꝯsilio p seuerat. Tãtũ, dicũt physici parẽ esse radicũ & arborũ altitudi nẽ. Tũ, post descriptiones. Exterrita: ꝑcipitata, turbata. Orat, desiderat, vel q ꝯsecrata nõ poterat mori, nisi a cõsecratione solueret. Thuricremis. cremãtibus thura. Visum, qđ viderat, Antiq, ꝑoris: aut cari. Miro. ho. exhibẽdo ea, q̃ circa viros ex hiberi solẽt. Nubẽtes.n. simul venissent ad limẽ mariti, postes añq̃ ingrederent, ornabãt laneis vittis vñ aut. Velleribꝰ niueis, & oleo vngebãt. vñ vxores q̃si vnxores dicebant. Festa diuina, veluti numẽ colerẽt. Tãgit aũt latẽter historiã, quã supra dixi. Nã si amasset æneã, nõ coleret extinctũ maritũ. Nox cũ te. vert similitudo. Sola. abutit genere, nã masculinũ est Luca. Et lætæ tur ant aues bubone sinistro, & Ou. Infandus bubo, sz Vergi. mutauit referẽs ad auẽ. Sæpe enĩ mutamus genus referẽtes ad generalitatẽ, vt si dicamus, bona turdus, referẽdo ad auẽ, ut ꝑ ma est a, referendo ad literã, cũ a sit neutri generis. Ferali carmĩe, nã nõ est mali ominis semp bubo, sz cũ canit. Cãtu.n. gemitũ imitat & fletũ. Tacẽs ondit felicitatẽ. Oẽs.n. aues osci nes bõæ, ꝑpetes malæ sunt: & ꝯ. Priorũ & ꝑorũ legit: sz illud spe ctat, Heu vatũ ignaræ. m. Insomnis. ꝑ insomnys. i. vigilys, & declinat hæc insomnia insomniæ Sempq; o. oẽs noctes naui gare videbat æneas, q̃si eã semp desereret. Incomitata. qđ fera le. i. mortiferũ omẽ est, & ꝑcipue regi, Agmina vel ĩpetus: vel agmina serpentũ. Pẽtheus sz Pacuuy tragœdiã furuit ẽt ipse Agitatus, q multæ de eo scriptæ sunt tragœdiæ, q̃si frequẽter actus, & q furys pcitus est, Armatã ma. cãm furoris oñdit. Se dẽt, a Pacuuio Orestes inducit Pyladis admonitu ꝑpter vitã das furias ingressus Apollinis templum, & cum inde vellet ex ire, inuadebatur a furys. Hinc ergo est. sedent in limine diræ.

Antiqua/rũ nubentiũ ritus

Pentheĩ furor

.i. aliquãdo hinc. i. ab hac parte. nũc. i. aliãs illinc. i. ab illa par te, quercũ annosam. i. multorũ annorũ, hoc est veterẽ robore. i. trũco, valido. i. habentẽ trũcũ validũ: & potentẽ, stridor. s. vẽ torũ in frondibus: it. i. diffundit, & frõdes altæ. i. supiores. aut si est aduerbiũ, frondes ꝯsternũt alte, stipite ꝯcusso. i. postq̃ sti pes. i. trũcus est ꝯcussus, & agitatus vi ventorũ ꝯsternũt. i. co operiũt. s. seipsis terras vicinas, videlicet, Ipsa aũt. s. annosa quercus hæret. i. inhæret, aut adhæret, scopulis. i. saxis illic ꝓ tinentibus: inter q̃ radices iecit, & quantũ ipsa tendit vertice .i. cacumine suo ad auras æthereas. i. cœlestes, hoc est ad cœ lũ, tantũ tendit in tartara. i. ad profunda inferni, radice. i. ꝑ ra dicẽ, Heros. s. æneas heroica virtute ꝑditus tundit. i. cotiditũ haud. i. nõ secus. i. aliter. s. q̃ illa quercus tunditur, dicit assi duis vocibus. i. verbis, a verberãdo dictis, hinc atq; hinc. i. vtrinq;, nunc ab Anna, nunc a Didone, & persentit. i. pfecte sentit, magno. i. magnanimo, & constanti pectore: curas. i. sol licitudines amoris, & miserationis, Mẽs sup. eius. i. rõ, manet immota. s. a firmo ꝓposito deo obediendi, sed sup. lachrymæ voluunt. i. ꝑcipitant, inanes. i. frustra. ab ipsa. vt dicũt sensua litate extortæ, q nõ poterant mentẽ a statione sua depellere. Tũ vero. i. sed tũ maxime, aut ad verũ, Dido exterrita fatis. i. portentis fatalibus, hoc est mortẽ portendentibus, orat. i. ap petit mortẽ. s. malorũ remediũ, q mora vltima linea rerũ est, tæ det. i. tædio afficit eã tueri. i. inspicere, conuexa cœli quo. i. iõz vt peragat. i. perficiat magis inceptũ, idest qđ inceperat, saltẽ aĩo q; pro. i. relinquat lucẽ. s. vitalẽ, q cœlũ aspicimus vidẽdi desiderio. Cũ. i. qñ ipsa imponeret aris thuricremis. i. thura in censum cremantibus, dona. i. sacrificia: aut oblata, ipsa vidit latices: i. fontes, aut vina. sacros. i. sacrificio adhibitos. nigre scere. i. nigros fieri ab intrinseco, horrendum dictu. i. q̃ res est horrenda, dũ dicitur, aut ad dicendũ, q; , ꝓ. i. si latices accepit pro vino, aut q;, pro & si accepit pro fontibus, vidit vina. s. ef fusa super sacrificiũ, vertere se in cruorẽ obscœnũ. i. fœdũ, & immundũ. Nulli. i. nõ vlli, ipsa non est effata. i. elocuta vlli. i. alicui, hoc visum. i. hanc visionẽ aut qđ viderat, non sup. etiã ipsi sorori. s. Annæ. Sed q̃ras, qũo ergo poeta nouit: sed mul tiplex est solutio. Nã id sacerdotes post mortẽ eius reuelare po tuerunt, & annalibus ascribere: vñ id nouit poeta, aut musa, quã in principio inuocarat, id inspirante didicit, aut alia q̃uis via, Non.n. continuo sequitur. Non dixit Dido ergo occultum mansit. cũ non sola sacrificaret, Præterea. i. ꝑter hoc portẽtũ contigit aliud, nam fuit templũ de marmore. i. marmoreũ in tectis. i. in ipsa regia, templũ dicit: coniugis antiq. i. prioris, & chari. s. Sichæi, qđ ipsa colebat. s. ante aduẽtũ æneæ: aut etiã postea, cũ nondũ celebrarit nuptias, miro honore. i. mirũ in modũ honorifice, existẽs reuinctũ. i. tectũ. atq; iterũ vinctum: seu cinctũ, velleribus niueis. i. vittis laneis fm. Ser. aut in qui bus dormiebant responsa petẽtes, & fronde festa. i. diuina: aut festiua, & ad festiuitatẽ ptinẽte. Voces, & verba viri. i. mariti vo cantis. s. Didonem, visa sup. sunt. exaudiri hinc, idest ex hoc templo, sup. tunc, cum, idest qñ nox obscura teneret: idest oc cuparet terras. & bubo. i. auis illa lucifuga, sup. visa est sæpe q̃ri, idest conqueri, carmine ferali, idest mortifero, aut feram, idest mortem indicante: culminibus, idest in sublimitatibus templi, & visa est ducere longas. i. diuturnas voces in fletum. Præterea multa prædicta priorum vatum, qui, scilicet in prin cipio dehortati sunt eam a talibus nuptys, sed frustra. vnde ad principium huius dictum est. Heu vatum ignaræ mentes, &c. horrificant. i. horrorẽ faciunt, & terrificant: terribili moni tu, ipse æneas ferus. s. fm opinionem Didonis, natu summe pius erat: hoc est qui videbatur Didoni ferus cũ summe pius esset, q deo plus q̃ amoribus obedire summa pietas est, agit insomnis. i. ꝑ insomnia, & fantasmata, furentẽ. s. Didonem, & & ipsa videtur sibi semper relinqui sola, qđ mortis inditium putant, & videtur sibi ire incomitata, idest sine comitatu, viam longam, quod etiam indicium est viæ: vnde non patet redi tus, fm naturã: & quærere tyrios, scilicet comites suos, sup. in terra deserta, vbi & ipsa a suis destituta fuerit. Veluti. i. quẽ admodum Pentheus, rex ille Thebarum, qui agaue matri sa cris bacchi. i. vino interdixit, & ob id in furorem actus dicitur & fm Horatium & Persium. postea a furente matre interem ptus est. videt existens demens. i. furore captus, agmina eumenidum. i. furiarũ, & videt solem se ostendere geminum q ebrys, & furore captis singulæ res geminæ videntur, & videt Thebas. i. vrbem illam ostendere se duplices, aut veluti Orestes Agamẽ nonius. i. agamẽnonis filius agitatus. i. frequenter actus, & ludo theatrali exhibitus scenis. s. tragicis, hoc est in tragœdys ab eo factis. vnde est illud Iuue. Plena iam margine libri. Scriptus, & in tergo, nec dum finitus Orestes fugit matrem. s. Clytemne stram, quam cum ægistho adultero ꝑpter necem patris occiderat, armatam, idest instructam facibus, & serpentibus atris, ta lis enim illa visa est in somnys, vnde furore correptus est, & diræ: idest furiæ, vltrices. s. necis maternæ sedent in limine templi .s. Apollinis, quod ingredi non audebat, quia videbatur sibi furias videre, vt Seruius recitat, In quẽ, quis dicit oleo iungi vxo res dicit Beroaldus sic. Dissentit ab opinione Seruy Plynius, q scribit in. xxix. nouas nuptas non oleo, sed adipe suillo solitas fuisse postes maritorum intrantes attingere. Masurius vero tradit palmas lupino adipi antiquos dedisse, ideoq; nouas nu ptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Donatus quoq; refert vxores dici ab vnguendis po stibus. q cum puellæ nuberent, maritorum postes vngebant, sed quo vnguento, siue adipe vterentur, non memorauit.

Verbum vñ dictus

Antiquorum stultitia

Beroaldi expositio



ASCEn.

ℭ Ergo vbi pcepit, &c. Docet quō Dido postq̄ decreuerat se ipsam interimere, magicis artibus simulabat velle amores abolere, aut amatorio æneā ad se allicere, freta auxilio sacerdotis eius rei peritæ, cū & maiora polliceat, & effecisse dicat, q̄ fictio ne oīa, q̄ sibi ad necē necessaria putabat, cōparabat ministerio sororis, q̄ ea ad sacrificia pferre putabat. Sed neq; ad hūc locū q̄cq̄ extat Donati. Ordo igit est. Ergo vbi Dido euicta .i. supata dolore, pcepit furias .i. furorē, & decreuit mori, ipsa exigit .i. exacte disquirit, & pensitat secū, tēpus .i. opportunitatē, & modū, & ipsa aggressa dictis .i. sermone, q̄ sequtur, sororē .f. annā mœstā, q̄ æneā. quē pcilauerat, reconciliare nequibat, tegit .i. occulit vultu ɔsiliū .i. decretū suū, & serenat fronte .i. fronte serena præ se fert spē .f. remedij, aut salutis, verba aūt q̄bus aggressa ē, sunt hæc. O germana .i. soror q̄si ex vno germine mecū nata, gratare .i. pgratulare sorori, q̄ ego inueni viā .i. modū, & rationē q̄ reddat mihi eū .f. q caput mali nostri est, vel quæ soluat me amantē eo .i. ab eo. Duplex enim est remediū amoris, aut potiri, aut solui. Via aūt est hæc. Locus est (de more hoc habet Verg. vt prius locū describat q̄ q̄ in eo ɔtingerint) vltimus .i. remotissimus æthiopū .i. in æthiopia Mauritaniæ iuxta finē oceani .i. vbi ad oceanū peruenit in fine mūdi huius, q̄ p .i. iuxta solē cadētē .i. occidētē, vbi .i. in quo loco Atlas maximus .i. q in mauritania est torq̄t .i. sustinet, & inuoluit humero .f. suo s̄m iudiciū rusticoꝝ, aut fictionē poetaꝝ. axē .i. polum aptū .i.

Ordo

Amoris remediū duplex

Ergo ubi concepit furias euicta dolore.
Decreuitq; mori, tempus secum ipsa, modumq;
Exigit, & mœstam dictis aggressa sororem.
Consilium uultu tegit, ac spem fronte serenat.
Inueni germana uiam, gratare sorori. Dido.
Quæ mihi reddat eum, uel eo me soluat amantem.
Oceani finem iuxta, solemq; cadentem
Vltimus Aethiopum locus est, ubi maxi[illegible]as Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.
Hesperidum templi custos, epulasq; draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos.
Spargens humida mella, soporiferumq; papauer.
Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas uelit, ast aliis duras immittere curas.
Sistere aquam fluuiis, & uertere sydera retro.
Nocturnosq; ciet manes, mugire uidebis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Testo:

Testor cara Deos, & te germana, tuumq;
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.
Tu secreta pyram tecto interiore sub auras
Erige, & arma uiri thalamo quae fixa reliquit
Impius, exuuiasq; omnes, lectumq; iugalem
Quo perii, super imponas, abolere nefandi
Cuncta uiri monumenta iubet, monstratq; sacerdos.

Poeta

Haec effata silet, pallor simul occupat ora.
Non tamen Anna nouis praetexere funera sacris
Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet q̃ morte Sichaei.
Ergo iussa parat.
At regina pyra penetrali in sede sub auras
Erecta, ingenti taedis, atq; ilice secta.
Intenditq; locum sertis, & fronde coronat
Funerea, super exuuias, ensemq; relictum.
Effigiemq; thoro locat haud ignara futuri.
Stant arae circum, & crines effusa sacerdos
Tercentum tonat ore deos, Herebumq;, Chaosq;.
Tergeminamq; Hecaten, tria Virginis ora Dianae.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.
Falcibus & messae ad lunam quaeruntur ahenis
Pubentes herbae nigri cum lacte ueneni.
Quaeritur & nascentis equi de fronte reuulsus.
Et matri praereptus amor.
Ipsa mola, manibusq; piis altaria iuxta
Vnum exuta pedem uinclis in ueste recincta
Testatur moritura deos, & conscia fati
Sydera, tum si quod non aequo foedere amantes
Curae numen habet, iustumq;, memorq; precatur.

SERVI. ¶ Gratare, gratulare: suscipe gaudiũ ꝓ sorore. Dicim⁹.n. grator tibi honore. Eũ aeneã, quẽ vt notũ noluit dicere, q̃si eius fastidio nomẽ abhorreat. Oceani finẽ, nemo nouit oceani finẽ sꝫ ꝑ principio põit, aliũ desumpto initio. Aethiopũ, duae sũt aethiopiae. Vna circa ortũ solis, altera circa occasũ in mauritãia, quã nũc dicit. Dicta est aethiopia a colore populoꝝ, quos solis vicinitas torret. Atlas, nullũ nomẽ graecũ in ns terminabat. Torquet, sustinet. Aptũ, ꝯiunctũ, ab eo, qđ est [Greek] non aũt insignitũ stellis, axis nõ enĩ habet stellas, ꝗ est medius inter septẽtriones, vñ eos occidere axis vicinitas facit, nõ q̃ in axe sunt. Mõstrata ꝑdicta, q̃ ẽ oriũda massylia, aq̃ nõ lõge ab sunt horti hesperidũ, sacerdos. nũc venit de locis, q̃ sunt circa atlãtẽ. Nã alr̃ nõ ꝓcedit. Massylia.n. mediterranea est ciuitas beronicae libyae, vñ haud lõge horti hesperidũ sunt. Atlas vero, vt diximus, in mauritania ẽ. Hesperides atlãtis filiae nymphae hortũ ſm fabulas habuerũt, in quo erãt aurea mala Veneri cõsecrata, q̃ Hercules missus ab Euristeo argiuoꝝ rege occiso ꝑuigili dracõe sustulit. Reuera fuerũt nobiles puellae, quaꝝ greges abegit. Hercules, occiso eoꝝ custode. Vñ fingit mala sustulisse. i. oues. Nã graece [Greek], & mala, & oues significãt. Vnde [Greek] ouiũ pastor. Soporiferũ, quõ soporiferũ, vt vigilaret, sꝫ diximus variã vim ꝑbere victũ varijs aĩalib⁹, nã salices boibus amarae sunt, dulces capellis, vñ salices carpetis amaras. s. boibus. Itẽ cicutae ſm Lucre. boibus sunt venenosae, & pigues reddũt capellas, ⁊ sic forsitan papauer: qđ dat boibus somnũ, adimit serpẽtibus, vel cõstrue, vt seruabat in arbore ramos, plenũ sit, deĩde seq̃ntur, haec se ꝓmittit carminib⁹ curas soluere, spargẽs humida mella, soporiferũq; papauer. i. miscẽs, vt Cic. Spargere venena dixicerũt, nec incongrue ad amaritudinẽ amoris mel adhibet, & ad obliuione papauer. Sistere aquã fluuijs, si haec poterit, mlt̃o magis poterit Aeneã ab amore reuocare. Mugire videbis, videbit qs, vt mugrãtes cernas. Testor. c. d. q̃ cũ multa sacra Romãi susciperẽt, magica semp dãnarũt. Accingier, addit er metricã, ⁊ i q̃ in vltima lõga erat breuiat: secreta sine arbitris, ⁊ est bona elocutio r̃ loci vel tẽporis ad ꝑsonã trãsferre: vt nocturnus venit secretus secit pyrã: sub specie sacrificij ꝑparabat mortis exequias. Arma gladiũ, abusiue, arma ꝓprie sunt: q̃ armos tegũt. Impius, q gladiũ furẽti reliquit ex Home. est qui gladiũ Aiaci datũ ab hectore, & Hectori baltheũ ab Aiace refert, ⁊ hic de baltheo tractãs est illo gladio int ubuit. Exuuias, vestẽ. Aeneae, quẽ hostẽ dixerat

Aethiopia q̃ ⁊ vñ

Hespides q̃ fuerit

Arma q̃ sint

aptũ. i. ꝯiunctũ, stellis ardẽtib⁹. i. resplẽdẽtibus. Sacerdos gẽtis massylae, est mihi mõstrata hic. i. ab hoc loco. i. ab huius loci incolis, existẽs custos tẽpli hesperidũ, hoc est eius, qđ in hortis hesperidũ est, q̃ ꝑ, ⁊ ea, sup. q̃ dabat dracõi. s. ꝑuigili, q poma aurea hesperidũ ꝯseruabat priusq̃ ab Hercule occisus erat: & q̃ seruabat, ramos sacros, q̃ aurea terẽtes mala, seruabat aũt ꝯseruãdo dracoñe, quẽ ꝯseruabat spargẽs mella humida, & papauer soporiferũ. i. gignũ soporis in alijs, ⁊ ita ꝯseruatiuũ cerebri: & humoꝝ dracõis, q ꝑdurare nõ potuisset i tãta vigilia, nisi humidũ radicale melle humido fotũ fuisset, ⁊ cerebrũ papauere soporifero, q̃uis nõ dormiuerit, haec. s. sacerdos, ꝑmittit. i. pollicetur, se soluere. s. ab amore. i. q̃ ipsa soluat, (nõ erat necessariũ ponere se q̃ ad vnã ꝑsonã spectãt (carminib⁹. s. magicis, hoc est incãtationibus, mẽtes: q̃s velit, sꝫ mittere. s. ꝑmittit, alijs. s. mẽtibus, curas. s. amoꝝ duras. i. diu duraturas, aut vehemẽtes ⁊ ꝑmittit sistere. i. facere stare, aquã, sup. in fluuijs: & vertere sydera retro. i. retrorsũ, & ciet. i. excitat, ⁊ euocat manes. i. inferos, aut vmbras defunctoꝝ, nocturnos. i. tẽpore nocturno, tu videbis. i. q̃libet videbit, si aderit, dũ ipsa operabit, terrã mugire sub pedibus: & ornos. i. arbores illas descẽdere mõtibus. O chara germana. i. soror, ego testor. i. obtestor deos, & te: & tuũ dulce caput (Solebãt enĩ blãdiẽdi gratia ꝑ capita charoꝝ iurare potissimũ graeci. Vñ Iuue. in. vj. graecis nõdũ iurare paratis Per caput alterius) sup. me accingier ꝑ accingi, inuitã. i. coactã ĩprobitate aeneae, artes magicas. i. ꝑ artes magicas. Tu secreta. i. haec nemini reuelatura, erige pyrã. i. struẽ lignoꝝ, fiat rogus, sub auras. i. ab inferiore pte in auras tẽdẽtẽ, sup. in tecto interiore. i. inter regiã nostrã: & sup imponas. s. sup pyrã arma. s. gladiũ. viri. s. aeneae, quẽ ꝑ indignationẽ nõ nomiat, q̃. s. arma, ipse impius reliq̃t fixa thalamo. s. nostro q̃si ideo reliquerit, vt eo se interimeret, vñ impiũ dicit, ⁊ oẽs exuuias. i. vestes, q̃s exuit, aut q̃s ab eo habemus, q̃si ab hoste saeuo, ⁊ lectũ iugalẽ. i. genialẽ, ⁊ matrimonialẽ: quo perij. i. pudorẽ amisi, sed id mẽtit: q̃ in speluca p̃mũ amiserat, hoc est imponas sup pyrã q̃cq̃d reliquerit, aut tetigerit speciali vsu q̃ sacerdos iubet, & mõstrat. s. ex arte sua rationibus euidẽtibus (aut lege iterũ mõstrata sacerdos) abolere. i. penitus delere, & annihilare cũcta monumẽta. i. q̃ memoriã faciãt, viri nefandi, q̃ ꝑfidi. Haec effata, silet, pallor simul occupat ora, & c. Docet quõ oĩa, q̃ iusserat, instructa sunt, & quõ simulãs se sacra magica ex aĩo pagere, q̃ fierit oĩa philtra, & amatoria. i. q̃ vim amatoriã habere putata sunt: quo sororẽ fallat, de q̃ re q̃ Donatus non extat. Ordo est. Dido effata. i. elocuta, hoc est. postq̃ elocuta erat haec, silet. i. obticet, nã frustra dicere tacuisse finis enĩ loquelae silẽtiũ semp est, nisi pter spẽ: & importune tacuisse, cũ plura loqui nõ posset, inueret, aut nisi adderet, simul & cũ p̃mũ taceret, pallor occupat ora tñ. i. q̃uis signa impatiẽtis amoris daret, tñ anna nõ credit germanã. i. sororẽ suã ꝑtexere. i. ꝯstruere funera. i. mortẽ nouis sacris. i. sacrificijs. s. magicis, nec ꝯcipit mẽte. i. intelligere nõ põt tãtos furores. s. quãti in Didone erãt, aut sup. nõ timere grauiora. i. maiora mala, quã sup. in morte Sichaei. s. ꝑoris ꝯiugis illa ptulerat, hoc est nõ opinabat, q̃ plus amaret aeneã amatorẽ q̃ Sichaeũ ꝯiugẽ, nec q̃ impatiẽtius ferret huius ꝓfectionẽ, q̃ illius mortẽ, sed in morte viri non se occidit, nec id parauit, ergo nihil tale suspicãs, parat. s. pagere iussa. i. q̃ Dido iusserat, hoc est ilico pyrã extruit, ⁊ exuuias aeneae affert. At. i. sꝫ regina. s. ordo: pyra. i. strue lignoꝝ in formã ignis, vt incẽdat: erecta. i. extructa, sub auras. i. in altũ in sede penetrali. i. in loco penitiore intra tecta palatij, pyra dicit ingẽti. i. valde magna taedis. i. ex taedis, q̃ ligna resinae plurimũ habẽt, & ita facillime cõburunt, atq; ilice. i. robore ligno, secta. i. fisso, hoc postq̃ anna ingẽtẽ rogũ ex tali cõbustibili extruxerat, regina, intẽdit locũ sertis. i. intẽdit serta ꝑ locũ illũ, & coronat frõde funebri. i. ad funus apta, ⁊ locat thoro. i. lecto ꝯiugali, quẽ ẽt iusserat afferri sup. s. pyrã, aut insuper, exuuias. s. aeneae. i. vestes, q̃s exuerat, & dereliquerat, ⁊ ensem relictũ, ⁊ effigiẽ. i. imaginẽ ad similitudinẽ viri factã, quã aut ad fictionẽ magicae artis fieri curauerat, aut in signũ amoris, locat, dicit existẽs, haud. i. nõ ignara, imo certa mori. Arae stãt circũ. i. in circuitu, ⁊ sacerdos effusa crines. i. habẽs capillos effusos, vñ in funere polydori tertio huius. Et circũ iliades crinẽ de more solutae, tonat. i. horrifice vocat ore. s. suo, trecẽtũ. i. trecẽtos deos. i. numina deoꝝ, & Erebũ, ⁊ Chaos, deos illos infernales, & Hecaten. i. ꝓserpinã a centũ potestatibus dictã, ter geminã. i. tres potestates habẽtẽ nã luna est in caelo, diana in syluis, vbi venatrix est, ꝓserpina in inferno, vñ addit, & tria ora. i. tres effigies, aut ꝑsonas dianae v̄ginis. i. q̃ in sylius diana dr̃, & studio venãdi dedita ꝑpetua v̄go, ipsa sacerdos, priusq̃ haec faceret, sparserat, &. i. et latices. i. aq̃s fontis auerni. i. lacus ad introitũ inferni simulatos. i. ꝑ simulationẽ, & fictionẽ quãdã in sacris ꝓ veris habitos, cũ deessent verae aquae, & herbae pubentes. i. succi adhuc plenae, messae. i. de

Draco ab hercule occisus

Graecoꝝ iuramẽtũ

Ordo.

Resina quid

Heccate vñ dicta

fectæ, aut incisæ, falcibus. i. cultris incuruis, ahenis. i. æreis, qꝛ nefas erat id ferreis facere, ad lunã. i. sm oportunitatẽ lunæ ꝑ erunt. s. ab iis qbus id muneris ad magicũ sacrificium inuũ tũ erat, quærunt dicit cũ lactẽ. i. succo dulci, veneni nigri .i. nocui. & noxij, ⁊ amor. i. caruncula ad magnitudinẽ caricię hippomanes ve, qd' est cã amoris, reuulsus. s. statim, priusq̃ lãbente m itre absumeret, de fronte pulli nascẽtis. i. recens nati; aut nondũ plene nati, & præreptus. s. priusq̃ absumere posset, matri. s. equæ. q̃ nisi carunculã illam assumpserit, pullum non amat. Ipsa. s. Dido, cuius gratia hæc omnia fiebant, & q̃ sacerdos erat, & regina, exuta pedem vnum. i. habens pedẽ vnum nudatũ, & solutũ in vinculis: in veste recincta. i. dissoluta, ne quid ligatũ in sacris videat, testat mola. i. farre, & sale, & pyis manibus. s. qbus molã offerebat testat dicit moritura. i. certa mori, deos, & sydera pscia fati. i. mortis suæ violẽtiæ, tũ. i. inde pcat: si qd'. i. si aliquod numẽ habet curæ. i. ad curã, hoc est curat, amãtes fœdere nõ æquo. i. illegitimo fœdere aut inæqli, qñ alter amat, alt' nõ (hũc deũ Seruius ἀντ' ἔρωτα. i. ꝫ. erota. i. cupidinẽ vocat) pcat dico illud sup. iustũ, ⁊ memor. i. vt sit iniustum, & memor, ⁊ ita memor in neutro genere panitur.

dixerat supra. Quo' pij, ꝓpter extinctũ pudorẽ. Prætexere, abscõdere, præuertere. Tãtos furorẽs, qtos cogitabat Dido. At regina pyra, notatus est vsus. Vitiosa est enim elocutio, q̃ hẽt exitus similes, l3 sit casnũ dissim litudo intẽdit q3 locum ferali. vt stupea vincula collo intẽdũt & est hypallage. Intẽdit serta p locũ. Funerea, cupressu. Nã ⁊ superior aligna ad funus ptinent: vt procũbunt piceæ, sonat icta securibus ilex. Effigiẽ, exprimit affectũ amãtis, q̃ ẽt in morte amici imagini vult cõiũgi. Ignara futuri, immemor suæ dispositionis. Ter cẽtũ deos. i. ter cẽtũ numina, vñ Hecate dicta est, qꝛ cẽtũ habet potestates, Tonat, perite dixit, Nã in aliqbus sacris imitabant tonitrua. Erebũ in feroꝝ pfunditatẽ. Tria vginis ora Dianæ, ne ratio est lunæ, dianæ, proserpinæ. Simulatos, nã q̃ in sacris haberi nõ poterãt, simulabant, & habebant p veris, Per auernũ aũt descẽsus est ad inferos. Ad lunã, nã herbæ p lunæ rõne tollũtur, nec oẽs eodẽ modo. Ahenis, perite dixit, nã aliæ vellunt, aliæ incidunt: ⁊ hæc ad lunã. i. ad lunæ obseruationẽ. Pubẽtes. qꝛ aliæ siccæ, aliæ viridiores legunt, & inter hoies, & herbas reciprocæ sunt trãslatiões, sic enĩ pubẽtes herbas dicimus: quẽ admodũ florẽ ætatis, Nigri, noxij. vel qꝛ nigri sunt hoies post venenũ: vel sunt herbæ nigri lactis. i. succi, & p periphrasi3 di/

Hecate vñ dicta

eũt significari agrestẽ papauer. Matri p.a. refert Plynius, pullos eqnos habere in fronte quãdã carnẽ. quã statim ꝙ natis adimit mater, quã si qs præripuerit, pullũ odit, ⁊ lac ei denegat. Iuuena. Cui torã tremuli frõtẽ cæsem a pulli, infudit, merito ergo credũt amorẽ creari ex carne, sine q̃ mater nõ alit ex secreatũ. Mola, farre, ⁊ sale. ergo ipsa Dido mola, & pyis manib⁹ deos testat. Vnũ ex. p. id. n. agit, vt ista soluat, & innectat æneas, In veste re. qꝛ supra diximus, in sacris nihil solere esse ligatũ, pcipue eius, q̃ amore vult solui. Cõscia fa. sy. planetas qbus fatoꝝ rõ ptinet. Si qd', cõpone, tũ numẽ precat, si qd' curæ hẽt amãtes nõ æquo fœdere. Si qd', bñ dubitat, vtrũ sup reo niale positas hẽat ptãres. Inuocat aũt ἀντ' ἔρωτα ptrariũ cupidini, q amorẽ ie/soluit: ait certæ cui curæ est iniquus amor. s. vt implicet nõ amãtẽ, Iustũ. m. q. p. vt expugnet, q est causa discordiæ.

Nihil in sacris ligatum

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, syluæq; & sæua quierant
Aequora, cum medio uoluuntur sydera lapsu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; uolucres,
Quæq; lacus late liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœnissa, nec unquam
Soluitur in somnos, oculis ue, aut pectore noctem
Accipit, ingeminant curæ, rursusq; resurgens
Sæuit amor, magnoq; irarum fluctuat æstu.
Sic adeo insistit, secumq; ita corde uolutat.
En quid agam? rursusne procos irrisa priores
Experiar? Numadumq; petam connubia supplex?
Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes, atq; ultima Teucrum
Iussa sequar? quia ne auxilio iuuat ante leuatos,
Et bene apud memores ueteris stat grana facti.
Quis me autem (fac uelle) sinet? ratibusq; superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita, necdum
Laomedonteæ sentis periuria gentis?
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouantes?
An Tyriis, omniq; manu stipata meorum
Insequar? & quos Sidonia uix urbe reuelli,
Rursus agam pelago, & uentis dare uela iubebo?
Quin morere, ut merita es, ferroq; auerte dolorem.
Tu lachrymis euicta meis, tu prima furentem
His germana malis oneras, atq; obiicis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine uitam
Degere more feræ, tales nec tangere curas.
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.

Dido

ASCEn.

¶ Nox erat, ⁊ placidũ carpebãt fessa soporẽ, ⁊c. Declarat quo cæteris animãtibus regescentibus Dido certam ori miseros edebat planctus, de quibus cũ Donatus nihil dicat. Ordo est.

Ordo

Nox erat, & corpora. s. anim aliũ cæteroꝝ, fessa. s. labore diurno, carpebãt soporẽ i. carptim capiebant soporẽ placidũ. i. pfundã dormitionẽ cũ animi quiete, & syluæ. & æquora sæua. i. omnia q̃ in nemore, ⁊ mari degunt, quierant. i. quieuerãt, sup. tunc, cũ. i. quãdo sydera voluũtur medio lapsu. i. cũ med. ũ est noctis. cũ omnis ager. i. qcqd versat in agro tacet. s. pecudes, & volucres pictæ. i. variis coloribus ornatæ, quæq3. i quæcũq3. s. volucres tenẽt late. i. ampliter, lacus liqdos. i. aquosos, & quæq3. i. quæcũq3 tenẽt. i. occupãt, & habitãt rura, aspera dumis. i. dumos q̃ sunt in rure, hmõi dicit pecudes, & animãtes, positæ i. recubãtes, sub. i. in nocte silẽti. i. pticinio noctis lenibant, p lenibãt, hoc est mitigabant curas: somno. i. p somnũ, & corda, sup. earũ erãt, sup. oblita laborũ, At. i. sed phænissa. s. dido, q̃ erãt de phœnicia infelix animi. i. q̃ aium suũ infelicẽ fecerat, nec soluit vnq̃ in somnos i. nunq̃ dormit. ve p vel nũq̃ sup. acc. pit noctẽ. i. requiẽ nocturnã oculis aut pectore, curæ ingeminãt, sup. se, aut ingeminat, hoc est multiplicãt, & amor resurgens. i. crescẽs sæuit. i. crudescit rursus. i. iterũ, & fluctuat magno æstu iraꝝ, ⁊ insistit. i. sermonẽ instituit adeo. i. tãdẽ, aut oĩno sic, os p & volutat. i. reuoluit, ⁊ agitat corde ita. i. in hunc modũ secũ. i. apud se sine arbitris. En cõmiserantis sicut in primo. En priamus, qd ago? ne. i. an, aut nũq̃d ego irrisa experiar rursus. i. itecũ pcos. i. amatores cõnubia mea petẽtes, priores. i. quos priores habui, sed contempsi, quos ego sum iã dedignata toties maritos. i. volentes esse maritos, aut dedignata sum mihi maritos acceptare igit: qꝛ. s. nõ eẽt honestũ hic manere, & incidere in ꝯtumeliã pcoꝝ prioꝝ, ego seqr classes iliacas. i. troianas, & seqr vltima. i. vilissima iussa teucrũ. i. teucrorũ, hoc est ero ancilla, ⁊ contemptui oĩbus troianis coacta etiã vltimis indignitate, hoc est vilissimis mandatis eoꝝ parere, & id melius, q̃ vt dicamus de iussu æneæ, aut iouis cũ Seruio, phat pirrisionẽ sequẽdũ esse: particulã enim: ne, sæpe in irrisionẽ ꝯuertimus, vt Ne mihi polydamas, aut troades labeonẽ prætulerint. Et facilũ ne intelligẽdo, vt nihil intelligãt: dicit ergo. Quia ne. i. nã certe iuuat. i. pdest ante leuatos, sup. esse auxilio. i. pfuerit, ꝙ teucros iuuerim auxilio, & gratia veteris facti bñ stat apud memores. i. gratos, hoc est nõ ingrati erũt accepti beneficij troiani, argumẽtat deinde in ptrariũ dicẽs, aũt p sed, fac velle. i. pone, vt velim, aut psuade, ꝙ velim, qs sinet. i. pmittet me. s. sequi troianos, ⁊ accipiet me irrisa3 ratibus. s. suis superbis. q. d. nemo. Quia ergo neq3 manendũ est cũ decore, neq3 sequendũ, ꝯcludit ad se loquẽs, heu pdita nescis tu. i. scis ne adhuc ⁊ sentis sup. ne, necdũ i. nõ adhuc, periuria gẽtis laomedõteæ. i. troianæ laomedontis similis, q neptunũ & apollinẽ muroꝝ troiæ structores fefellit ptra iusiurãdũ q. d. si deos fefellerũt, ⁊ te nimirũ fallẽt. Quid tũ. i. insup, comitabor ne sola nautas ouãtes i. lætos de pfectione, an ego inferar. s. in alienũ regnũ aut in naues, stipata. i. dẽse circundata, tyriis: & omni manu. i. satellitio, & copiis oĩbus meoꝝ, & ego agam rursus pelago eos, sup. quos ego reuelli vix. i. cũ difficultate, qꝛ timore, aut odio pygmalionis, vt dictũ est in pmo, sup. ab

Dido vñ fuerit

Ne pficulæ natura

Gẽs troiana gsi ida

¶ Nox erat, ptendit hæc descriptio ad exaggerationẽ vigiliarũ Didonis. Syluæ, ex opinione eoꝝ, q dicũt oĩa, q̃ crescũt aialia esse. Aequora, elemẽta etiã aĩalia esse voluerũt vnde in: vi. Aequora mulcebãt cantu Cũ tacet omnis ager. i. eo, q̃ in agris sunt. Oculis. aut pectore noctẽ. Accipit, bene distinguit. Nã pñt aliqs somnũ sensibilis capere, ⁊ mẽte turbari, Resurgens grauior est, cũ resurgit. En qd ago. Demonstrantis particula, per quã multa cogitasse demonstrat. ⁊ sic prorupisse, En qd actura sum, est aũt coniectiõ pncipiũ, ꝯgrue amatrici datũ: sic Teren. Quid igit faciã. Nã hæc ꝯiunctio multa cã cogitasse significat.

SERVI.

vrbe

Rursus

Ouatio q̃ sit

Rursus, duo significat frequēter, iterū, raro. vicissim .i. mutuo .i. de nouo, vt hic. Nomadū .p. inuidia a psone, petā mulier, & regina nomadas, idest vagos. Maritos, scilicet futuros. est au tem elocutio dedignātis illam rem: & illare. Vltima iussa, aut intelligamus Aeneam obtulisse nauigandi facultatem, aut teucrorū iussa .i. quæ ipsi iussi sunt a ioue, vt nauiget hæc sum/ ma est. Quia næ reuera, & est vna pars. Stat, manet. Nautas inuidiose .q.d. affectos laboribus, Ouantes, abusiue lætantes sed proprie ouatio est minor triumphus, qui ouatur, & vno equo vtitur, &, a plebeis, vel equitibus ro. deducitur ad capi tolium, & de ouibus sacrificabatur. Triumphans, albis equis vtitur quattuor, & senatu præeunte de tauro sacrificat. Vix, aut mox, idest pauloante, aut vere vix. Nam nulla ratione dimisis/ sent patriam, nisi aut odio, aut metu regis vrgente: vt in pri/ mo dictum est. Quimorere Quinimmo: & bene omnis eius in/ tentio tendit ad mortem. nam si procos rogare turpe est, solā sequi inhonestū, & tyrios trahere difficile, sola mors superest, Tu lachrymis, totum ei imputat, sed cum excusatione. Tu pri/ ma furentem, sic diuidit Vrbanus. Tu persuasisti, vt nuberem victa lachrymis meis, tu nunc his honeras malis, Nam me olim occidissem, nisi te deserere formidarē. Obycis, ob natura liter corripitur: sed positione longatur. nam prima i est conso/ nans ex ob & iaceo fit obycio More. f. Plynius asserit lyneas

vrbe sidonia, & iubebo, supple eis dare ventis vela, quasi di/ cat id fieri nō posse, q2 ergo solā sequi probrosum esset, & quasi meretricis more, & comitatū iustum habere nequiret, nec ma nere conueniebat, inferi. Quin .i. potius, morere .i. moriaris, vt .i. quēadmodū meritaes, q2 ubi id procurasti. & auerte .f. ab animo dolorē ferro .i. morte ferro illata O germana .i. soror anna, tu euicta meis lachrymis, q2 vt dictum est in principio, sic effata, simul lachrymis impleuit do bortis, tu inquam oneras .i. onerabas prima me furentem .i. insano incensam amore, his mal.s, atq3 obycis hosti .i. crudeli viro. Non .i. nonne licuit me expertem thalami .i. cōiugy. degere .i. ad finem vsq3 agere, vitam more feræ sine crimine .i. offensione perium y, aut lesione pudoris, nec tangere tales curas, quales nunc p illicitos amo/ res sustineo more feræ, ad morem beluarum ferarū quæ pro/ pter feritatem coniugium vitant, homo autem est animal socia le, & ita quadrat ei coniugium, sed infeliciter amans præfert vitam ferarum vitæ suæ. Non supple est, aut potuit fides pro/ missa cineri sichæo pro sichæio .i. ipsius sichæi, quia cum inhu maretur, iurauit se nunq̃ alteri nupturam. quod Anna repro/ probauerat dicens. Id cinerem, & manes credis curare sepul/ tos, seruata supple esse cineri fichæio. q. d. maxime potuit, ser/ uata tamen non est.

Lyneu nã quilis

post amissos coniuges aliqua non coniungi. Aly fere aduerbium volunt, vt sit sensus more, quo iam ad viduitatem fere conue/ rat. Crimine, vt supra: Potui succumbere culpæ. Sichæo: pro sichæio.



Tantos illa suo rumpebat pectore questus. *Poeta.*
Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam rite paratis.
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusque ita visa monere est
Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque,
Et crines flavos, & membra decora iuventae.
Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? *Mercur.*
Nec quae circumstent te deinde pericula cernis
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos, dirumque nefas in pectore versat,
Certa mori, variosque irarum fluctuat aestu.
Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?
Iam mare turbari trabibus, saevasque videbis
Collucere faces, iam fervere littora flammis,
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age, rumpe moras, varium, & mutabile semper
Foemina. Sic fatus nocti se immiscuit atrae. *Poeta.*
Tum vero Aeneas subitis exterritus umbris, *Aeneas.*
Corripit e somno corpus, sociosque fatigat.
Praecipites vigilate viri, & considite transtris.
Solvite vela citi, Deus aethere missus ab alto
Festinare fugam, tortosque incidere funes
Ecce iterum stimulat, sequimur te sancte deorum
Quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes.
Adsis o placidusque iuves, & sydera coelo
Dextra feras. Dixit, vaginaque eripit ensem *Poeta.*
Fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet, rapiuntque, ruuntque.
Littora deseruere. latet sub classibus aequor,
Adnixi torquent spumas, & caerula verrunt.

ASCEN. Ordo. ¶ Tantos illa, &c. Docet quomodo et aeneas dormiebat, cum talia Dido agitaret, et quomodo a mercurio excitatus abnavigavit, unde. Dona. depyt. Ordo est, illa. s. dido rumpebat suo pectore tantos questus .i. violenter expressit, sed sup. aeneas iam certus eundi .i. qui decreverat, omnino abire carpebat somnos .i. dormiebat, sup. in celsa puppi, & his rebus. s. ad navigationem necessariis paratis rite .i. decenter, et pro institutione nautica, forma .i. imago dei redeuntis: hoc est deus. s. mercurius in forma assumpta rediens in somnis .i. inter dormiendum obtulit se huic. s. aeneae eodem vultu, quo prius obtulerat, & visa est monere ita rursus .i. iterum omnis similis omnia. s. per omnia et vocem et colorem et crines .i. capillos flavos, et membra decora iuventae .i. iuventuti convenientia mercurio. s. prius viso. O nate dea, potes interrogative .i. potesne ducere somnos .i. dormire sub hoc casu .i. periculo, in quo versaris? Nec o demens cernis .i. perspicis, deinde, quae pericula circumstent .i. obsideant te, nec audis zephiros .i. ventos illos secundos .i. prosperos (quos mercurius adduxerat, dicente iove, voca zephiros) spirare .i. flare, Illa. s. tibi nota, et multum infensa mulier, versat in pectore dolos: & dirum nefas. s. in se (quia vult se interficere, quo comperto, tu in te irruas) aut in te, nisi abieris, nam postea dictura est: natumque, patremque. Cum genere extinxere existens certa mori, unde dicet. Quem metui moritura, & fluctuat vario aestu .i. fervore, & incendio irarum. Non .i. non ne fugis fugis hic praeceps .i. praecipitanter, dum .i. quamdiu potestas .i. facultas tibi est praecipitare .i. praecipitanter abeundi? Tu videbis iam .i. statim mare turbari trabibus .i. diversis malis, aut navibus: & videbis saevas faces. s. ad naves tuas comburendas, aut insequendum te collucere .i. simul lucere, & videbis iam litora fervere .i. fervida fieri dixit autem a tertia coniugatione vel brevi, flammis. s. facularum si aurora attigerit .i. offenderit te morantem his terris .i. si ad crastinam usque auroram hic manseris, Eia age. duo cohortandi adverbia propter urgentem necessitatem, rumpe moras .i. causas immorandi. Foemina est semper varium, et mutabile .i. res varia, & mutabilis, hoc est inconstans, Mercurius, sup. fatus sic. s. in hunc modum immiscuit se nocti atrae, vero .i. sed aeneas exterritus: tum .i. tunc praecipue umbris subitis .i. subito apparentibus corripit .i. violenter rapit, corpus e somno, quae violentia prae se ferebat secundum Servium futurum infortunium, de quo li. quinto dicet, & fatigat .i. violentat, & surgere cogit socios dicens. s. O viri vigilate praecipites .i. praecipitanter surgentes. (Posset esse ordo fatigat socios praecipites .i. fatigando praecipites facit, dicens. s. vigilate viri) & considite .i. simul locum capite, transtris .i. super transitus navium, ubi sedent remiges, solvite .i. dissolvite, & pandite citi .i. festini: vela, ecce deus missus ab alto aethere .s. mercurius. stimulat .i. impellit, sup. nos festinare .i. festinanter agere fugam .i. profectionem nostram, & incidere funes .i. rudentes tortos .i. implicitos, O sancte quisque .i. quicunque deorum tu es, nos sequimur te, & nos ovantes paremus iterum imperio, quia parati erant instruendo classem, aut paremus imperio iterum, idest secundario facto. O optandi particula, adsis .i. auxilio sis, & praeterea placidus, iuves scilicet nos, & feras, idest afferas profectioni caelo, idest de coelo, sydera dextra, idest prospera, & feliciter influentia, dixit, scilicet aeneas: et eripit, idest violenter extrahit vagina, scilicet sua ensem fulmineum, idest in morem fulminis ferientem, aut radiantem, quia pro et, sup. id dicens ferit, idest percutit, & incidit retinacula .i. funes, quibus naves retinebant ad litora ligatae, ense .i. gladio, stricto .i. evaginato, & denudato. Idem .i. uniformis ardor .i. cupiditas habet .i. tenet aut invadit simul omnes. s. teucros, & rapiunt. s. quae erant adhuc in litore & ruunt .i. praecipites currunt, & deseruere. s. paulo post litora, aequor latet .i. occultum est sub classibus. s. simul discedentibus, & ipsi annixi .i. annitentes, torquendo aquas, excitant spumas, & verrunt. s. navium caudis .i. gubernaculis, caerula .i. caeruleas aquas, aut maria caerulea .i. caerulei coloris.

O quae particula sit.

SERVI. ¶ Certus eundi indubitanter profecturus. Carpebat somnos, hoc accusat paulo post Mercurius, sed excusatur his rebus, nam et certus eundi erat, et cuncta rite praeparaverat. aut poeconomia est ut possit videre Mercurium. Forma dei, non deus, sed forma dei. Nam raro se videnda praebent numina. Eodem semper longum est: quia eodem ablativus est semper. Eadem autem, & producit, & corripit. Nam & nominativus est, ut eadem mulier fecit: & ablativus, ut eadem muliere faciente. Visa monere, bene visa, non enim revera est. Similis, aliud est idem esse, aliud simile esse. Ergo nunc certus est aeneas. Vocem, orationis est deus Hor. Mercuri facunde nepos atlantis. Flavos, et pustus, & flavus Mercurius fingitur, quia satis vicinus est soli, praeter ceteras stellas. Et membra decora iu. quia deus palaestrae est: iuventae: aetatis autem iuventus sit personarum. ut et rebus spectata iuventus. Figura vero est vocem. membra et colorem. Zephyros, ventos. nam zephyris de africa navigare non poterat. Dirum nefas. amatrix timenda est, quae sit certa mori: item, Varium et mutabile semper foemina. Praeceps festinus. Collucere faces, propter illud, Ferte citi flammas. Umbris, sicut supra. Forma dei. Corripit omen futurae tempestatis. Sancte deorum aut distinguit sancte, aut secundum Enni. Respondit Iuno saturnia sancta deorum. Quisque es: ut dixerat, omnia Mercurio similis. Sed teste Cice. in li. de na. de. tres sunt Mercurii, supernus: terrenus: et infernus. Ergo. Quisque de tribus. Aut referas ad iovem .i. quisquis es, qui praecipis, ut in nono. quisque in arma vocas, cum ii im vidisset .i. quicunque arim misisti. Plane illud occurrit, quod ait. Deus aethere missus ab alto, ubi & Iovem, et supernum complectitur Mercurium. Potest etiam quasi phantasiam facere propter socios, et quisquis es, ideo dicere. Quia licet viderit, non tamen revera novit esse Mercurium unde ait supra Et formam, & vultum visa monere. Iterum paremus, nam iam paraverat praeparatione navigiorum. Et sydera coelo, Dextra feras hoc est ventos, qui ex ortu syderum, aut prosperi, aut adversi sunt, sicut in Georgi: Praeterea tam sunt arcturi sydera nobis, Nec enim sydera dicit revera, cum arcturus una sit stella. Ergo stella dixit, sydera ventos, vel tempora.

Mercurii tres sunt.

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina e speculis ut primum albescere lucem
Vidit, & aequatis classem procedere velis,
Littoraque, & vacuos sensit sine remige portus,
Terque, quaterque manu pectus percussa decorum,
Flaventesque abscissa comas: Proh Iuppiter ibit
Hic, ait, & nostris illuserit advena regnis?

ASCEN. Ordo. ¶ Et iam pri. no. &c. Describit quomodo postridie Dido, videns troianos abiisse, conquesta est. unde quia Don. nihil dicit. Ordo autem est. Et aurora linquens cubile tithoni .i. mariti sui regis in oriente, croceum .i. crocei coloris spargebat iam prima .i. primum, aut recens orta terras, lumine novo. s. illius diei, et sup. regina. s. dido, ut .i. postquam vidit e speculis .i. altis fenestris, unde speculari licebat, lucem albescere .i. albam fieri primum .i. primo tempore, et classem procedere .i. provehi, velis aequatis .i. aequaliter pleno vento distentis, et sensit litora, et portus vacuos, quia sine remige, ipsa percussa .i. habens percussum, aut ubi percusserat, terque, quaterque .i. frequenter: aut consumare pectus. s. suum decorum .i. pulchrum, manu. s. propria, et abscissa comas flaventes .i. habens abscissos capillos flavos (saltem per partem, quia postea dicet. Nec dum illi flavum proserpina

Non arma

Non arma expedient? totaq; ex urbe sequentur?
Diripientq; rates alii naualibus? ite
Ferte citi flammas, date tela? impellite remos.
Quid loquor? aut ubi sum? quae mentē insania mutat?
Infelix Dido nunc te fata impia tangunt.
Tum decuit cum sceptra dabas? en dextra? fidesq;.
Quem secum patrios aiunt portare penates.
Quem subiisse humeris confectum aetate parentē.
Non potui abreptum diuellere corpus? & undis
Spargere? non socios? non ipsum absumere ferro,
Ascanium? patrisq; epulandum apponere mensis?
Verum anceps pugnae fuerat fortuna fuisset.
Quem metui moritura? faces in castra tulissem.
Implessemq; foros flammis, natumq; patremq;
Cum gēte extinxem? memet super ipsa dedissem.

SERVI. ℭ Prima aurora: designatio tpis ē, nō diei descriptio, vñ infert, vt in ōmo albescere lucē vidit. Sic in. xii. Cū pmū crastina coelo Puniceis inuecta rotis aurora rubebit. Et bñ hac pmū inducit vidisse crepusculū, q̄ q̄si amatrix totā vigilauerat noctē. Sic in bu. de amatore. Nascere pq; diē veniēs age lucifer almū. Nouo. i. epicureos imitat q aiūt solē de atomis cōstare, & cū diena sci & cū illo perire. Tithōi cubile. Tithonus Laomedontis ff fuit, hūc ab aurora amatū i coelū leuauit, quē lōgitas vitae i cicadā cōuertit. Hor. Lōga tithonū minuit senectus. Albescere lu. hypallage est. Luce. n. albescūt oīa nō lux albescit. Aeq̄tia. v. s. felicis plenis: sine motu aliquo, Prob. irascētis exclamatio. Ter. Prob supprme iupit. Aut testat iouē. quē i aduētu aeneae inuocauerat. Iupit hospitib⁹ nā te dare iura loquunt. Ibit, & illuserit. ibit, & illudet tps p tpe. sic dixit. vt certātq; illudere capto. Nō ar. ex. Furētis vba, vt ipsa paulo post. Quae mētē isania mutat. sanā nō impat abūtib⁹, cū sola sit. Naualib⁹. Loca sunt, in qb⁹ stāt naues. Vbi q. d. ani coetu sū. Cū sceptra dabas, vt ac dñm aeneā in sceptra recepit. Fidesq;. subaudi, en ēt in seqntib⁹, aut certe h̄ ē, quē dñr portare deos. Sane en nō melius iūgit, vt en pamus. Ipm Ascaniū, aut qz est cā nauigationis. vt quē regno hesperiae fraudo. aut ad pris dolorē, vt q nati corā me cernere letū fecisti. Epulandū ponere, qd' fecit Progne occiso Ithi filio pp sororis stuprū. In castra. in classes. vt nos castra mouemus. Foros tabulata nauiū: ab eo q inceSSus ferāt, & est gñis masculini. numeri tm̄ pluralis, vt hi fori fororū. Cū gñe extinxē, p extinxissem, morte aeneae, & Ascanii, & est syncope. Sup ipsa. satis amatorie.

Naualia q̄ sint

Fori q dicant

Sol. qui terrarum flammis opera omnia lustras.
Tuq; harum interpres curarum, & conscia Iuno.
Nocturnisq; Hecate triuiis ululata per urbes.
Et dirae ultrices, & dii morientis elisae
Accipite haec, meritumq; malis auertite numen.
Et nostras audite preces, si tangere portus
genti, qui dominatur mortalibus omnibus: & seruans æterna fœdera, quia omnes, qui oriuntur, aliquando morituri sunt, ut frœnas, idest reprimis, armis ultricibus, scilicet superbiæ, & possunt ultricibus in neutro genere, sicut Maro, victricia dicens res agamenonias: victriciaque arma secutus: animos elatos, i. superbos, quæ res propria fuit Turno, sicut in fine xii. memoratum, mansei at animosos, & elatis animis, usque ad mortem dicens, vive forte tua. Elatus autem venit ab effero exultio elatum. Est autem metaphora sumpta ab equis animosis, & superbis, qui frœno coercendi sunt quotiens ferociunt. Sola autem mors id potest, unde a Iune, dictum. Nulli grauis est percussus achilles, Quæ magnos paruosque teris: quæ fortibus æquas, imbelles, quia omnia mors soluit populisque duces, quos poetæ, ut egregios significent, separare solent. heu mortem obscuram, atque claro vulnere perenptum dixit. Verum obscuram dicit mortem, i. detestabilem, ut quæ tam clarum virum abstulit. O felix magnus dolor sed inepitus. Non enim decet virum fortem sic odisse vitam, ut suspendium laudet, quis mortem honestam appetere posset, sicut æneas O terque quaterque beati, quis ante ora patrum troiæ sub mœnibus altis, Contigit oppetere, & andromache in iii. æneid. O felix una ante alias priamea virgo, hostilem ad tumulum troiæ sub mœnibus altis. iussa mori Deerat adhuc Deerat dissyllabum est, sicut & apud alios, unde Lucanus Non deest prolato ieiunus venditor auro. At virgo tali, & c tangit, quod prius dixit malum malo solere accumulari. unde ordo est. At tres versant se cum tali fœdere, idest pacto, & consensu inter se, idest ita usu venire solet, ut fortuna infrendens petat, & cogat, idest torqueat illum omni turbine, quem ipsa furens infesta, idest infesta: aut quem ipsa furens moratur, idest detinet: & reseruat ad grauiora mala miserum, idest miseratione dignum, & immerito infelicem, existens furens, idest insaniens idest si fortuna alicui misero conseruat vitam, id propterea facit: ut diutius, & grauius torqueat Et multa illachrymans, idest multum nomen pro aduerbio. utitur autem fere verbis vergilianis.

Elatus a quo veniat

Qualis ubi, ordo est. qualis, idest qualiter cerua videns: scilicet raptum pulli, aut hinnuli sui turbatur funere miseri nati, ubi, idest quando, aut postquam ales Iouis i. aquila incubuit, i. inuolauit & toto corpore irruit: unguibus validis idest fortibus, quibus tantam prædam rapere potuit, & diuulsit (si seruio ad illud quarto æneidos, mansuere ueuelli credimus, non dicemus diuulsit: licet in passiuo sit diuulsus. falsum verum Lucanus non futilis author non semel vulsi protulit: ita ut non sit solida in ea re Seruij grammatici authoritas (diuulsit, idest dilacerauit, fœtum paruum. i. tenellum & anniculum adhuc, ut vero similem faciat rem: postera lux, & c. Reddit ad gesta latini, qui nuptias filiæ suæ summa cura celebrauit, rebus iam sedatis. Tunc pater infractos, sic Maro Turnus ut infractos aduerso marte latinos defecisse videt, unde sensus esse potest (ut illic) duplex, ut infractos dicat. i. valde fractos, & ut significet non fractos, hoc ordine, latinus pater, videns tunc italos infractos idest valde fractos, quia marte fatali, idest bello, quo fatis volentibus superandi erant defecisse, idest penitus succubuisse. Aut sic pater latinus: videns italos infractos, idest nunquam alias fractos, defecisse tunc morte, idest bello fatali, & videns totam fortunam cedere æneæ potenti, & voluens animo, idest considerans tumultum belli, & ingentis curas, idest sollicitudines, quas semper habuerat, & fœdera, & promissa, idest promissiones connubij, & hymeneos, idest nuptias suæ natæ, idest filiæ, videlicet Lauiniæ, vocat mille præstantes viros electos. ex toto agmine. modestius Vergilius: centum oratores finxit, Veruntamen multa sunt, quæ hoc pur gentine præter modum dictum videatur. Tum quod apud Maronem tantum comitabantur caduceatores hic autem æneam ipsum Tum quod illic hospitem, & auxilij indignum, hic autem victorem, & sine controuersia filiæ futurum maritum. Magna autem laus æneæ est, qui præditum tanto exercitu, ut ex eo mille præstantes viri possent deligi, superauit, vocat inquam mille viros, qui committentur ad urbem ducem dardanium spectatum virtute. Et iungit oratores togatos, ad quorum morem romani postea togati incedebant: memorans. idest mandans eis multa, & imperat ultro, i. insuper aut nondum rogatus euntibus, idest abire volentibus, & iam iamque profecturis, ut intersint animo placido, & reuisant, & vehant læti Aeneadas in alta mœnia, scilicet urbis suæ, quando, idest quandoquidem expediat auspicijs, idest indicio auspicium, Et nominis deorum miscere gentem Troianam cum sanguine italo. Interea, & cætera. Ostendit officium boni principis. Et pectore toto excipiant verba iuli ad Eurialum in nono habita Atque alacris monet: Terentius. Quin tu es alacris est igitur alacris communis generis, sed consuetius hac tempestate dicitur, hic alacer hec alacris hoc alacre, Ardentia drances verba mouet, quem scilicet Vergilius fecerat legatum ad æneam, & turno semper fuisse infestum, Exultans pro funere turni erepti. quia turno semper fuerat infensus. Unde erepti turni non e periculis, sed e medio mortalium: & e vita intelligemus, Iuramusque deosque, deasque, primumque

Diuulsit an dici possit.

Alacris generis communis

Eloquio, nec quis positis ingentior armis.
Nate ubi forma nitens? niueaque in fronte serenus
Ille decor, dulcisque oculorum aspectus, & altæ
Sidereus ceruicis honos? his gloria Martis
Contigit auspiciis, tali rediture paratu
Discedens uoluisti audis te credere bellis
Heu mortem inuisam, quæ sola ultricibus armis
Elatos frœnas animos, communia toti
Genti sceptra tenens, æternaque fœdera seruans.
Quæ magnos, paruosque teris, quæ fortibus æquas.
Imbelles, populisque duces, seniumque iuuentæ,
Heu mortem obscuram, quæ caussa indigna coegit
Eripere, atque meum crudeli uulnere natum
Afficere, o felix tam grato cædis Amata.
Successu lætare tuo, quæ tanta dolorum
Fugisti monumenta, grauisque immania casus
Pondera, quid misero genitori plura parauis
O superi, natum rapuistis, & ardea flammis
Consumpta in cinerem uersa est: nunc æthera pennis
Verberat, ah me Turne tua plus cæde cruento.
Deerat adhuc sors ista patris suprema senectæ.
At uero tali se res cum fœdere uersant.
Ut quem infesta furens miserum fortuna moratur,
Illum omnis petat infrendens, & turbine cogat.
Dixerat, & multa illachrymans largo ora rigabat
Hymbre, trahens duros gemitus, rapidosque dolores.

Poeta

Qualis ubi incubuit ualidus Iouis unguibus ales.
Et paruum effuso diuulsit sanguine fœtum.
Cerua uidens miseri turbatur funere nati.
Postera lux latum splendore impleuerat orbem
Tunc pater infractos fatali Marte Latinus
Defecisse uidens Italos, totamque potenti
Cedere fortunam Aeneæ, bellique tumultum.
Ingentisque animo curas, & fœdera uoluens.
Connubii promissa suæ, natæque Hymenæos.
Præstantes uocat electos ex agmine toto
Mille uiros, qui Dardanium committentur ad urbem.
Spectatum uirtute ducem, iungitque togatos.
Multa oratores memorans, & euntibus ultro
Imperat, ut (quando auspiciis, et [illegible] deorum
Troianam miscere Italorum sanguine gentem
Expediat) placido intersint, animoque reuisant.
Aeneadasque uehant alta intra mœnia læti.
Interea ipse urbem labefactam, & uulgus inerme
Componit, solidatque animos, requiemque futuram
Spondet, & æternam uentura in secula pacem.
Inde iubet meritos turma plaudente triumphos,
Sublimesque domus fieri regalis honores.
Atque alacris monet unanimes, ut fronte serena
Occurrant genero uenienti. & pectore toto
Excipiant gentem Iliacam, magnisque receptent.
Plausibus, optatæque effundant pacis amores.
Iamque instructa cohors Teucrorum castra subibat
Cincta comas ramis oleæ, pacemque rogabat
Quam bonus Aeneas ad se intra regia duci
Tecta iubet, caussamque uiæ placido ore requirit.
Tunc senior sic incipiens ardentia Drances.
Verba mouet nimium erepti pro funere Turni

Drances

Exultans O Troiane dux inclyte gentis
Gloria, spesque Phrygum, quo nec pietate, nec armis.
Maior in orbe fuit, uicti obtestamur, & omnes.
Iuramusque deosque, deasque inuitus in unum
Conflatum uidit Latium, & temerata Latinus



Foedera, nec Phrygios unq̃ turbauit honores.
Qui natę (quando superum sic uota ferebant)
Connubia, & generum magno te optabat amore.
Sed quicq̃ id tanto armorũ flagrante tumultu,
Tantorum furiisq; operum, atq; laboribus actũ est,
Id rabidus Turni, & stimulis incensus iniquis.
Confectusq; odiis furor attulit, ille negantes
Inuitasq; dedit Latias in praelia gentes.
Illum omnis conuersa cohors poscebat ut armis
Cederet, & magnum sineret succedere pactis
Connubiis Anchisiaden, inde optimus ambas
Iungebat palmas defessi aetate Latinus
Infractus nimioq; ardentem Marte rogabat.
Nec nostrae potuere preces inflectere durum
Nec diuum portenta animum, quin acrius ignem
Spumabat ferus ore uomens, bellumq; ciebat.
At uero dignum inuenit pro talibus ausis
Exitium, qui te tandem uictore momordit.
Nigrantem prostratus humum. nunc improbus aedes
Tartareas uisurus eat, quaeratq; sub imo
Nunc alias Acheronte acies, aliosq; Hymenaeos.
Tu melior succede bonis Laurentibus haeres.
In te omnisq; domus, & fessi inclinata Latini
Spes iacet, unam omnes Itali super aurea mittunt

Sydera

nium q̃ vacat, q̃ dixit & oẽs posuit, ergo satis dure ꝑ ratione metri. Nec dicetur, deosq;, deas, quia q̃ semper in fine, hoc est ad postremũ coniunctũ poni vult, pōt aũt poni post primũ: aut primis: sed nõ solũ. Quia. i. quominus optabat cõnubia natę: & te generũ, &c. Sed quicquid tanto armorũ, &c. Purgat Latinũ, reyciẽs omnẽ culpã in turnũ. Illum oĩs: &c. purgat etiã populũ Latinum, qui poscebat, vt Turnus armis cederet. i. discederet, & ita pute legendũ, vt armis cederet potiusq̃ in arma, nisi sit bis cohors in armis conuersa. s. ad Aeneam: poscebat, sup. vt. s. cederet. & sineret magnũ Anchisiadẽ. i. te o aenea, sed pulchre inducitur orator de eo loqui cura adulationem: q̃ recitare verba, quae tũc de eo vulgares habebãt. Defessa aetate legitur ẽt defecta aetate, & est duplex sensus, aut q̃ sit multum fractus, non vitio, sed aetate defessa, aut defecta, aut q̃ sit non fractus, hoc est, q̃ quis defessa aetate, tamen infractus, aut iam tandem fractus: nec vltra valens iungebat ambas palmas. i. coniunctis manibus orabat, & rogabat ardentem. i. aestuantem nimio marte. i. amore belli, &c. Bellumq; ciebat. i. concitabat, & prouocabat. Dignum exitium, nimiũ assentiretur, nisi ꝓmissum fuisset a vergilio, q̃ fuerat turno semper infensus odiis, & crimine, Momo: dit nigrantem ꝓstratus humũ Sic de Mezentio, & humũ semel ore momordit. Vbi dictũ est, q̃ viri fortes in morte cadentes ne vocẽ viro indignã emitterent: humum mordẽt, qd' aũt nigrantẽ dicit ẽt ex Vergilio sumpsit. Nũc improbus, &c Ostendit ꝑtinax odiũ, q̃ ẽt manes eius odio ꝓsequitur. Acherõ fluuius est infernalis sine laetitia dictus. Tu melior heres, succede bonis laurẽtibus. i. diuitiis: & imperio Laurẽtũ vt succede laurẽtibus. s. populis bonis. i. tibi fauentibus In te, Sic maro in te omnis inclinata recumbit. Et voces. s. te laudãtiũ canunt vera peonia. i. itaest, vt dicũt. Pueri inuptaeq; puellae Vergilianũ est. in te vnũ cõuersi oculi. id de Turno prius dictũ est: sed diuersimode. Nã turnũ postulabãt ad certamen. Aeneã

ad gloriã

ad gloriā, & imperiū Pater ipse Latinus iam senior ergo e vici
no promittit regni successio. Qui gnatā tibi iungat habet Q ni.
i. vt pote is, q & mittat nepotes in secula, i. in ppetuā successio/
nē. s. Troianos admixtos generi. i. pgentei italo, hoc est sāguini
italico ex parte materna. Hæc autē oīa tendunt in gloriam vo/
muli iuliæ, quæ ab ænea originē traxisse gloriabatur. In quo re
sicut in alijs fere in oībus Vergiliū insequitur, illiusq; verba fe
re sumit, sed longo interuallo si quid mihi recti est iudicij. Nam
multū ab illius caloribus friget. Non est tamen vsq; quaq; con
tēnēdus poeta, si seorsum, solusq; inspiciat, q̄uis nihil ad Ma/
ronem. Finierat, &c. Id quoq; tractum est ex Marone, qui con/
similem orationem Dranci dat libro vndecimo. Hilari cū fron
te. Non vacat eum, quia non instrumentum, sed comitantiam
cōnotat, non enim fronte, sed manibus recipiunt amici. Frōs
autem maxime index est lætitiæ, aut tristitiæ. vnde de Marcel
lo, sed frons læta parum. Item pudoris, vt fidei, vnde dictum
est, Frōti nulla fides, quis enim non vicus abundat. Tristibus
obscœnis? Et ideo dicuntur effrontes, qui pudorem & verecū/
diam non habent. Et amico pectore. More vergiliano præmit/
tit habitum futuræ orationis, nec placita solium sub pace lati
num. Sic Maro in. vij. Rex arua Latinus & vrbes. Iā senior lō
ga placidas in pace regebat. Cōciuit. i. cōcitauit, iuuenilis enī
plus laudis amore. Aposiopisis. i. reticentia est. voluit enim
Aeneas dicere, q plus æquo & iusto laudis amore efferebat,
aut qd simile, qd quia inhonestū est cū defunctis contēdere re/
ticuit. Addens q: qd. i. siue iusto, siue iniusto amore laudis sue
census erat, tamen o Ausonij, ego nil. i. in nullo recuso cōnubia
pacta. i. per pactum pollicita, & non recuso iungere cū æterno
fœdere pacē sanctā. i. inuiolabilem Rex quidem. i. quantū vr/
bis rex est socer. i. quia futurus est socer meus, tenebit impe/
rium, & veneranda sceptra. i. insignia regni. i. licet victor sim
tamen non auferam illi regnum. Non staret versus si dicat, idē
imperiū: quia vt dicit Donatus, idem in masculino productū,
in neutro vero correptum est in prima syllaba, statuēt, q mē
mihi, &c. Hoc in fœdere icto lib. xij. promiserat Aeneas. Et no
men natæ vrbis erit: quia a Lauinia vocabitur Lauinium. Et
adijciam penates socios, hoc & Iupiter ad Iunonem dixit futu
rum, lib. xij. dicens. Morem, ritusq; sacrorum adijciā, faciāq;
omnes vno ore latinos, vnde nunc Aeneas ex Iouis instinctu
hæc dicit, quoc. rea Iupiter prius dixit adijciam, sicut nunc Ae/
neas, quia vterq; adiecit, Iupiter, vt cā mouens primū, & Ae/
neas, vt exequens. Vos cōmunes, &c. quia vt huius cōmemo/
rat pp originem Romani cum Latinis multam societatē inie/
runt. Dehinc q̄ primū sic scriptum reperi, & ita forte emissum
est, sed vt prius docui inepte. Nam debuit dicere cum primum
aut vt primum, nō q̄, quod exponitur pro valde, vt sit valde pri
dē, aut cito, sunt aūt verba Vergiliana. preterea Pyrarum in/
structio, & corporum exustio a Vergilio tota sumpta est, Glan/
dilegosq; sues. i. qui glandes legere, & postes frendere solent,
sed tamen non videtur aptum suibus epithetū, nō enim legūt,
sed deuorant glandes, quas tamen rimantur. i. e rimis eruunt
interdum, vnde, & rimari transsumptū est p eo, qd est ingrere
latos incēdia campos enudāt. i. spoliant. s. pecoribus in eis er/
rare, aut pasci solitis. Clarum Phœbum. i. solem rutilum, & splē
dētē quasi nūtiū festiuitatis futuræ, qd Maro diligentius ser/
uauit. Cōsedere in eqs. s. teucri in his, quos Latinus prius do/
nauerat, aut quos ex hostibus abripuerant, aut quos nunc ite
rū Latinus κατὰ τὸ σιωπώμενον misisse itelligetur, ad tecta lau
renti. Ante oēs, sup. mouebat gressum, aptiorē tamen locū illi
Maro assignasset, videlicet mediū. Post ordine. i. per ordinem.
Nam post aduerbium est, hic autē ordo obseruari solet in stati
bus mixtis, vt primus primi status, ac ordinis sit oīuz primus,
& primus secundi ordinis secūdus, & secūdus primi ordinis
tertius, & sic deinceps. Ergo q Drāces erat princeps legatōis
erat secundus in ordine, Multa, duci senior memorans. Ideo
multa, q senior, nā est laudator tēporis acti se puero. Dehinc
vnica ples Ascanius, seruata. s. rōne, quam dixi. Animi matu/
rus alethes. Vergilius maturus æui dixit: & est honestior locu/
tio, q̄ si dicatur maturus æuo. Is enim maturus æuo dicitur,
quē æuū maturū effecit, is vero maturus æui, qui æuū matur
fecit, & réperauit. Quis vero Giæ necē prædixit Maro, oportet
aut aliū esse Gyam, aut hunc illius nimie memorem In cæteris ta/
men prudenter egit, vt eos commemoret, quos Maro in. v. di/
xit aucturos genus Romanum. & illi nosa, daturos, vt Serge/
stum domus, a quo sergia, &c. Interea effusi stabant per mœ/
nia ciues. Docet instabilitas vulgi qd fortunā sequit. Quos læ
ta frōte Latinus, Potius fronte q̄ aīo dixit, q licet pp amatæ su
spendiū doleret: tamen premit alto corde dolorem, Dardaniū
Aeneam. per n scribendū est pp vocalem sequentē. Vbi diligen
ter dixit Alexander. Rectus in a græci solet an quarto breuia/
re, q a ntō in a s nō breuiat, sicut nec en ab e s lōgo. Haud vera
illusit imago. i. nō enim illusit eū vera imago, q facile erat eum
inter cæteros agnoscere et longe adhuc distantē. Tū q̄ primū ite
rū dicendū

Frons læta idex

Maturus ævo & ævi quō dicat

Sydera, & ingentē bello, & cœlestibus armis
Extollunt, & uera canunt præconia uoces
Te grauiū ueneranda patrum consultaq; turba.
Inualidiq; ætate senes, te læta iuuentus
Et cupidæ matres, pueri, innuptæq; puellæ.
Vnanimes æquo ore uolūt, Turnūq; sub armis
Exultant cecidisse tuis te tota precatur
Ausonia, & claris præstantem laudibus effert.
In te unum conuersi oculi, pater ipse Latinus
Iam senior sola hæc longæuæ munera uitæ.
Qui gnatā tibi iūgant habet, generiq; nepotes,
Troianos Italo admixtos in secula mittat.
Ergo age magne ueni Teucrorū ductor, & altos
Ingredere, & celebres cape quos spōdemus honores.
Finierat, cunctiq; eadem simul ore fremebant.
Quos pius Aeneas hylari cum fronte receptos
Prosequitur paucis, & amico pectore fatur.

Poeta.

Nec uos, nec placida soliū sub pace Latinū
Arguerim, uerum infesti uiolentia Turni
Tantum opus haud dubito, & tanti discrimina Martis
Conciuit, iuuenilis enim plus laudis amore.
Quicquid id est tamē Ausonii nil pacta recuso
Connubia, & sanctam æterno cū fœdere pacē
Iungere. rex idem imperii, & ueneráda tenebit
Sceptra socer, statuētq; mei mihi mœnia Teucri.
Et nomen natæ urbis erit, sociosq; penates
Adiiciam, uos communes in secula leges.
Concordesq; ingenti animo mittetis amores.
Interea quod restat adhuc, imponite flammis
Corpora, quæ diri miseranda insania belli
Arripuit dehinc nos cū primum crastina surget
Clara dies, læti Laurentia tecta petemus.

Aeneas

Dixerat, & tanto affatu conuersa tenebant
Ora simul, stupefacti omnes. & apertius ingens
Mirantes pietatis opus, mox robore toto
Congestas tapuere pyras, ignemq; repostis
Ciuibus immisere, altumq; sub æthera fumus
Euolat, atq; atris cœlum sublime tenebris
Conditur, innumeras ex omni rure bidentes.
Glādilegosq; sues iugulāt, pinguesq; iuuencos.
Immittunt rogis, latos incendia campos
Enudant, fremit impulsus clamoribus aer.
Iamq; sequēs clarum extulerat lux aurea Phœbū
Consedere in equis, & gressum ad tecta mouebant
Laurenti, atq; altis erectam mœnibus urbem.
Ante omnes pius Aeneas, post ordine Drances
Multa duci senior memorans. dehinc unica proles
Ascanius, multumq; animi maturus Alethes.
Et grauis Ilioneus, Mnestheusq;, acerq; Serestus.
Sergestus, fortisq; Gyas, fortisq; Cloanthus.
Post alii, mixtimq; Itali, Teucriq; sequuntur.
Interea effusi stabant per mœnia ciues,
Sublimisq; alta statuebant laude triumphos,
Troianam cupido expectantes pectore turbam.
Et iam aduentabat quos læta fronte Latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua.
At postq̄ medio uenientem ex agmine uidit
Dardanium Aenean, haud uera illusit imago.
Namq; omnes super excellens, atq; altior ibat.
Et late regalem oculis spargebat honorem
Sydereis, tunc cum primum data copia fandi est
Et uoces capere, atq; optatas iungere dextras

Poeta

Incipit

Incipit, & prior affatur placido ore Latinus.
Venisti tandem, cupidum nec fixa fefellit
Spes animum, lux Troianae clarissima gentis.
Magnorum quem iussa deum tot casibus actū
Italia, & nostris uoluerunt sistere tectis.
Qui si humana furēs nimis ausa licentia, sanctas
Turbarit leges, & diuum exciuerit iras.
Qui etiam multum totiens, me neq; arma negātem
Tradiderit duri pferre pericula martis.
Factum etenim, sed nec paruo stat, numina iustas
Indignata animis misere ultricia poenas.
Nunc age magne Phrygum ductor, quā do oīs origo
Seditionis abest, & tanti criminis author.
Connubiis succede, & pmissis hymenaeis
Sunt mihi regna, iacent ereptis oppida muris.
Sola autem fessae spes unica nata senectae

Aeneas Te generū, & natum tempus complector in omne

Qui contra bonus Aeneas Rex maxime nullā
In te hostē caussam armorum, tantiq; tumultus
Crediderim: placidae assueto sub tempore pacis.
Et si qua est pone hanc curā pater optime quaeso.
Nūc adsum, & patrem, & socerum te laetus in omnis
Accipio casus, magni mihi surgit imago
Anchisae, & rursum ardebo genitoris amore.
Talibus orabant inter se, & tecta subibant
Regia, cum studio effusae matresq;, nurusq;
Longaeuiq; patres stabant, iuuenumq; cohortes,
Pulchra reuisentes troianae corpora gentis
Ante omnes magnum Aeneam, cupidoq; notabant
Altum animo genus, & pstantem frontis honorem.
Quaesitamq; alacres pacemq; optata quietis

Munera laudabant, ceu quando longus, & ingens.
Agricolas tenuit resolutis nubibus hymber
Suspensos, curuumq; diu requieuit aratrum
Tunc si clarus equos spacioso limine titan
Lasset, & aurato coelum splendore serenet.
Laetitia exundant, & sese hortantur agrestes.
Non secus Ausonii tam laeto in tempore rerum
Composuere animos, & iam rex alta Latinus
Atria, regalesq; aditus intrarat, & una
Optimus Aeneas, sequitur quem pulcher Iulus.
Dehinc Itali, mixtiq; Phryges, tum splendida lato
Applausu, & magno completur regia coetu
Haec inter matrum innumera, nuruumq; caterua
In medius comitata uenit Lauinia uirgo.
Sydereos deiecta oculos, quam Trois heros
Virtute & forma, ingentem, mirabile dictu
Vt uidit, primo aspectu stupefactus inhaesit.
Et secum Turni casus miseratus acerbos.
Qui haud parua spe ductus ouans in praelia tantos
Ciuisset motus, durisq; arsisset in armis.
Tum uero aeterno iunguntur foedera nexu
Connubii, multaq; canunt cum laude Hymenaeos.
Dehinc plausus, fremitusq; altum sup aera mittūt.
Et laetam uoce per regia tecta uolutant.
At fidum interea Aeneas affatur Achaten.
Vadat, & Andromache quondā data munera uestes
Intextas auro ferat, & quod saepe solebat
Dum res Troianae stabant, circundare collo
Auratam gemmis, circunseptumq; monile.
Praeterea magnum cratera in pignus amoris
Quem Priamus patri Anchisae donauerat olim.
Nec mora iussa sequens pulcherrima portat Achates

rum dicendum esset, cum primum, data copia in. vij. postq̄ introgressi, & coram data copia fandi Et vocem capere sic in. vj. Venisti tandem, tuaq; expectata parēti, vicit iter durum pietas datur ora tueri, Nate tuaē veras audire, & reddere voces. Caetera quoq; verba Vergiliana sunt, vnde in secundo aenei. Aeneas ad Hectorem, O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum, & Anchises ad eum in sexto, nec me mea cura fefellit Factum etenim, sed nec paruo stat, idest non paruo constat Turno facinus perpetratum contra deorum voluntatem. Bene dixit, nec paruo, non nec parui, quia duntaxat tanti, quanti pluris, & minoris cum eorum composita, dum sine substantiuis sunt, ponuntur cum verbis precij in genetiuo, nam caetera oia in ablatiuo. Vnde Maro in secundo aenei. Et magno mercētur atridae. Numina indignata vltricia. diuideda sunt epitheta, vt sit, Numina vltricia misere, idest miserunt indignata, idest quae indignata animis iustas poenas. Quādo, idest quādo quidem omnis origo seditionis, scilicet Turnus, & amata. Sunt mihi regna, iacent ereptis oppida muris, vnde in septimo de latini regia Multaq; praeterea sacris in postibus arma, Captiui pēdēt currus, curuaeq; secures. Et cristae capitum, & portarum ingentia claustra. Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq; rostraq; carinis, vnde videtur interpretari locum in. xj. alioqui obscurum, de duro latini, vt intelligatur regis, non populi. Quem contra, idest e diuerso, sup. affatur: aut contra quem (quod durum esset) fatur. In te hostem causam armorum, Absumptio literarum & r literae repetitio, durum versum, sed in re tali, vtpote terribili, congruum faciunt. Ordo est in te assueto sub tempore placidae pacis. Socerus te laetus in omnis accipio casus. Sic nisus ad Euryalum libro nono. Iam pectore toto Accipio, & comitem casus complector in omnes. Magni mihi surgit imago Anchisae. Sic in secūdo, subyt chari genitoris imago. Ardebo genitoris amore. Id secundum grammaticem, poetice autem dixit Maro. Coridon ardebat alexim. Matresq;, idest matronae, nurusq;. i. nubiles: aut sponsae. Pulchra reuisentes, idest iterum, atq; iterum videntes quia pulchra, & peregrina. Sed castius Vergilius lib. iiij. dicens. Multa viri virtus animo, multusq; recursat Gentis honos. Non a corpore, sed ab animis laudat. Sed ibi de regina casta. hic etiam de plebe fit mentio. Ceu, quando longus: & ingens quia alterum sine altero esse posset. Est autem comparatio satis apta. nam non minus per bella q̄ per hymbres abducuntur coloni, vnde in Geor. squalent abductis arua colonis, clarus titan, .i. sol, lasset, .i. fatiget celeriter currendo. Splēdore aurato, idest auricomis radijs. Et iam rex alta la. atria, malus esset versus, nisi ponatur coniunctio, & quam ablatam inuenimus. & vna optimus Aeneas, vna, idest pariter coniunctis, scilicet manibus, ita vt neuter alterum praecederet. Dehinc quia Latinum comitabantur: mixtiq; phryges, bene mixti, ne posteriores censeantur. Tum splendida lato applausu, &c. Vt plurimū singulis singula dat epithets, quae carmen concinnum quidem reddunt, sed nimius phucus (vt ait Quin.) vitandus est, quin hoc poematе videtur satis, superq; affectatus. Regia est domus regis, graece aula dicitur, quam autem vulgus aulam vocat, potius atrium dixeris. Haec inter, anastrophe, idest inter haec, scilicet dum haec fierent, deiecta oculos, idest habens oculos deiectos, vnde libro vndecimo. Subuehitur magna matrum regina caterua dona ferens, iuxtaq; comes Lauinia virgo. causa malitanti. atq; oculos deiecta decoros. ideo igitur deiecta, quis causa malitanti & nunc quia sponsa futura. Primo aspectu stupefactus inhaesit. Mira louis decoris Lauiniae, vnde de aenes dictum est in primo. Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Casu deinde viri tanto. Qui haud parua spe ductus, qui operaepretium censuit pro tali virgine omnia dura pati. Ciuisset, Concitasset: a cieo vnde est bella cient, idest concitant, Connubij & multa canunt. Malus versus, vnde legendum connubij, & multa cantant cum laude: & vt multaq; canunt cum laude hymenaeos, idest dicunt epithalamia, idest carmina nuptialia, quae laeta, & iocunda cum bonorum multorum comprecatione fieri solent, vnde Iuuenalis, dictum est feliciter &c. Quis autem sit hymenaeus, dictum est alibi. Et laetam vocem, quia omnis tristitia ab noptiarum auspicijs proscribebatur. At fidum interea, sic in primo mittitur ad naues, sed ibi epitheton negocio aptum delegit poeta dicens, rapidum ad naues praemittit Achatem. Se non incongrue hic fidum dicit, quia ad talia dona afferenda non nisi fidus admitteretur. Munera autem Andromachen Aeneae dedisse docuit poeta in tertio dicens. Nec minus andromache digressu moesta supremo, Fert picturatas auri sub tegmine vestes, &c. Magnum cratera declinatur enim, hic crater, & est poculum. Strato discumbere in ostro. i. purpura, sic in primo, conueniūt stratoq; super discumbitur ostro. Sed eiusmodi luxus non videtur tam congruus Italicae parsimoniae, ac tyrys opibus, vnde de Carthagine: diues opum, studijsq; asperrima belli. Et ideo licet imitetur

Phucus nimius vitādus ē

poetam

poetam, longo tamen id facit interuallo, multumq; ab illo fri/get, sed non omnia possumus omnes, facilius esset vitia nota/re, q̃ sine vitiis scribere. Donatũ capit, ideo capit q: Donatum Accipimus enim & capimus ab aliis, sumimus per nos. To/tus autem apparatus conuiuii sumptus est ex primo æneidos vbi describitur conuiuium Didonis sic At domus interea re/gali splendida luxu instruitur, mediisq; parant conuiuia te/ctis. Arte laboratæ vestes, ostroq; superbo Ingens argentum mensis, cœlataq; in auro Fortia facta patrum, series longissi/ma rerum. Et paulopost. Dant manibus famuli lymphas, ce/reremq; canistris, expediunt, &c. Vnde quæ hic exponenda sunt, illinc eris possint: vt strato ostro, idest tapetibus purpu/reis. Nam quæ sternuntur intexta velamina tapetes, aut tape/ta vocantur, quæ vero suspenduntur in aulis: aulea dicuntur. Conuenere, discumbere, græce id dictum esset. Nam latine di/cas, discubitum: aut discubituri, aut ad discumbendum, vnde melius construas: conuenere iussi discumbere, & se inferre de/litiis: & dapibus futuris. scilicet deinceps illis, nam & præsen/tes erant, alioquin enim se non inferrent. Crystallus, vas cry/stallinum. Cererem, idest panem. At puerum pater immotis, &c. Id & Dido in cupidine sub forma ascanii fecit, Magis au/tem congrue dicitur, Latinus mores miratus: & prudentiam q̃ vultum, sed vultus etiam animi index est, vnde & vultum de/centem in puero decenter mirari potuit. Et grauiter puerili ex ore cadentia verba. Id enim mirandum, nam verborũ gra/uitas puerili ætati non congruit. Vnde Persius per irrisionem, Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox. Ante pilos venit, dicenda tacendaq; calles. Præterea mirandum erat. Verba grauiter cadentia, idest q̃ grauiter cadebant, q̃ si grauia dixis/set. Nam facile potest impudenti dari grauis sermo, dummo/do ex alterius ore loquatur, at difficile est eum grauiter loqui. quod autem dicit cadentia verba, laudem auget. Nam pauca verba etiam grauiter proferre possunt pueri, sed difficillimum est, dum ea cadunt, idest præcipitanter, aut in morem torren/tis fluunt grauiter offerri. Sed quæras quomodo maturum agnouit animum. Nempe ex oratione. Nam ex abũdantia cor/dis os loquitur. Donatum Aeneam pro tali prole ferebat: q: parentum felicitas consistit in bonis liberis, vnde Helenus ad Anchisen, vade ait o fœlix nati pietate: & Aeneas ad Didonẽ. o qui te talem genuere parentes. Postq̃ epulis compressa fa/mes, Vergilius dicit exempta fames. Labentem fallere noctẽ: idest transigere imperceptibiliter. Nunc duros Troiæ casus, locus sumptus ex fine primi æneid. vbi dicitur. Necnon & vario noctẽ sermone trahebat infelix Dido, longumq; bibebat amo/rem. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Nũc quibus auroræ venisset filius armis, &c. sed huiusmodi tradu/ctio temporis videtur importuna huic loco, vbi sponsus nouæ nuptæ iungendus erat. Sumpta etiam est pars sermonis, quẽ dat Latino ex sermone Euandri li viii. habito. Legesq; & iura dedisse. Maro autem dicit ipsam ante aduentum præcipue Sa/turni gentem haud vinclis, nec legibus æquam, idem tamen attestatur Saturnum eis leges dedisse dicens. Primus ab æthe/reo venit Saturnus olympo, arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptus, Is genus indocile, ac dispersum montibus altis, Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari, Maluit: his quo/niam latuisset tutus in aruis, &c. Et Bacchi & frugum cultus, vnde a Vergilio vitisator dicitur. Dehinc tecta secutum esse pa/terna Iouem, quia in Italiam venit, vbi ex Electra Athlantis fi/lia Dardanum genuit, qui occiso Iasio fratre, tandem ad phry/giam peruenit. Ex Corytho, scilicet vrbe italiæ, vnde in iii. cory/thum, terrasq; require Ausonias, dictæa negat tibi Iupiter ar/ua. Atq; insignem aquilam. Aquila dicitur in tutela Iouis & ei fulmina ministrasse, eo q̃ directo obtutu solis radios inspicit, nec fulmine tangitur. Hanc autem romani pro insigni habebãt quia per auspicium aquilarum inditum est a Romulo vrbi no/men, vnde Lucanus. Signa pares aquilas, alludit ergo ad Ro/manorum signa, volens ea etiam Troianis, vnde oriundi sunt fuisse, & Dardano ab ioue dono data Dant lucem flammæ, sic in primo. Et noctem flammis funalia vincunt. Et cythara. sic in primo, cythara crinitus Ioppas Personat aurata, &c. Variant q: pedes, scilicet saltando ad modulos psallentium, vnde du/ctitantium chorees gestum exprimit. Etiam festa nouem largo connubia luxu, Attigerant celebrata dies. Nouem dierum tem/pus priscis ceremoniis sæpe adhibitum legimus, quod & no/stræ religionis professores obseruant in purgationibus, & re/bus diuinis, volunt quidam eo q̃ sit ternarius ter repetitus, ex omni angulo trinitatem constituens: sed nihil ad hunc locum. Aeneas vrbem curuo signabat aratro. Nam ab vrbo parte ara/tri dictam vrbem vult Seruius, ducebantur autem primo mœ/nia aratro a boue, vt dicunt, & equo tracto, vt pacis, & belli fe/licitate gauderent, vbi vero porta fieret portabatur aratrum, vnde a portando portam dictam volunt, Varro tamen ab im/

portandis

Accipe q̃d, & q̃d est sumere

Q̃d est solutiõe

Vrbs vñ

Munera, tum socer ingentem cratera Latinus
Donatum capit, ac coniunx Lauinia uestes.
Atq; monile decens, placido dehinc pectore se se
Demulcent, uariisq; trahunt sermonibus horas.
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poscebant, mox regali conuiuia luxu
Effundunt, latoq; alta intra tecta paratus.
Conuenere omnes strato discumbere in ostro
Delitiis iussi, & dapibus se inferre futuris.
Dat manibus crystallus aquas, mensisq; reponunt
Flauentem cererem, tum læta fronte ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit mensas, pars pocula miscet.
Craterasq; replet, nunc hac, nunc uoluitur illac
Turba frequens, uarios miscentq; per atria motus.
At puerum pater immotis spectabat Iulum
Luminibus uultum admirans, moresq; Latinus
Et grauiter puerili ex ore cadentia uerba.
Maturumq; animum ante annos, & multa rogabat.
Permixtas referens uoces, dehinc oscula figens
Dulcia complexum manibus, iunctumq; fouebat.
Et nimium exultans felicẽ, & munere diuum
Donatum Aeneam pro tali prole ferebat.
Postq̃ epulis cõpressa fames traducere longam
Incipiunt fando: & labentem fallere noctem.
Nunc duro. Troiæ casus, gentesq; Pelasgas.
Nunc fera Laurentis memorantes prælia pugnæ.
Quo primum diffusæ acies. quo tela uicissim
Pulsa loco, qui primus ouans inuaserit agmen.
Fulmineumq; ardens in equo madefecerit ensem.
Præcipue Tros Aeneas, seniorq; Latinus.
Magnorum heroum, Latiiq; antiqua potentis
Gesta recẽsebant, fugientemq; horrida gnati
Arma sui Saturnum Italis latuisse sub oris.
Hinc latium dixisse, genusq; in montibus altis
Composuisse uagum, legesq; & iura dedisse.
Et bacchi, & frugum cultus, dehinc tecta secutum
Esse paterna Iouem, utq; Electra Atlantide cretus
Iasio Idæas cæso Phrygiæ esset ad urbes
Dardanus ex Corytho multa cum gente profectus.
Vtq; insignem aquilam dono, & Ioue patre superbus
Hectoreæ gentis signum. illustresq; tulisset.
Primus auctum titulos troianæ stirpis origo,
Talibus atq; aliis inter se longa trahebant
Tempora. tum fremitus, lætæq; per atria uoces
Alta uolant, strepitu ingenti tectum omne repletur.
Dant lucem flammæ, & lato splendore coruscant
Consurgunt Phryges, & cythara resonante sequũtur
Ausonii, & plausum ingeminant, seq; agmine toto
Permiscent, uariantq; pedes, raptimq; feruntur.
Et iam festa nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies, tum maximus heros
Aeneas urbem curuo signabat aratro.
Fundabantq; domos, & amictas aggere fossas.
Ecce autem fatũ haud parũ diffundere flammam
Ingentem, & fulgore leuem, & se nubibus altis
Miscentem summo Lauinia uertice uisa est.
Obstupuit pater Aeneas, duplicesq; tetendit
Ad cœlum cum uoce manus. Si Iuppiter unq̃
Gens monitis Troiana tuis, terraque, marique
Paruit imperiisq; libens, si numina uestras
Si metui, coluique aras, per si quid agendum est,
Quod restat, placidam felici affere quietem

Aeneas

Poeta

Augurio, & firmate, malisq; imponite finem.
Talia iactantem circumstitit aurea mater.
Se Venerem confessa, almo & sic edidit ore.
Gnate animo pone hanc curam, & meliora capesse

Venus

Signa deum, gaude isq; bonis succede futuris.
Nunc tibi parta quies, nunc meta extrema malorum.
Nunc tandem optatam cõponunt secula pacem.
Nec flammam ad coelos platam uertice charæ
Coniugis horresce, at constantem dirige mentem.
Nanq; erit illa tuum celebri quæ sanguine nomen.
Troianosq; aucturà duces ad sydera mittit.
Hæc tibi magnanimos sublimi ꝑle nepotes
Conferet, egregiis totum, qui laudibus orbem
Complebunt, totumq; sua uirtute potentes
Sub iuga, uictoresq; trahent, quos gloria summo
Oceanum transgressa ingens æquabit olympo
Quos tandem innumera ardẽs post illustoa rerum
Gesta, deos factura, uehet sup æthera uirtus
Hanc flammam uentura tuæ ꝑconia gentis,
Designant, hoc oĩpotens e culmine signum
sidereo dedit, at tantarum in munera laudũ.
Quam statuis dicas a nomine coniugis urbem.
Præterea sacros Troia ex ardente penates
Ereptos compone noua intra mœnia, & altos
Infer ad æternum mansuros tẽpus honores.
Hi (tibi mira feram) tanto urbis amore trahent.
Vt uecti ad sedes alias loca prima Latini
Sponte sua repetent, iterumq;, iterumq; reuersi,
O felix quem tanta manent, dehinc pace tenebis
Sub placida gentem iliacam, post fessus, & æuo
Confectus, tandem Elysias socer ibit ad umbras.
Succedes sceptro, atq; italis dominabere, leges
Communes Teucrisq; ferens, tum lætus ad altum
Te mittes coelum, sic stat sententia diuum.
Dixit, & inde leues fugiens se uexit ad auras.
Aeneas tanto stupefactam nomine mentem
Perculsus diuæ, ꝑagit mandata parentis.
Et iam compositos felici in pace regebat
Dardanidas, & iam decedens sceptra Latinus
Liquerat, & pius Aeneas successerat, omnem
Ausoniam, lataq; potens ditione tenebat.
Iam paribus Phryges, atq; Itali se moribus ultro.
Et socia ingenti firmabant pectora amore.
Concordiq; æquas miscebant fœdere leges
Tum medio Venus exultans se immisit Olympo
Ante iouem, & complexa pedes sic ore locuta est.
Omnipotẽs genitor, q̃ solus ab æthere summo
Cuncta moues, qui res hominum, curasq; recenses
Cum Teucros traheret fortuna inimica recordor
Spondebas finem ærũnis, rebusq; salutem.
Nec tua me ꝑmissa pater sententia fallit.
Namq; omnes gaudere sacra tris pace ꝑ annos
Viderunt Italæ nullo discrimine partes.
Verum ad syderei missurum culmina cœli
Pollicitus magnum Aeneam, meritumq; ferebas
Illaturum astris, quid nunc sub pectore uersas?
Iamq; optat matura polos Aeneia uirtus.
Olli hominũ sator, atq; deum dedit oscula ab alto.

Poeta Iupiter

Pectore uerba ferens, q̃tum cytheræa potentem
Aeneam, Aeneadasq; omnes infessus amaui.
Et terra, & pelago, & ꝑ tanta pericula uectos
Nosti, & sæpe quidem indolui cõmotus amore
Gnata tuo, tandemq; malis Iunone secunda

portandis rebus. Fundebantq; domos. scilicet Troes, q; ser uile est officium, sed primum sulcum ducere pontificale, vnde illud famulis. hoc Aeneæ contribuit. Sane fundabant domos, ro. cu pro fundamenta domuum iaciebant. Nam fundare est confirmare res prius iactas, fundamenta iacere est eas inchoare, eo q; nobiles, qui claris ædificijs fundamenta prima iaciunt. non descendunt in scrobem, sed primum (vt aiunt) lapidem deyciunt, potest tamen fieri, vt in eo loco fuerint domus: quas Aeneas fundauerit, & muro cinxerit, & ita proprie ponitur. Ecce autem fatum haud paruum. Alij fatu legunt, vt sit haud paruum. idest res haud parua fatu. idest ad fandum, aut dum fatur, aut ecce autem prodigium, sup. aut monstrum, aut portentum, quod etiam Ascanio, & Lauiniæ contigisse Maro memorauit, omnia igitur inuenta sunt Maroniana, & fere verba, sed non tam apte posita vt ab illo, duplicesq; tetendit, Ad cœlum cũ voce manus, verba sunt Vergiliana æneid. ij. At pater Anchises oculos ad sydera lætus, Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit. Talia iactantem, &c. Nulla videtur in verbis iactantia sed precatio cum decenti fiducia. Aliter autem in primo dixit. Maro. Talia iactanti stridens aquilone procella, quia ibi nequicq̃ mortem precabatur. Aurea mater, dicitur a Vergilio quoq; aurea Venus. Se venerem confessa. vnde lib. ij. Alma parens confessa deam, qualisq; videri cœlicolis, & quanta solet, Nec flammam, &c. Inanis præceptio, quia ipse Aeneas nouit eius rei significationem felicem esse, vt ex secundo æneid. & alijs quibusdam poetæ locis constat, Oceanum transgressa propter deuictos britannos, quos Anglos vocamus, aut propter id, quod dictum est in primo de Iulio cæsare, Imperium oceano, famam, qui termine astris. Hanc flammam ventura tuæ præconia gentis designant. Videtur hypallage vt sit pro eo, quod est, hæc flamma designat præconia tuæ gentis. Dicit autem deos factura vehet super æthera virtus Propter Romulum & Iulium cæsarem, quos in deos translatos fingunt. At tantarum in munera laudum, sic verior est lectio, vt sit in munera, idest ad munera, hoc est pro munere tantarum laudum, idest in recompensationem tantæ laudis, quæ tibi per Lauiniam portenditur. don abis eam hoc honore, vt vrbem, quam statuis ab eius nomine Lauinium appelles. Præterea sacros, &c. Coluerunt romani Phrygios deos. vnde hæc ficta Hi, (tibi mira feram), tanto &c. parenthesis est uoi mira feram, idest miranda dicam. Nam ordo est. Hi scilicet dij penates trahentur tanto amore vrbis, ipsi vecti ad alias sedes repetant sua sponte, idest per se prima loca Latini, scilicet vrbis: reuersi iterumq;. iterumq;, idest semel ac iterum, aut iterum, atq; iterum, quod & in hystorijs legitur. O felix, quem tanta: scilicet ornamenta, & dona manent, idest expectant, & cui tanta futura sunt. Tandem Elysias. Non Congruit illi, quod dictum est in primo, Sublimemq; feres ad sydera cœli, magnanimum Aeneam, tertia cum Latio regnantem viderit æstas. Ternaq; transierint Rutulis hiberna subactis, Nam si post subactionem Rutulorum non nisi tres annos victurus dicitur Aeneas, incongrue dicitur de Latino, q; tandem Elisias socer ibit ad vmbras. & ad Aeneam succedes sceptro, atq; Italis dominabere. Sic stat sententia diuum. Hoc enim a Ioue audiuit in. i. dicente, Sublimemq; feres, &c. Tanto stupefactam nomine mentem percussus, idest habens mentem stupefactam percussam aut perculsam, tanto nomine. i. nominis, hoc est famæ promissione. Tum medio. Aggreditur vltimam partem operis: quæ est de translatione Aeneæ in cœlũ, de qua veritatem secutus recte dubitat Horatius dicens quarto carminum ad Torquatũ. Quo pius Aeneas, quo Tullus diues & ancus? Puluis, & vmbra sumus. De morte. n. Aeneæ recitat Seruius, q; secundum Catonem simulac in Italiam venit Lauiniam Turno desponsatam duxit. vnde moto bello in primo prelio periit Latinus: in secundo pariter Turnus & Aeneas. Secundum alios autem victor Aeneas cum sacrificaret super Numicium, in ipsum incidit, & cum non appareret, dicebant deum, indigetem factum, vnde Tibullus ad eum. Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici Vnda deum cœlo miserit Indigetem, Est autem datiuus localis, medio se immisit olympo, pro eo quod est in medium olympũ. Non incongrue autẽ datur illi in cœlo, locus medius, q; sydus Veneris est proximũ sub sole, qui medius planetarum est, vnde dictum volunt illud. in medio residens complectitur omnia phœbus. Quod autẽ complexa pedes, aut supplicem indicat: aut q; sydus eius infertus est, q̃ sydus iouis. Ore locuta Pleonasmos est sicut in. Vergilio sæpe, nisi dicamus deos, & deas etiam nutu loqui. i. voluntatem indicare. Tris pace ꝑ annos. Si igitur non nisi tres annos, quæres quomodo prius tandem dixerit, quod multi temporis est? Viderunt italæ nullo discrimine partes, idest sine discretione toti Latio dom natus est, non tamen toti italiæ Pollicitus in primo libro, vt diximus Olli, sic in primo: Olli subridens hominum sator, atq; deorum, Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur, &c. infessus. i. non fessus & indefatigatus Nosti & sæpe quidem] sic.

Angelis dicant

Aeneæ mors q̃ fuerit

Qd cum solutione

ſic Venus in pmo ad cupidinē. Nota tibi, & noſtro doluiſti ſæpe dolore. Iunone ſecunda.i. pſpera, & fauēte, ut dictū eſt de ea in primo. Cōſilium melius referet, mecūq; fouebit, Romanos rer dominos, gentēq; togatā. Imitatur aūt illud æneī. iiij. Dys equidem auſpicibus reor, & Iunone ſecūda. Nunc ſtat ſui a mē ti.i. placet, vñ in.i. Neq; me ſentētia vertit. Stat aūt.i. placet, & decretū eſt vt ſtat caſus renouare oēs. Qua ductorē alto phrygiū ſuccedere cœlo Inſtitui. Hæc vera eſt lectio, nō aūt alta phrygū Numeroq; inferre deor. Conſtat.i. pſtas, & firma eſt ſentētia. Si qd in ipſo mortale eſt adime.ſ.p apotheoſim, purgādo ipſum Quin ſit. Ordo eſt. Quin.i. quinetiā, aut gnimo, ſi alios ſua.i.ppria virtus habet, q accingāt ſeſe perēni laude, & ſup q exhorrēt geſtis pſtātibus.i. ppter præſtantiā geſtor, orbē.ſ. caducorū q eſt ſub lunari globo, ego mittā rurſu3 illos ſup æthera, qd ppter Iulū præcipue dicit, cuius viſum putabatur ſydus. vnde eſt. Ecce Dionei pceſſit Cæſaris aſtrū. Nec regia Iuno abnuit: qz iā placata. Vicina Numicus vndis Flumineis, nam fluminibus augeť. Hinc colligū ſaltē ſm mētē Mapphei in noiatiuo dici Numicus, ſm quē in illo Tibulli ſacra vnda Numici, ptractio erit duar vocalium in vnam, ſunt tamen, qui a Numicius dici contendant, Tūc corpus gnati abluere.ſ. iubet, vñ eſt illud Tibulli: tā ſæpe eſt aſtū. Illic ſanctus eris. cū te veneranda numici, Vnda deū cœlo miſerit indigetē. Qui aūt ſint dy indigetes inuenies p tabulā, Quia vero hiſtoria habet ipſu3 ſubmerſu3 in Numico, ſeu Numicio, vide Dido in.iiij. S3 cadam añ diē: mediaq; inhumatus harena, ideo fingiť illic purgatus. Templiſq;, ſubaudi, eni, aut eius, vt ſit cui imponit teplis, aut cuius téplis imponit. Hæc aūt ei a dicta ſunt ſm fabulamēta gētiliū, nā Mapheus ipſe nō ex ſua fide cōpoſuit, ſ3 vt ſuppleret, qd operi Vergiliano deeſſe fruſtra (vt diximus) putabat. Et hæc in hūc decimūtertiū quē cū nō ſit Vergily, a fine chartar numeris ipreſſimus.

Impoſui finem, nunc ſtat ſententia menti.
Qua ductorem alto Phrygiū ſuccedere cœlo
Inſtitui, & firma eſt numeroq; inferre deorum
Conſtat, & id concedo libens, tu ſi quid in ipſo
Mortale eſt adime, atq; aſtris ingentibus adde.
Quin ſi alios ſua habet uirtus, qui laude perenni
Accingat ſeſe geſtis pſtantibus orbem
Exhorrent, illos ruſum ſup æthera mittam.
Aſcenſere omnes ſupi, nec regia Iuno
Abnuit, at magnū Aeneam ſuadebat ad altum
Efferri cœlum, & uoces addebat amicas.
Tum uenus aerias deſcendit lapſa p auras.
Laurentumq; petit uicina Numicius undis
Flumineis ubi currit in æquora arundine tectus.
Tunc corpus gnati abluere, & deferre ſub undas.
Quicquid erat mortale iubet, dehinc læta recētem
Feliceq; animam ſecum ſup aera duxit.
Immiſitq; Aeneam aſtris, quem Iulia ples
Indigetem appellat, templiſq; imponit honores.

FINIS.





P. Verg. Maronis ad Octauium Culex.

Vsimus Octaui gracili modulante thalia.
Atq; ut araneoli tenuem formauimus orsum.
Lusimus, hæc ꝓpter culicis sint carmina dicta.
Omnis ut historiæ, ꝑ ludum consonet ordo,
Notitiæq; ducū uoces, licet inuidus adsit.
Quisquis erit culpare iocos, musamq; paratus
Pondere uel culicis leuior, famaq; feretur.
Posterius grauiore sono tibi musa loquetur
Nostra, dabunt cum securos mihi tempora fructus.

DOMI. Argumentum.

Pastor oues, de more ad vmbrā compellēs ad fontē platanis, & alijs arboribus inumbratū peruenit, huius aquā serpēs bibere solit⁹ illuc peruenit. pastorem qui obdormierat, reperit, & morsu ꝑimere nitebat. Culex pastorē mordens excitauit, pastor culicem manu captū interemit, & indignatus postea q culicē suæ salutis cām īteremerat, iterū obdormiuit, culicē in ꝗete videt, ei oēm inferoꝝ curā mōstrātē, excitatus deniq; somno ei sepulchrū miro instruit ornatu. Thalia, musas Iouis, & memoriæ filias poetæ tradunt, alij thespidis, ac Iouis, alij terræ, ac cœli. Quidā treis eē senserūt, Homer⁹. ix. ee asserit. Hesiodus noia recēset. Vez Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Vrania, Calliope. Diodorus harū noibus ꝓprietatem ponit, ut κλέιω. idest clio, ꝓpter gloriā, quæ ex poetarum laudibus ori. ἐυτέρπη. i. euterpe ob voluptatē percepta ab audientibus θάλεια. idest thalia, quoniā poetarū laus longo tempore uiret θάλλειν dicit̄ virere. μελπομένη. i. melpomene a melodia, qua demulceat audiētes μέλπω enī mulceo dicitur τερψιχόρη terpsichore. i. oblectatio ob doctrinæ bona. ἐρατώ erato ab amore, quē erota vocant, q docti amēt homines

Musæ.

ASCEn.

Vsimus octaui. Sicut in præfatione syluarū suarū attestat̄ papinius, & Homerus, & Maro fecerunt quædā quasi ingenij sui ꝓludia, inter quæ hicē expresse cōmemorat, opus ꝑfecto lepidus, & in re tenui non tenuē gloriā meritū. Inter animātia enim vix quicq̄ minus culice, at tamē de eo rem arduā, & ex medullis philosophiæ haustam confecit, insequens præcipue paradoxon pythagoricū, asserēs, vez etiā culicis manes ac vmbras post mortē extare. Docebat enim pythagoras, vt in litera pythagoræ latius declaraturi sumus, unū, eundēq; esse in hominibus, & in brutis animū vsq; adeo, vt de vnius corpore vicissim in alterius corpus migret, unde orit̄ culicis deploratio, cuius ad inferos cogent̄ manes descendere, imo iam coacti erant, recipi tamē nondū potuerunt, cum viderent̄ adhuc corpori obnoxij, quia nondū obtinuerat legitimā sepulturā. Quā rem tangit. Vergi. æne. vj. ex ægyptiorū dogmate dicens. Nec ripas dat̄ horrendas, nec rauca fluēta. Trāsportari prius q̄ sedib⁹ ossa quierūt. Centū errant annos, volitātq; hæc litora circū, Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt. Inducit ergo in hoc ope spiritus culicis a pastore iterfecti ab inferis, eo q insepultus eet rediēs, munusq; sepulturæ ab eo iplorās, eiusq; occasiōe multa, quæ iam apud inferos ꝓcul viderat, recitās. Reliqua argumenti satis a calderino explicant̄. ¶ Ordo igit̄ est. o Octaui. s. auguste, quē vulgus octauianū appellat, nos lusimus. i. tenuiter descripsimus opus nō magni pōderis & hoc thalia. i. musa nra modulāte. i. modulate dictāte. Atq; formauim⁹ orsum. i. cōtextū, tenuē. i. modicū, vt araneoli. i. parui aranei. Nam vermio arane⁹ dr, tela vero ꝓprie aranea, sed cōfundunt̄. Ordiri aūt tam textor q̄ scriptor, vnde. Ordimur telas. ordimur verba loquēdo. Lusim⁹ inqt, & hoc pp. i. ꝓpterea, hæc carmīa sūt dicta culicis. i. de culice cōposita, vt ois ordo. i. cōtextus historiæ cōsonet ꝑludū (quo verbo dicendis fidē adhibiturū negat) Notitiæq; ducū voces, & vt voces notitiæ ducū cōsonēt ludo, voces sunt notitiæ ducū, qz vt dicit Hora. Paulū sepultæ distat inertiæ cœlata virtus. Et alibi. neq; si chartæ sileant qđ bene feceris mercedem tuleris &c. (Alij legūt, Nutricesq; ducū, alij nutritæ) voces igit̄ sunt notitiæ, aut nutrices ducū, licet inuidus adsit. Quisquis erit paratus culpare iocos, scz meos, & musam, ferei, idest habebitur leuior. vel. i. etiam pondere culicis, & fama. Nostra musa loquetur tibi posteri⁹. i. postmodum, sono grauiore, cum tempora dabunt fructus securos. i. sine cura possidenda ocia. aut forte significat, se nec dum agrorum suorum fructus secure percipere.

Opinio stulta pythagoræ

Ordo.

Aranea q dicatur

Et rosa purpureo crescit rubicunda colore.
Et uiolæ omne genus,hic est & spartica myrtus.
Atq; hiacynthus,& hic cilico crocus editus aruo.
Laurus item Phoebi decus exurgens rhododaphne.
Liliaq;,& roris nouania cura marini.
Herbaq; thuris opes priscis imitata Sabinis.
Chrysanthusq;,hederæq; nitor pallente corymbo.
Et Bacchi Libyæ regis memor,hic amaranthus.
Bumasthusq; uirens,& semper florida pinus.
Non illinc narcissus abest,cui gloria formæ
Igne cupidineo proprios exarsit in artus.
Et quoscunq; nouant uernantia tempora flores.
His tumulus super inseritur,tum fronte locatur
Elogium,tacita quod firmat littera uoce.
Parue culex,custos pecudum,tibi tale merenti
Funeris officium uitæ pro munere reddo.

¶ Viridi terrã gramineã. Cespes enim est terra cũ herbis, & radicibus auulsa, Cura.i. accuratio,& studiũ,seu opa, iam memor pageris labore inceptũ sibi,cumulauit.i. in cumulũ,& tumulũ crexit opus cõgestũ.i. accumulatũ, atq; tumulũ telluris .i. rũba in terra extructa, creuit in multo aggere.i. cumulo telluris.i. terre in orbẽ forma, tum.i. tuba orbicularis formæ, circũ quẽ.s. orbẽ, ac tumulũ, ipse formãs lapidẽ.i. sarcophagũ, de marmore leui.i. polito, conserit,sup. ipsum variis herbis & odorib⁹, existẽs memor assiduæ curæ.i. sollicitudinis hic sup. crescit,&.i. simul acanthos, virgultũ illud odoriferũ, seu frutex semp in ægypto frondes, sic dictus, q spinis est plenus. dictũ tamẽ est in Buc. Et molli circũ est ansas amplexus acantho. propterea aũt,q semp frõdet bene addit tumulo. Putabãt ũt enim id vmbris, & manibus gratũ. vnde Persius: Nũc nõ e tumulo, fortunataq; fauilla. Nascent violæ. Et Iuuenalis, Di maiorũ ũbris tenuẽ, & sine põdere terrã. Spirãtesq; crocos,& in vrna ppetuũ ver. &c. & rosa rubirũda colore purpureo, quẽ pp sanguinis cõformitatẽ alæ appetũt, vnde i sexto æneí. Purpureos spargã flores, animaq; nepotis, His saltẽ accumulẽ donis, &c. oẽ genus violæ, q; sunt, & nigræ, & purpureæ. vñ, Et nigræ violæ, sunt & vaccinia nigra, sup. est hic, aut crescit hic, & myrtus spartica, quæ plurima, aut pstãtissima crescit i sparta, est hic, & hiacynthus.s. flos, de quo in buco.& suaue rubens hiacynthus, est sup. hic, & crocus editus.s. pmũ, aruo cilico.i. in Cilicia, est sup. hic, Itẽ lauri, appositione decus phœbi, pp daphne in eas versam vñ in Bucoli. Phœbo sua sp apud me, Munera sunt lauri, &c. & rhododaphne exurgẽs.s. hic. Est aũt rhododaphne frutex, q & rhododẽdine di, in põto crebro nascẽs, & lilia supple sunt hic, quorũ color ppter lactis similitudinẽ gratus putaẽ. Verg. in. vj. Manib⁹ date lilia plenis, Purpureos spargã, &c. & cura nouania.i. quæ nouano est roris marini, est sup. hic, & herba thuris.i. thurifera, imitata pscis sabinis, opes.i. diuitias, & chrysanthus ab auro dictus & nitor hederæ.i. hedera nitida corymbo.i. fructu eius, pallẽte.i. sub albo, laudat.n. alba. Vñ in Buc. Hedera formosior alba vnde in cedi ope. diffusos hedera vestit pallẽte corymbos, & memor Bacchi regis libyæ, q lybiã deuicit, & ide hedera coronatus redyt, hic supple est aut crescit amarãthus.s. arbor, & bumasthus frutex a mamillarũ bouis similitudine dcũs, virens.s. pperuo, & pinus sp florida & narcissus.s. flos, aut herba eius, i qua puer versus di, no abest illhe: sed adest illic, cui.s. narcisso puero gloria ppriæ formæ, exarsit igne cupidineo.i. amoris i pprios artus.i. in ppria mẽbra, & flores quoscunq; tpa vernãtia.i. verna: aut verre ducentia nouãt.i. inouãt, nõ absunt, sup. illinc, tumulus inserit.i. spargit, sup.i. desup: his floribus, & virgultis dictis, tũ i. deinde elogiũ.i. epitaphiũ cõtinẽs titulũ defuncti, & cami necis, locaẽ in frõte.i. pma pte marmoris sarcophagi (sunt tñ q legãt i frõde i iter frondes, aut q a oliz i folus palmarũ, vt sybillæ scribebat, aut q a frõdes, & flores supponebãt, sed poti⁹ legere i frõte, q a i frõte titulũ scribi solet) qđ.s. elogiũ, lfa.i. scriptura, firmat.i. cõfirmat, voce tacita.i. nõ expssa, sed Epitaphiũ. aut ordo est. O parue culex, ego custos pecudũ, aut culex existẽs custos pecudũ, q a pastorẽ seruauit, ego reddo sup. p munere.i. dono, & officio vitæ.s. saluatæ officiũ funeris.i. funebre, & exequale, reddo inq̃t, sup. tibi, nil.i. nõ aliqd nõ merenti aliqd tale, q a nõ mortis, sed vitæ beneficiũ meruit. Donat⁹ aũt legit tibi tale merẽti, & reddit, vt sit custos pecudũ, reddit tibi merenti tale officiũ funeris p munere vitæ.

ASCEn. Cespes qd sit

Rhododaphne qd sit



Battare

A. CEn. Ordo.

Battare. Quādoq̄dē oīa atq̄ ad pncipia dici solēt: sīa aphice a caldei no explanata tam: Nos ordinem psequemur q̄ talis est. O batt. m. s. ar bor agro meo sita: sub qua olim recubui. repetamus carmine. i. iterū canamus. q̄a ia de culice cecinerat: aut q̄a pus cecinerat. anteq̄ ager restitutus erat: & iterū nūc q̄n ab arrio occupatus erat quæ res in meti declarata est: voces cygneas. i. mœstas na cātator cygnus funeris ipse sui. Canamus sedes iterū diuisas. s. a possessoribus seiūctas: aut militibus diuisas iterū. & canamus rura dura: q̄bus indiximus diras. i. precationes amaras: hoc est ipia. i. execrabilia vota. Hœdi rapiēt ante. i. prius lupos: cōtra naturā vtrorūq̄. vituli rapient ante leones & delphini (a nominatiuo delphinus) fugiet pisces. s. reliquos aq̄læ fugiet añ colūbas: & discordia rerū couersa retro. i. retrorsū glicet. i. crescet multa. i. multū cū sm Salu. cōcordia res puæ crescāt: discordia āt magnæ dilabant. Nō stat er uersus: si legat: multo & ita nō cōstruet cū pus: sed cū crescet. Crescet ergo multa. i. multū: & id prius q̄ mea auena: idest fistula rustica nō sit libera: idest q̄ nō impręcer liber e: quæ volo. O lycurge i extbraciæ infelix: & dire. ego dicā: idest memorabo: & consimilia imprecabor tua impia fata: idest exitum tuū mōtibus: & syluis. ita est vbiq̄ in agro meo: idest imprecabor vindemiatoribus vineæ meæ qd̄ tibi accidit. Gaudia trinacria. i. apū hyblea ū de quibus in buco. Hybleis api. flo. de. sal. sterilescant nobis: nec cura fœcunda. idest fertilia nostri senis: de quo in eodē: Fortunate senex er. tua ru. ma. nec segetes parturiant felicia semina, colles non parturiant pascua. scilicet caprarum, arbusta nō parturiant nouas fruges, pampinus, idest vitis pampinosa, nō parturiat vuas, idest racemos, aut botros, ipsæ syluæ nō parturiat frōdes, ipsi, sup. mōtes non parturiant flumina, scilicet amniū, aut fontium Repetamus rursus, & iterum o battare hoc carmē. s. execratorium. Effœtas cereris. Ordo est. O sulci cereris. i. facti ad cererem: hoc est frugē ferendam condatis. i. abdatis, & foueatis loco cereris, auenas effœtas. i. steriles. vnde alibi. Grādia sæpe q̄bus mandauimus ordea sulcis, infelix loliū, & steriles dominantur auenæ, Prata pallida. i. languidas, & pallidas herbas producētia, sitientia æstu. i. præ calore desiccata, flauescāt. i. fiant flaua. Mala. i. fructus arborum, vt poma, pendentia ramis cadant. i. decidant immatura. i. ante maturitatē: & frōdes desint syluis, & humor desit fontibus, nec carmen deuotū. i. deuotiuum, & imprecatiuū. seu execratoriū desit nostris auenis. i. calamis rusticis, q̄bus hæc canimus. Hæc serta veneris. i. tā pulchra, & odorifera, vt veneris dicas, florētia vario colore, auræ dulces. i. suaues, hic. i. pcedētes ab his sertis, & spiritus agri. i. flatus, & odor diffusus p agrū hic. i. ex his sertis mutēt. i. p imutationē pducāt æstus pestiferos, & venena tetra. i. diras infectiōes, & pestilētias, vlla dulcia. i. vllæ res dulces nō ferātur oculis. i. ad oculos, & vlla dulcia. i. vllæ res dulces nō ferātur aurib[9]. i. ad aures, ego precor sic. & hæc carmina superēt. i. maiora sint nr̄is votis. i. pp vota nostra, vel q̄ sint vota nr̄a. Deinde ad lydiā amicā rusticā, quā derelinquere coactus est, cōuersus, inq̄t. Nos ludimus. i. carmina amatoria conficimus, & tu o battare, optia syluar. i. pstātissima inter arbores, cantata multū nr̄is libellis. s. bucolicis, vbi fagū describit, dēsa virētis. i. virgultis virētib[9] formosis, nos tōdemus. i. amputamus vmbras. s. tuas virides, nec tu læta. i. luxurias frōdibus, & lætitiā afferēs, iactabis ramos comātes. i. frōdētes mollis. i. flexilis, & lētos, aut lēta, si fit nt̄i casus, & hoc auris iflātib[9], nec o battare meū carmē resonabit sæpe mihi, sicut pus. vñ i tityro formosā resonare doces amaryllida syluas. cū. i. q̄n dextera ipia militis ipy. s. arrij barbari, & imitis, succedet ferro. i. ad ferrū applicabit. q̄ p hoc e simul formosæ vmbræ. s. tuæ cadēt, & ipsa. i. tu (aly tñ ipsæ legūt, s3 arboris nome rectius fœminine ponit, sicut pus optia syluar) appositor ligna dn̄i iter felicia necq̄q̄. i. frustra, & potius deuota. i. exitio addicta, nr̄is libellis. i. p libellos nr̄os. Ipse Iupiter. i. aer, flagrabit. i. ardebit ignibus æthereis. i. cœlestib[9], aut q̄ sunt sub globo lunæ, Iupiter. i. aer tēperat[9], aluit hac. s. arborē battar, q̄ fagus est. op3, vt supple hæc. s. arbor, fiat tibi o battare cinis. i. resoluat i cinerē, & vires boreæ thracis i. alli[9] vēti flantis ex thracia. i. a septētriōe. spiret tū i tūc, cū hæc ardebit, inania, i. inanit. nomē p aduerbio. Africus. s. vētus, hoc ē meridionalis, pur[9]. i. sine nube, agat. i. ipellat nubē, nuxtā caligine fulua, & hymber. i. pluuia immineat nymbis nutātib[9]. i. diuersis cātib[9] se, aut nutātib[9]. i. vacillātibus. cū sylua tua. i. ex te facta. Sic fere legit, malim tamē legere Eurus. i. ventus orientalis agat nubē mixtam caligine fulua. Et hymber africus. i. meridionalis immineat nymbis nutantibus, vt taceat fauoniū, quia salutarē. resplendēs æthere cyaneo. idest frequenter mobili, sicut petræ cyaneæ iuxta pōtum dicuntur moueri, nō dicēs iterū erebo, idest deo inferorum, lydia

Lycurg[9] q̄ fuerit

Ordo

Noīa arbor sunt generis fœminini

Cyaneæ motus

P. Vergilij Maronis Diræ, idest carmen execratorium in Battarum.

Battare cycneas repetamus carmina uoces,
Diuisas iterum sedes, & rura canamus.
Dura, quibus diras indiximus impia uota,
Ante lupos rapient hœdi, uituli ante leones.
Delphini fugient pisces, aquilæ ante columbas,
Et conuersa retro rerum discordia gliscet.
Multa prius fuerit q̄ non mea libera auena
Montibus, & syluis dicā tua fata lycurge
Impia, Trinacriæ sterilescant gaudia nobis.
Nec fœcunda senis nostri felicia rura.
Semina parturiant segetes, non pascua colles.
Non arbusta nouas fruges, non pampinus uuas.
Ipsæ non syluæ frondes, non flumina montes.
Rursus, & hoc iterum repetamus Battare carmen.
Effœtas Cereris sulci condatis auenas.
Pallida flauescant æstu sitientia prata,
Immatura cadant ramis pendentia mala.
Desint & syluis frondes, & fontibus humor.
Nec desit nostris deuotum carmen auenis.
Hæc Veneris uario florentia serta decore.
Purpureos campos quæ pingit auena colore.
Hinc auræ dulces, hinc suauis spiritus agri.
Nutent pestiferos æstus, & tetra uenena.
Dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur.
Sic præcor, & nostris superent hæc carmina uotis,
Ludimus, & multum nostris cantata libellis.
Optima syluarum formosis densa uiretis.
Tondemus uirides umbras, nec læta comantes
Iactabis mollis ramos inflantibus auris,
Nec mihi sæpe meum resonabit Battare carmen.
Militis impia cum succedet dextera ferro.
Formosæq; cadent umbræ, formosior illis.
Ipsa cades, iterum domini felicia ligna.
Ne quidquam nostris potius deuota libellis.
Ignibus ætheris flagrabit Iuppiter ipse.
Iuppiter hanc aluit, cinis hæc tibi fiat oportet.
Thracis cum boreæ spirent immania uires.
Eurus agat mixtam fulua caligine nubem.
Africus immineat nymbis nutantibus hymber.
Cum tua cyaneo resplendens æthere sylua.
Non iterum dicens erebo tua Lydia dixit.
Vicinæ flammæ rapiant ex ordine uites.
Pascantur segetes diffusis ignibus, auræ
Transuolet arboribus, coniungat & arbor aristas.
Pertica quæ nostros metata est impia agellos
Qua nostri fines olim, cinis omnia fiant.
Sic precor, & nostris superent hæc carmina uotis.

Battare cygneas: summa opusculi huius est talis. Quum bello ciuili inter. M. Antonium & Augustum habito: cremonenses. M. Antonio fauissent: uictoria potitus Augustus: cum in eos ultione puniendos animum direxisset: Arrium centurionem iussisse traditur ad diuidendos inter milites cremonenses populi agros: sed cū non suffecissent: & vicinoꝝ mantuanorū agros diuisit. quo circa Vergilii agri inter alios militibus dati sunt: quod ægre ferens Maro: non solum pp deperditos agros. verũetiam

DOMI. Argumētū opusculi

Battarus quid sit

verū etiā ppter amicā lydiā in Mātua derelictā, hoc opusculū scripsit Verg. & diras appellauit, hoc est male ominatæ ipre/cationes in hostes factas. Dirigit aūt ad Battarū, nō vicū, vt aliq male sentiūt, sed sicut pōt ex verbis Verg. colligi, batta/rum pastorem, qui erat in agro Vergiliano, itaq; fagum de q in Buco. scribit, intelligimus. Repetamus, q; sic ipse erat more culicis la/chrymabile. Cygnus, olorē etiā appellat, auis est alba, & cum ad mortem puenit, maximo dolore angit, adeo vt flere videa/tur, hic Ouid. in Fast. de Arione loquēs, veluti canētia dura. Traiectus penna tempora cantat olor. significat hoc loco lachrymabi/les voces se repentinas de amissione agri sui, qles culex supra

rum, lydia tua scilicet amica vixit, flāmæ vicinæ rapiāt vites ex ordine. i. cōsumant per ordine & segetes palea. i. deuorē/tur, & absumatur, ignibus auræ. i. aeris, aut venti vrens, dif/fusis scilicet per omnia impia. Ex sui Calderinum, arbor per/tica. i. virga lignea, impia, idest ad ipsos vsus redacta, quæ metata, idest mēsa est quodam nostros agellos, ab ea scilicet parte qua, sup. sunt fines nostri, trāsuolet, idest eripiat̃, & era/dicet̃ arboribus, & sup. omnia fiat cinis, & precor sic. & hæc carmina superent, idest maiora sint nostris votis, idest desyde/rijs, aut deuotionibus, sicut prius expositum est.

Auena vñ dicta

egerat. Sedes, rura mea diuisa fter milites. Quibus agris. Indiximus, deuouimus. Diras, iprecationes. Ant. In. oīa sint in con/trarium, qđ est ipossibile. Gliscet, crescet. Auena pro stylo poetico, & scribēdi charactere accipit̃. Est enim herba inter frumen/ta nascēs, & a crescendi auiditate auena appellata est. Mōtibus, & syl. q̃ & circūdabat arua Verg. hinc in Buco. Frigus capta/bis op. & alibi. Qua se subducere colles, Incipiunt, mollīq; iugū demittere cliuo. Lycurge, rex thraciæ, q cū sacra bacchi sper/neret, falce genu subsecuit suum. dicit ergo tale omen aruis se dicitur, & milienum rex nominabant enim, in quo ager contige/rat Vergilianus, Trinacriæ, dicit post q̃ sibi ablati sunt agri, talis eos sequat̃ sterilitas, qualem habuerunt siculi, cum inde Pro/serpina a plutone fuisset rapta. Senis nostri, pr̃is mei Vergilij, qui dicebat̃ Rusacus rex. Sulci. vos sulci agri abscōdatis, Effœ/tas, vacuas. Cereris frumēti. Aestu in æstate sint oīa pestifera. Oculis, neq; videant, neq; audiant aliq̃ dulcia. Optima, vt bat/tare Vinetum, virgultū. Dextera, in litis Arrij. Iupiter, aer. Boreæ thracis, q: boreas flat ex thracia, quæ est in septētrione Im/minent, suauiter. Fulua cæli. respicit puluerē, qui solet, agente vēto caligare oculos. Tua sylua, ex te arbore facta Cyaneo, nō a calore cælesti, sicut qdā interpretati sunt. dixit, sed a Cyaneis petris in regione ponti frequēter se mouentibus epithetum tra/duxit, vt ita ex motu aeris, & vētorū ipsius arboris, rami huc atq; illuc traherent̃, & ipellerent̃, veluti cyaneæ insulæ. Lydia, ly/

Lydia q̃ fuerit

diam enim amicā Verg. nō nomine proprio, sed placabilē notare voluit. Nusq̃ enim meretrices placabiliores q̃ in lydia repe/riuntur, vt non tam a tutoribus pretia non exigant, q̃ omnino illis persoluant. Pascantur, deuorentur. Auræ, ventorū. Trās/uolet, eripiatur, & eradicetur. Metata, mensurata, & quæ metam facit. Pertica, lignea.

Vndæ, quæ nostris pulsatis littora lymphis.
Littora quæ dulces auras diffunditis agris.
Accipite has uoces migret Neptunus in arua.
Fluctibus & spissa campos perfundat arena.
Qua Vulcanus agros pastos Iouis ignibus arcet,
Barbara dicatur Libycæ soror altera syrtis.
Tristius hoc memini reuocasti Battare carmen.
Nigro multa mari dicunt portenta natare.
Monstra repentinis terrentia sæpe figuris.
Cum subito emersere furenti corpora ponto.
Hæc agat infesto Neptunus cæca tridenti.
Atrum conuertens æstum maris, undiq; uentis.
Et fuscum cinerem canis exhauriat undis.
Dicantur mea rura, ferum mare nauta caueto
Rura, quibus diras induximus impia uota.
Si minus heu Neptune tuis infundimus aris.
Battare fluminibus tu nostros trade dolores.
Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica.
Nil est quod perdam ulterius, merita omnia dixi.
Flectite currentes lymphas, uaga flumina retro
Flectite, & aduersis cursum diffundite campis.
Incurrant amnes passim remeantibus undis.
Nec nostros exire sinant erroribus agros.
Dulcius hoc memini, reuocasti Battare carmen.
Emanent subito sicca tellure paludes.
Et metat hinc miles spicas, ubi legimus olim.
Occupet arguti grylli caua garrula rana.
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen.
Præcipitent altis fumantes montibus hymbres.
Et late teneant diffusos gurgite campos.

DOMI.

¶ Vndæ, aq̃s intelligit, situmq; declarauit, & littus nō solū maris, verū & fluminis dici posse. Accipite, audite. Neptunus, mare ipsumq; trāseat in arua mea. Pastos, ɔsumptos. Barbara, sylua & barbara, & syrtes loca esse africæ, fines ægyptū versus, periculosissima a σύρειν dicta, qđ est trahere. Est enim æqlitas maris, & terræ magna, & in vno loco profundissima, in alio vero sa/tis vadosa, spirāteq; vēto cumulus harenæ, q supra mare fue/rat in profundissima residet valles, & q deprimebat̃ mox sup aquis aggerit, & sunt Syrtes maiores, & minores, & spatio passuum ducētorum qnquaginta miliū separant. Minor a carthagine trecentis milibus passuū distat, & totidē ambitus, maior ve/ro q̃dringentis. xxv. milibus passuū. Ser. vero vbicūq; harenosa in mari sunt loca syrtes asserit vocitari. Barbara, aspera, inculta, ɀ altera syrtis. i. tota harenosa. Dicunt hoies portēta na/

Syrtes quæ sint

scitu uiente

¶ Vndæ q̃ nr̃is, &c. Addit cōtinuo nouas iprecationes, i. oīa videlz, quæ in agro suo bona norat, & qbus bene vellet, si sua essent, vt ex ordine patebit, qui talis est. O vndæ. s. nuntij flu/minis, quæ pulsatis litora. i. ripas, nr̃is lymphis. i. aqs ex no/stro fundo defluentibus, & quæ diffunditis agris. i. in agros dulcis auras. i. tepe ratū aera, accipite. i. itelligite has voces. i. imprecationes meas. Neptūnus. i. aq̃ maris, seu similis, migret idest traducat se fluctibus. i. p fluctus in arua. s. sata, & pfun/dat. i. obducat cāpos, harenā spissa. i. dēsa. Et q̃. s. pte vulcanus arcet ignibus Iouis. i. ab ardore aeris, aut fulmine agros. s. nr̃os, dicat̃, sup. eē barbara. i. aspera & iculta altera soror syr/tis lybicæ. i. quæ in lybia est, raro tñ singulariter reperitur. O Battare, ego memini, q. s. reuocasti hoc carmē tristius. Dicūt scilz hoies fere oēs multa portēta. i. mōstra, natare mari. s. exi/stēte nigro. i. turbato, portēta dicit. i. mōstra terrētia sæpe figu/ris repentinis, cū. i. qñ corpora emersere subito, pōto furēti su/bito. Neptūnus agat. i. ipellat hæc cæca. i. icerta, & dubij odij tridēti. s. baculo regali, ifesto, alij referētes ad fuscinā fecerūt ifesta. s. fuscina tridēti, ɔuertēs æstū. i. feruore maris. i. fluuiorū vndiq; vētos, ɔuertēs atrū æstū maris, exhauriat. i. absu/mat, aut desiccet, & exhauriat vndis canis. i. albicātibus, cine/rē fuscum. i. subnigrū. Mea rura dicanē mare ferū, nauta caue/to rura. s. mea iā aq̃s obruta, qbus idiximus. i. imprecati sumus diras, appositiōe ipia vota. O neptūne si nos ifundimus mi/nus, tuis aris. i. nō satis sacrificamus, nec damus, vt tale bñfi/cium mereamur, tu o battare trade fluminibus. s. mitio & pa/do nr̃os dolores. i. quæ ex doloribus illis optamus. Nā fontes sunt tibi semp, sup. amici, & flumina sunt tibi semp amica. Nil est, qđ pdā vlterius, q̃a dixi oīa merita. i. p demerito. q. d. Nō imprecor vltra q̃ meritū sit & hoc dixit, ne qs reprehendat, q̃ sua ita execret̃, dicit enī, nihil suū esse, cū nihil sit, qđ vlterius per/dat. O flumina vaga flectite retro. i. retrorsū lymphas. i. aq̃s currētes, flectite inq̃ā, & vos aduersi. i. oppositi, & ɔtra cur/sum nāle versi. diffundite cursum. i. fluxus vr̃m cāpis. i. in cam/pos, Amnes. s. de mōtib9 cadētes icurrāt. s. i cāpos nr̃os passim & hoc vndis remeātibus. i. sese in gyrū vertētibus, & ita vora/ginē in agro meo facietibus, nec sināt. i. nō pmittāt, nec cōce/dāt erroribus exire meos agros. i. faciāt, vt errores sp sint in agris meis, sic Calderin9, Aut si nec sināt agros nr̃os exire. i. exui erroribus, aut nec sināt supple, quē exire nr̃os agros er/roribus. i. ppter gyros & vortices, q errorē iducunt. Ego me/mini o battare, q reuocasti hoc carmen dulcius. s. q̃ æquum est. Emanent subito. Prosequitur institutum ponendo impre/cationes dirissimas etiam contra naturæ cursum dicens. Pa/ludes, idest aquæ palustres emanēt subito, tellure sicca, idest vbi nunc terra sicca, & arida arationi apta, & miles scilicet arrius metat, scilicet fœnus hinc, idest ab hac parte agri, vbi nos collegimus olim spicas, idest fruges maturas, rana gar/rula occupet caua, idest concauitatem, & antra caua grylli ar/guti, idest vbi stabat prius gryllus argutus. Mea fistula dicat rursum hoc carmen tristius. Hymbres fumantes, idest nebu/losi, & ob id pestiferi, præcipitent se, supple aut præcipites de/cidant altis montibus, & teneant late campos diffusos gurgi/te, idest impetu aquarum, quis, idest quibus campis minan/tes, scilicet milites agrorum occupatores, & incubatores, vt arrius & reliqui.

ASCEN.

Ordo.

scitumente mari. Nigro turbato: & procelloso Agat. h faciat hec portenta. Neptunno amando Fuscum cinerem. terram migram Dicantur mea rura. i. videantur esse quoddam mare turbidum. Minus: summis damnis o Neptune tuis aluaribus: qs debeamus: fac tu o Battare q fontes tui spargantur per arua mea. i. videantur in ireto cito eruentibus vndis. Sinant errorbus .i. faciant: q semper sint in meis agris errores: idest inundationes fontium. Caua: concauitatem. Cryllus: idest hic rana in coloco. vbi stabant grylli.

ASCEn. ¶ Relinquant dominis: idest proprijs possessoribus stagna infesta dominis: vnde: idest a quibus stagnis: vnda elapsa. i. effluens peruenerit agros meos, idest venerit per agros meos. Arator aduena: idest peregrinus: & externus pisceturin nostris finibus: aduena inquit, qui semper creuit crimine ciuili, idest bello intestino: quod per ciuium crimen oritur. O crimina agelli deuoti male: idest multum: & cum summo malo: & tu o discordia semp inimica tui ciuis, vnde in tityro. En quo discordia ciues, perduxit miseros. Ego exul idemnatus, idest non condemnatus propter crimen: sed tamen non indemnatus ... egens, idest exiliês egenus in terra aliena, vt miles scilicet barbarus accipiat præmia belli funesti. i. quod funeris causa est, aut detestandi quia ciuilis. Ego visa: hic, idest ab hoc loco de tumulo, idest colliculo, vbi erat sepulchrum ... bianoris, mea rura nouissima, idest extremos fines eorum, aut visum nouissima, idest nouissime, aut nouissimo de tumulo mea rura, & ibo hinc in syluas, & colles obstabunt, idest contra stabunt, dum in syluas abire volam, & môtes obstabunt, nec licebit adire campos, idest loca plana, & câpestria, & ita quia non dabitur aufugiendi locus, neq p plana, neq per aspera. dulcia rura valete, & o lydia scilicet amica rustica. dulcior illis, scilicet aruis meis, & fontes casti puri idest & lympidi, & sacri, & nomen agelli felix, idest beatum a multis prædicatum, aut felix pro felicis agelli. Ab miseræ capellæ descendite tardius montibus quia nô carpetis iterum pabula mollia, nota, idest assueta vobis, quasi dicat vt primus descenderitis incidetis in manus militum qui vos absument Et tu pater, scil. rusticæ maro, resiste, scilicet militibus. & ego intueor, idest inspicio (pro quo quidam intuor dicunt) nouissima, idest vltimo loco, campos prima, idest primum, hoc est præcipue, nobis scilicet debitos, hostis manet in illis longum. i. p longum tempus. sic enim fere de tempore dicitur longum, sicut de loco longe. vt in Buco. Et longum formose vale, vale inquit iola. Rura valete iterum, tuq optima lydia salue. vtrûq idest vtroq modo, siue eris mecum, scilicet vsq ad mortem (sed in relata noluit meminisse mortis propter omen malû euitandum) siue non morieris mecum, scilicet non eris mecum vsq ad mortem, quam in dissidio nominat, quasi innuat longius velle viuere secum, & paruifacere eius mortem, si cû alio fuerit. Battare reuocemus, idest repetamus auena, carmen extremum, idest de re amatoria, de qua extremo loco dicturus sum. Dulcia amara prius &c. Ordo est. Dulcia fient prius amara, & mollia fient prius dura, & oculi cernêt prius candida nigra, scilicet effecta, aut vt nigra, & cernent dextera idest quæ dextera sunt læua, idest sinistra, casus, idest euenta fortuita migrabunt prius in aliena corpora rerû, idest omnia prius in contrarium, & præter naturam euenient, q cura tua, idest de te suscepta (staret sententia, si diceret, tui, sed versus non patitur) emigret. idest transferatur de nostris medullis, licebit enim meminisse semper tua gaudia, & ideo O agri, & formosa prata, ego inuideo vobis, hoc, idest eo, aut tâto magis, q mea formosa puella est vobis, idest apud vos, & q ipsa tacite suspiret, idest suspirio indicet amorem vestri, idest quem de vobis habet, quia dulcis amor patriæ est, illa videt nunc vos, & mea lydia ludit nûc vobis et quasi ad delectationê vestram, cum ego absim Ipsa alloquitur nunc vos, & arridet, supple vobis, nunc ocellis, idest oculis per lasciuiam contractis. & meditatur, idest exercet, & cantat voce summissa carmina mea, idest a me, vel de me composita, & cantat interea ea, quæ cantauit mihi in aurem, quasi secreta, & non prodenda, quia celari vult sua furta venus. O agri ego inuideo vobis, quia discetis amari, scilicet a lydia, quæ amores canit & amatoria carmina. O agri fortunati, & beati nimium, in quibus illa, scilicet tam formosa puella, ponet vestigia niuei pedis, aut in quibus decerpserit digitis roseis, idest rubicundulis, & odoriferis, vuam viridem, idest adhuc immaturam, Nam viticula (quasi a nominatiuo vites, quod si legatur, vt in multis viticula, ti syllaba producitur, sicut a satyrico in cuticula) viticula igitur, idest parua, & tenella vitis, nondum tumet dulci baccho, idest musto vino, aut succo, aut supple. in quibus illa, scilicet lydia reclinarit, idest reclinauerit membra inter varios flores, appositione stipendia veneris, idest qualem reclinare solet venus, pro stipendijs, & illæserit scilicet concumbendo, & reclinando se in herbâ teneram. Et ipsa secreta, idest separata ab arbitris, & in locis sola existês, narrabit furtim, idest furtiue, & clâculum meos amores, syluæ audientes, scilicet congaudebunt, & prata mollia gaudebunt, & fontes gelidi, idest subfrigidi gaudebunt, & silentia auium fient, idest aues reticebunt, & continebunt cantus suos, vt audiant cantilenas lydiæ, imitarique dabunt, supple se, & ideo o lymphæ, quæ nondum hic vsq perc currere libentes ... amor meus, seu amica mea, quæ mihi curæ est, lydia, exponit quæ clas iucundas. i. amatorias. O agri, ego inuideo vobis, q habetis mea gaudia, & ea voluptas, quæ fuit ante mea, est nunc

Quis dominis infesta minantes stagna relinquant,
Vnde elapsa meos agros peruenerit unda.
Piscetur nostris in finibus aduena arator,
Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
O male deuoti pratorum crimina agelli,
Tuq; inimica tui semper discordia ciuis.
Exul ego indemnatus egens mea rura reliqui,
Miles ut accipiat funesti præmia belli.
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima uisam,
Hinc ibo in syluas, obstabunt iam mihi colles.
Obstabunt montes, campos nec adire licebit.
Dulcia rura ualete, & Lydia dulcior illis,
Et casti fontes, & felix nomen agelli.
Tardius ah miseræ descendite monte capellæ.
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuq; resiste pater, & prima nouissima nobis,
Intueor campos, longum manet hostis in illis.
Rura ualete iterum, tuq; optima Lydia salue.
Siue eris, & si non mecum morieris, utrunq;.
Extremum carmen reuocemus Battare auena.
Dulcia amara prius fient, & mollia dura.
Candida nigra oculi cernent, & dextera læua.
Migrabunt casus aliena in corpora rerum.
Quam tua de nostris emigret cura medullis.
Gaudia semper enim tua me meminisse licebit.
Inuideo uobis agri, formosaq; prata.
Hoc formosa magis mea q formosa puella
Est uobis, tacite uestri suspirat amorem.
Vos nunc illa uidet, uobis mea Lydia ludit.
Vos nunc alloquitur, uobis arridet ocellis.
Et mea summissa meditatur carmina uoce.
Cantat & interea mihi quæ cantauit in aurem.
Inuideo uobis agri, discetis amare.
O fortunati nimium, multumq; beati
In quibus illa pedis niuei uestigia ponet.
Aut roseis digitis uiridem decerpserit uuam.
Dulci nanq; tumet nondum uiticula Baccho.
Aut inter uarios ueneris stipendia flores
Membra reclinarit, teneramq; illæserit herbam.
Et secreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt syluæ, gaudebunt mollia prata.

¶ Minantes, idest milites, qui minantes nobis terreantur talibus imbribus, & cogantur relinquere meos agros. Bellum inter. M. Antonium & aug. Tumulo, tumulum hunc in Bucoli. Verg. optime declarauit, cum inquit, Iamq; sepulchrum incipit apparere bianoris hic enim bianor annis tusci, & Manthus Tyresiæ filius fuit, a qua mantua denominata est. huius sororem Lydiam fuisse dixere a, qua & denominari potuit amica Vergilij. pater Vergilij dicebatur Vergilius rusticus. Casus, euentus, & fortuna. Emigret, discedat, suspiret, lydia videt vos fontes, & alloqtur, & cantat vobis, discens vos fontes, agriq; mei amari a lydia. viticula parua vitis, Illæserit, concumbendo.

DOMI.

Bianor q fuerit

Ordo

Viticula unde veniat

Et gelidi fontes auium'q; silentia fient.
Tardabunt riui, labentes currite lymphæ.
Dum mea iucundas exponat cura querelas.
Inuideo uobis agri, mea gaudia habetis.
Et uobis nunc est, mea quæ fuit ante uoluptas.
Hei male tabescunt morientia membra dolore.
Et calor infuso decepit frigore mortis.
Quod mea non mecum domina est, non ulla puella,
Doctior in terris fuit ac formosior, ac si
Fabula non uana est, tauro Ioue digna, uel auro.
Iuppiter auertas, auro mea digna puella est.
Felix taure pater magni gregis, & decus, ad te.
Vaccula non unq̃ secreta cubilia captans.
Frustra te patitur syluis mugire dolore.
Et pater hœdorum felix, semperq; beate.
Siue petis montes præruptos saxa pererrans,
Siue tibi syluis noua pabula fastidire.
Siue libet campis tecum tua læta capella est.
Et mas quocunq; est, illi sua fœmina iuncta.
Interpellatos nunq̃ plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuisset.
Cur ego crudelem patior tam sæpe dolorem,
Sydera per uiridem redeunt cum pallida mundum.
Inq; uicem Phœbe excurrens, atq; aureus orbis.
Luna tua est tecum, cur non est & mea mecum
Luna, dolor nostri, quid sit, miserere dolentis.
Phœbe gerens in te laurus celebrabit amorem.
Et quem pompa deum non syluis fama locuta est.
Omnia uos estis, secum sua gaudia gestat.
Aut inspersa uidet mundo, quæ dicere longum est.
Aurea quin etiam cum secula uoluebantur,
Conditio, similisq; foret mortalibus illis
Hæc quoq;, præterea notum Minoidis astrum.
Quæq; uirum uirgo sicut captiua secuta est.
Lædere cœlicolæ potuit nos nostra quid ætas,
Conditio nobis uitæ quæ durior esset,
Ausus ego primus castos uiolare pudores.
Sacratamq; meæ uittam tentare puellæ.
Immatura meæ quoq; noxæ soluere fata.

DOMI. ¶ Currite lymphæ, currite, dū ego exponā eas ꝗrimōias. Tauro Ioue, europam respicit filiā agenoris regis phœniciæ, quæ cum armentis delectaretur, & sæpe supra ascendere consueuisset, Iupiter in formosissimum taurum conuersus eam absumptam in hos locos detulit, quibus nomen europæ inditū est. Auro, ad Danaen Acrisij filiam retulit, quæ in turri ænea clausa erat, ne quis eam stupraret propter oraculum, qđ erat, vt filius maior parente nasceretur, quare Iupiter in pluuiū aureū cōuersus, gremio puellæ exceptus fuit, sicq; eā cōpressit, & ex ea Perseus natus fuit. Auertas .a.in.d.p.e. ne capiaris eius amore. Vaccula, parua vacca. Pater .h. hircus. Interpellatos animalia nunq plorant amores impeditos, interruptos, sicut ergo sydera semper redeunt in vices suas, sed ego nō possum redire ad meos agros. Tū orbis. Omnia vos estis, vos .s. luna, & phœbe est .o. omnia tenetis. Voluebant. errāt. Similis .c. nam aureo seculo nymphæ securæ errabant per syluas, & loca, Minoidis, tangit ariadnem filiam Minois, quam in litore a theseo derelictā bacchus rapuit, & in cœlo ductam in sydus conuertit. & coronam astronomi eam appellant. Vergilius primo Georgicorum. Gnosiaq; ardētis decedat stella coronæ. Numina autem, vt plurimū suas amicas cœlo consecrabant, Vittaq;, q̄ oēs virgines insignū castitatis signū gerebāt, hoc est lineas fascias in signū ligatæ virginitatis, & zonā afferebat, q̄ cingebant, vt ēt Catullus in ꝑ passeris ōndit dū inqt, q̄ zonā soluit diu ligatā. Meæ noxæ, q̄ ꝯcubuerit cū Lydia.

Danaæ fabula

Ariadnæ fabula.

¶ Est nūc vobis .i. vestra. Hei mihi membra .s. mea morientia .s. igne amoris tabescunt .i. lente absumuntur corrupta tabe, dolore .i. præ dolore: & calor .s. naturalis decepit .s. me: aut defecit frigore mortis .i. mortali, aut mortifero infuso, q̄ .i. quia mea domina sic enim præcipua amica vulgo dicit, & coniūx etiā a græcis domina vocat: vt helena a deiphobo .in. vi. æneid. & hi dominam ditis: &c. non est mecū. vlla puella non fuit doctior, ac formosior in terris: ac si fabula nō est vana .s. re .i. nimis friuola, nihil de historia continens, hoc est: si vera est fabula, q̄ de europa, & danae narrat: ipsa puella mea est digna Ioue tauro .i. vt in taurū eā auecturus mutet, sicut mutatus est dum europā agenoris filiam auexit, vel Ioue auro .i. in aurū, hoc est aureum hymbrē, sicut in eunucho recitatur versor o Iupiter, auertas sup. te ab ea ne capiaris, quia mea puella est auro digna Felix taure pater magni gregis. Conqueritur suā cōditionem esse deteriorem q̄ tauri, qui cum vaccis semper versatur, cum ipse ab amica longe exulet. Ordo est. O taure pater decus magni gregis .i. armēti: felix, sup. es. Nā vaccula .i. iuuēca captans secreta cubilia ad te nō patit vnq (& ita leges, non autē: nonnunq̃) te mugire frustra, sup. in syluis: dolore .i. præ dolore, & o pater hœdorū .i. hœde, aut caper, si non dicitur a capiendo felix, & semp beate, quia siue petis montes ꝑruptos perrās saxa, siue liber tibi fastidire in syluis noua pabula, siue libet fastidire .i. vsq; ad fastidium sumere noua pabula cāpis .s. iacētibus, tua capella est semper tecum læta. Et quocunq;, sup. loco est mas .i. masculus, illi .i. illic est sua fœmina, vel sic. Et qcunq; mas .i. masculus alius est, illi est sua fœmina iuncta & iō nunq̃ plorauit amores interpellatos .i. impeditos, ac prēpus interruptos, cur natura non fuisset .i. esse potuisset, & .i. etiam nobis .s. hominibus: non solis pecoribus, facilis .i. indulgens, & benigna, & ad generationē non laboriosa. Cur ego patior tam sæpe crudelem dolorem, cum .i. quando sydera pallida .i. subalba redeunt per mundum viridē .s. ad ortus, & in orbes suos, & o phœbe currens inuicē .i. vicissim, atq; .i. sicut orbis aureus .i. globus solis, excurrit, sup, luna tua .s. soror, aut amica est tecum: cur & .i. etiā mea luna .i. amica mea, nō est mecū. q. d. quocūq; sol ꝑcurrat, semper habet amicam sororē sequentem: cur ergo, & mea me non sequitur, o phœbe tu nosti q̄d sit dolor .s. amoris impatientis (q̄r daphnē impatiēter amauit) miserē igitur dolētis, & gerēs laurus in te .i. ad honorē tuū hoc est sacerdos tuus, & poeta tibi sacratus celebrabit amorē .s. tuū, & iō sup. quē pōpa deum .i. deorū, hoc est pōposus cœtus deorū, & nō quātam a locuta est, sup. in syluis. (Oīa sunt tā iuersa, vt difficile sit sententiā bonā cōminisci, referimus autē hæc ad suū cuiusq; iudiciū) Vos .s. phœbus, & phœbe, hoc est sol & luna estis omnia .i. omnia tenetis, aut omniū estis causæ, & id ꝑ parenthesim videtur insertum, hoc est phœbus: quē pompa deorū extollit, nō qui in syluis .i. rex corruptibiliū & generabilium regione versatur, vt nos mortales, gestat secū semp sua gaudia, atq; videt ea inspersa mūdo: quæ .s. gaudia longū est dicere, loquitur autē de daphnide .i. lauro, quā secū ferre dicit & quā in terris videt, aut de luna sorore: quā amat, quæ in cœlo luna, in terris diana: & apud inferos proserpina dicitur, aut de cōcentu, atq; symphonia cœlesti, vnde & lyrā gestat. Quin etiā cum secula voluebantur, idest per syderum benignam reuolutionē erant aurea, & cum hæc conditio .s. nostra, idest humana: foret .i. esset mortalibus .s. nobis, similis illis .s. mortalibus, quia nymphæ tunc errabant ꝑ syluas, & non minus dij q̄ mortales amabant, vnde Iuuena. saty. vi. Viderunt primos argentea secula mœchos. Præterea astrum minoidis .i. ariadnes minois filiæ, hoc est corona aurea, quā ariadne a baccho corrupta meruit, & quæ in cœlum trāslata est, est notum scilicet cunctis, & virgo, quæ secuta est virum, scilicet bacchū, aut ꝑus dædalū, sicut captiua, scilicet ariadne, nota sup. est, hoc est manifestum, & deos amasse vt phœbum. bacchum, Iouem martē, &c. Asserere tamē, vt plynius scribit, deorū cōnubia, aut adulteria, proxime accedit ad dementiam, cum igitur mortales cum dijs amarent, & amarentur. o cœlicolæ, quid, idest in quo nostra ætas, idest fragilis mortalitas potuit lædere vos, quasi dicat in nullo, & tamen quæ conditio vitæ esset: idest esse posset nobis durior. supple q̄ hæc, q̄ nobis quasi æuum conteritis, cum amare cogitis, nec amatis potiri sinitis. q. d. nulla, & ita plāgit iniquā sortem. Ausus ego primus &c. Defendit culpam suam ab exemplo deorum, ob quam rem diuus Augustinus detestatur comœdias, ut eunuchū Terentij, & cæteras, quæ deorum adulteria, quasi ad iuuenum corruptelam præponunt exempla. Ordo autem est, Ausus ne, sup. sum ego primus violare castos pudores. q. d. non, cum & dij, & homines id sæpe fecerint. Et ausus sum ego primus tentare .i. solicitare ad corruptionem, aut attingere vittā .i. signum virginitatis, q̄d in capite ferebat sacratam, scilicet vestæ, aut virginali, puellæ .i. amicæ meæ. q. d. non. Et ausus sum ego primus soluere facta meæ noxæ, idest concubitus cum lydia mea immatura, idest nondū soluēda, idest aperiēda, & prodeda, q̄si dicat minime.

ASCEN.

Domina q̄ dicatur

Ordo

Ordo

Istius atque utinam facti mea culpa magistra
Prima foret, læto mihi uita diutius esset.
Nam mea non ullo moreretur tempore fama,
Dulcia cum ueneris furatus gaudia primum.
Diceret, atque ex me dulcis foret orta uoluptas.
Nam mihi non tantum rubuerunt impia uota,
Author ut occulti noster foret error amoris.
Iuppiter ante sui semper mendacia factus.
Cum Iunone, prius coniunx q̃ dictus uterque est,
Gaudia libauit dulcem furatus amorem.
Et mecum tenera gauisa est ludere in herba.
Purpureos flores quos insuper accumbebat.
Grandia formoso supponens gaudia collo.
Tum credo fuerat Mauors distentus in armis.
Nam certe Vulcanus opus faciebat, & illi.
Tristi turpabatque mala fuligine barbam.
Nun aurora nouos etiam plorauit amores.
Atque rubens oculos roseo cælauit amictu.
Talia coelicolæ nunquid minus aurea promo.
Ergo quod deus, atque heros, cur non minor ætas,
Infelix ego non illo qui tempore natus.
Quo faci is natura fuit, sors o mea læua.
Nascendi miserumque genus, quo fera libido est.
Tanta meæ uitæ cordis fecere rapinam.
Vt maneam, q̃ uix oculis cognoscere possis.

ASCEN. ¶ Atque utinã p̃missa corrupissem puellas, nec ali⁹ puellã meã solicitasset, quia uita esset mihi diutius læto, idest diutius viuerem in fama hominũ, q̃ essem in morte. Nam mea fama nõ moreretur vllo tempore, cum, idest quandoquidem ego dicerer furatus primum dulcia gaudia veneris, idest concubitus, atque dulcis voluptas foret orta ex me. Nam vota impia, idest aut nefanda desideria, aut diræ imprecationes, non tantũ.i. nõ in tantum, rubuerũt, idest erubuerũt, hoc est pudore affecta sunt ob culpam, vt error noster foret, idest esset, author.i. inceptor amoris occulti.i. libidinis furtiuæ. Iupiter factus semper mendacia sui.i. de se cum Iunone scilicet sorore, & coniuge, idest factus mendax, & aliam de se expectationẽ, & aliũ exhibens effectum, ante q̃ uterque scilicet ea ipse q̃ uno dictus est coniux, libauit, idest degustauit gaudia idest voluptatem, furatus amorem dulcem, & ideo præcipue dulcem, quia furtiuũ quia vt etiã in prouerbijs salomonis dicitur, Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior, cuius rei causa videtur, quia, Nitimur in vetitũ semper, cupimusque negata, vnde commercia veneris dicũtur furta, vnde est cælari vult sua furta venus. Quo circa animaduertit in cynicos diuus augustinus, qui in propatulo voluerunt habere venerem, arguentes nihil turpe, quod idẽ naturale. Sensus autem est, Iouẽ cum tantum frater esset iunonis, & nondum coniunx habuisse cõmerciũ cum ea, vt ostẽdat multũ abesse, vt ipse primus dicatur, qui virginalem violauerit pudorẽ, quia vt ex iuuenale diximus. Viderunt primos argentea secula mœchos. Verum culpa nõ ideo minor q̃ antiqua, & in multis est, sicut non minus secundum Augustinum ardebũt, qui cũ multis ardebũt. Et sup. puella mea lydia gauisa est ludere mecum in herba, ergo non oppressit uiminan supponens collo formoso grandia gaudia.i. res voluptatis.s. flores purpureos, insup. quos, vacat in ipsa, accumbebat, spondaicus versus, accumbentis languorem indicans. vt vero culpã suam, quã fatetur, palliet, innititur deorum authoritatibus dicens, ego credo, q̃ mauors.i. mars deus belli, qui cum venere in adulterio deprehensus est distẽtus, scilicet a venere in armis. & id per ironiam. Na certe vulcanus maritus veneris faciebat opus.s. fabrile. & turpabat illi barbã fuligine.i. nigredine ex fumo facta, tristi, atque mala, idest nociua, & nõ ad voluptatẽ, vt ẽst ea, qua, vt author est Iuuenalis, molles supercilia depingunt. Nun.i. nunquid, & id per ironiam, nam vult dicere, q̃ maxime ita aurora.s. tithoni coniunx, & mater memnonis. plorauit etiã amores nouos, atque ipsa rubens cælauit.i. occultauit oculos amictu roseo.i. rosei coloris. Coelicolæ.i. dij coelestes, tãta sup. egerũt, aut gesserũt, & est honesta eclipsis, sicut talia p̃ latiã. sup. gerebãt. Nunquid ego p̃mo minus aurea.i. honesta, & aureo seculo digna. q̃si dicat nõ, q̃ deos arguere nephas duxi. Ergo cur ætas minor.i. fragilis & mortalis, videlicet humana p̃dictio, nõ sup. faciat: qd̃ deus sup. fecit, q̃ erat in aureo seculo: atque heros, q̃ erat in æreo sæculo.i. q̃ & vir q̃ p̃ dijs habiti sunt, & q̃ p̃xime ad deorũ vitã accessisse putant, vt heroes fecerũt nã Iupiter, neptunus, & pluto sũmi illi dei virginũ raptores legũtur, & achilles, & hercules, & paris, & sexcenti alij. Ergo, vt dixi, diuus Augustinus merito reprehendit deos, q̃ deos suæ turpitudinis citãt authores. Ego, sup. sum infelix, q̃ nõ sum natus ille tpe, quo natura fuit facilis, q̃, vt amasius poeta dicit, tribus violis puellã cõparabãt. O mea sors nascẽdi. fuit sup. læua.i. inimica mihi, sicut scõz, & fauorabile dicimus, & miserũ genus (modestius tñ scdm̃ vallã, & cũ minore excãdescẽtia supprimitur, q̃ exprimatur, o cũ accusatiuo) q̃.i. in quo, libido est fera.i. nimis tarda, q̃ tũc primũ exæstuãs, cũ negat, qd̃ petiuerat, vnde vult dicere, serã primũ impatienter lydiã amare, q̃ a loco caredũ est. Id aũt scdm̃ veterẽ superstitione, quæ in multis hodie vsque p̃durat fato (id nascẽdi sorti imputat) Vitæ meæ fecere tantã rapinã cordis.i. tantũ abstulerũt a corde meo, vt ego maneã, supple illud, qd̃ vix possis cognoscere oculis.i. tanta miseria confectus, & macie exhaustus per impatientiam, vt tu, idest quicunque (nam secunda personã pro q̃libet posuit) vix possis me cognoscere oculis.i. visu, quis p̃ loquelã, aut alia indicia facile agnosci possit. Et hæc in diras quãta potuimus cõmoditate.

¶ Iupiter ãt sui, p̃usq̃ fact⁹ est cõiux q̃ diceret, q̃si dicat, habuit cõitũ cũ Iunone, p̃usque esset coniunx. Opus, retia. Illi mæsto vulcano Aurora amauit Titonũ, ipsa.n. nunq̃ habuit talẽ infelicitatẽ, qualẽ ego. Aurea, q̃si dicat debere ego etiam habere ætate aureã, qualem habuerũt dei. Læua sors: aduersa. Tãta mala mihi fuere, vt ita maneã, q̃ idẽ vix posses cognoscere.

DOMI.

Regula Vallæ

¶ Finis Dirarum. Sequitur Aethna.

P. Vergilii Maronis Aethna, quæ tamen a quibusdam Cornelio Seuero tribuitur.

Ethna mihi, ruptique cauis fornacibus ignes.
Et quæ tam fortes uoluant incendia caussæ.
Quod fremat imperiũ, quod raucos torqueat æstus.
Carmen erit, dexter mihi carminis author Apollo.
Seu tibi Dodone potior, tecumque phasełis

ASCEN. Ethna mihi. Quæ cætera a calderino satis explicãtur. Ordo est. Aethna mons ille siciliæ perpetuis ignibus flagrans, & ignes rupti.i. erumpẽtes, aut eructati cauis.i. concauis, aut excauatis fornacibus, & quæ caussæ tam fortes, idest tã efficaces voluant incendia.s. tanta, & tam continua, quod impetum premat, & quod imperiũ, aut quid, idest q̃ res torqueat æstus raucos.i. rauce crepitãtes erit mihi carmẽ, vel carmẽ erit mihi æthna.i. canã de æthna, & ignib⁹ eius. & tu o apollo, tu sup. eris author carminis dexter, idest prosper, & fauorabilis, seu.i. siue dodone: sylua illa epiri vaticinio nobilis (declinatur autem hoc loco, hæc dodone huius dodones) sup. erit tibi potior.i. eligibilior, q̃ q̃sq̃ ali⁹ locus, & phaselis mons ille lyciæ ardens, vt æthna, est tecum, seu cynthos mons, aut potius insula inter cyclades.

Ordo.

¶ Domitij Calderini Commentarij in Aethnam Vergilij.

DOMI. Hoc vergilianũ esse opus pleriq; ex authoribus testantur, & Sene. in episto. adeo vt Nasonẽ nõ ob aliã causam opus de æthna omisisse affirmet. nisi p̃pter Vergiliũ, quẽ iã scripsisse compertũ habebat. Cornelius seuerus ẽt ob eãdẽ causam deterritus traditur, summa tamẽ opera est, vt cãm æthnæ incendij eferet, nõ q̃lẽ vulgatores poetæ asserunt, sed a summis philosophis atque poetis exposita sit. Quis enim ignoret, Aethnã flagrantẽ adeo vt ninco neq̃ cadere authores existimauerint, atque ad quinquagena & cẽtena milia passuũ arenas, flammarum globos eructaret, Ardet aũt noctibus semper, & miraculũ est igneã materiã tãto æuo sufficere. Patet crater eius ambitu stadiorũ. xx. fauillã Tauromiuũ, & Catinũ vsque peruenire affirmant, Fragorẽ vero ad Maronẽ.

& gemellos

& gemellos colles. Quo etiam modo tantum per noctem lucere, & splendentem apparere affirmat e re a cacumine. nam interdiu fumo, & caligine obsidetur. Dodona, Dodona Epiri sylua, in qua oracula per columbas reddebantur: licet Herodotus mulierem quandam reddidisse affirmet. Phaselis in lycia mons est, vt Aethna, quem Plinius appellat phasem. Ibidem sicut & in Patara apollo oracula reddebat. Hinc Lycias sortes, alibi poetam appellasse affirmant.

Seu te Cynthos habet, seu Delos gratior illa,
In noua pierio properent a fonte sorores
Vota, per insolitum Phoebo duce tutius itur.
Aurea securi quis nescit secula regis.
Cum domitis nemo Cererem iactaret in armis.
Venturisq; malas prohiberent frugibus herbas.
Annua sed sacrae complerent horrea messes.
Ipse suo flueret Bacchus pede, mellaq; lentis
Penderet foliis, & pingui Pallas oliua
Secretos amnes ageret, tum gratia ruris.
Non cessit cuiq; melius sua tempora nosse.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colchos.
Quis non Argolico defleuit Pergamon igni.
Impositam. & tristi natorum funere matrem.
Auersum ue diem, sparsum ue in semine dentem.
Quis non periurae doluit mendacia puppis.
Desertam uacuo Minoida littore questus.
Quicquid in antiquum iactata est fabula carmen
Fortius ignotas molimur pectore curas.
Qui tanto motus operi. quae causa perennis.
Explicet in densum flammas, & trudet ab imo.
Ingenti sonitu moles, & proxima quaeq;
Ignibus irriguis urat mens carminis haec est.
Principio, ne quem capiat fallacia uatum
Sedes esse dei, tumidisq; e faucibus ignem.
Vulcani ruere, & clausis resonare cauernis.
Festinantis opus, non est tam sordida diuis.
Cura, neq; extremas ius est dimittere in artes.
Sydera seducto regnant sublimia coelo.
Illa neq; artificum curant tractare laborem.
Discrepat a prima facies haec altera uatum.
Illis cyclopas memorant fornacibus usos.
Cum super incudem numerosa in uerbera fortes.
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen.
Armarentq; Iouem, turpe est sine pignore carmen.

DOMI. ¶ Cynthos mons est vbi Apollo etiam colebatur. Alibi insulam vnam esse cycladum legimus. Delos insula in aegeo mari dicta, quod dela .i. manifesta Apollinis responsa illic praeberentur. Securi regis .i. Saturni. Amnes secretos, quia tacite fluit oleum, & matrem intellige medeam. Diem auersum, Tangit fabulam Atrei & Thiestis, Sparsum in semine, Tangit cadmum, qui dentes seminauit draconis. vnde nati sunt homines armati. Posset etiam intelligi de Iasone. Quis non piurae. Tangit. Thesea, qui Phedram sororem Ariadnes elegit vxorem, licet ipsi Ariadnae iurciurando se eam in vxorem ducturum promisisset. Principio, in narrationis binis principio dicit, se neque executurum poetica figmenta, sed tantum res physicas, ad causas veras ignium spirantium ex ipsa aethna, Resonare cauernis, in secessit, & remotiore Aethnae subterranei sunt meatus ad terram vsque insulam, vbi Vulcanus cum alijs suis fabris fulmina fabricare dicitur, hinc ictibus loca omnia resonant, Vnde Verg. Insula sicanium iuxta latus aeoliamque, Erigitur lypare fumantibus ardua saxis. Qua subter specus, & cyclopum exesa caminis, Antra aethnea tonant, validique incudibus ictus. Sine pignore carmen .i. sine ratione.

ASCEN. ¶ Habet te, seu delos est gratior illa .s. cyntho insula .i. vbicunque es, eris mihi carminis author. & sorores .s. musae Iouis, & Mnemosynes filiae, properent .i. properanter veniant a fonte pierio, in noua vota .s. mea, quia itur .s. ab omnibus poetis phoebo duce .i. ducere, aut ductu phoebi, tutius per insolitum .s. iter, aut per rem insolitam, & nouam. Quare autem rem nouam scribere velit docet, sicut in Geor. quia caetera, quae vacuas tenuissent carmina mentes, omnia iam vulgata quis aut eurysthea durum, aut illaudati nescit busiridis aras, &c. & hic Quis nescit aurea secula regis securi .i. quae fuerunt sub rege securo .s. sub saturno. ideo autem securi, quia regnantis. cum nemo iactaret cererem .i. frumentum in armis domitis .i. cultis, & cum nemo prohiberet frugibus venturis .i. a futuro frumento, herbas malas .i. nociuas, sed cum sacrae messes .i. fruges deorum dono, aut beneficio naturae sponte nascentes complerent annua .i. annue, aut annuatim, vt sit nomen pro aduerbio, aut figurate tempus rei accommodat, vt sint horrea annua .i. quotannis replenda & cum bacchus .i. vinum flueret suo pede .i. sponte nascens non calcatus pedibus vindemiatorum, & cum mella penderet folijs lentis, propter pondus, & liquorem, vnde de Ioue in Geor. Mellaque decussit folijs, &c. & cum pallas .s. inuentrix oleae minerua, ageret .i. duceret riuos secretos .i. secrete, & tacite fluentes, oliua .s. arbore pingui propter oleum, aut oliuum, cum gratia ruris non cessit cuique nosse sua .i. opportuna tempora melius .s. quam alteri .i. cum omnes indifferenter scirent tempora quae messor, quae cultus arator haberet. Quis tacuit .i. non descripsit, quasi dicat nemo fere poeta, colchos, appositore vltima .i. pessima, & grauissima certamina iuuenum .s. argonautarum, qui e colchis redeuntes troiam deleuerunt. Quis non defleuit pergamon .i. troiam (declinat haec pergamos, & plura aliter haec pergama) positam igni argolico .i. graeco, seu argolicorum manu immisso, & quis non defleuit matrem .s. medeam triste funere .i. propter necem natorum .i. filiorum quos interemerat (vt dictum est eclo. viii. ad illud, saeuus amor docuit natorum sanguine matrem commaculare manus) vel quis vel, diem auersum .s. a cena thiestae, vt declaratum est a Seruio ad illud aeneid. Nec tam auersus equos tyria sol iungit ab vrbe, aut dentem .s. draconis sparsum .s. a cadmo, in semine .i. loco seminis vnde nati sunt armati, qui se mutuis vulneribus interemerunt. Quis non doluit .i. dolenter descripsit mendacia puppis piurae .i. qua theseus periurus creta vexit cum phedra, & ariadne, relinquens ariadnem, cui fidem iurauerat, in insula dia. & quis non questus, sup. est .i. elegis descripsit. (Nam versibus impariter iunctis querimonia primum &c.) minoida .i. minois filiam ariadnem desertam .i. derelictam .sup. in litore vacuo, quia sine marito, & cultoribus. q.d. nemo non questus est, quicquid .i. qualitercunque fabula est iactata in antiquum carmen. Sed nos molimur .i. cum molimine agitamus pectore fortius .i. accuratius, causas ignotas. videlicet qui motus sup. sint tanto operi .s. aestus aethnei perpetuo durantis, & mens carminis est haec ingrere, quae causa explicet .i. emittat in densum .i. dense flammas perennes .i. totum annum, imo totum tempus durantes, & trudet .i. eructet, sup. cum ingenti sonitu molles .i. magna saxa ab imo .s. fundo vnde .ij. aenei. Horrificis iuxta sonat aethna ruinis, Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem. Turbidine fumantem piceo. & candente fauilla. Attollitque globos flammarum, & sydera lambit. Interdum scopulos, auulsaque viscera montis. Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuat imo, & quae exurat proxima quaeque .i. omnia propinqua ignibus irriguis .i. irrigantibus quia sulphuratis, & pinguibus. Principio, ne quem, &c. Hoc vnum verbum mihi fidem fecerit Vergilianum non esse hoc carmen. Quippe qui ingeorgicis dicat. Me verum dulces capiant ante omnia musae. Quarum sacra fero ingenti percussus amore. Et quod ad musas in septimo aeneidos dicit. Et meministis enim diuae, & memorare potestis, non hic tam seuere in poetas animaduerterit, loquitur tamen, quisquis est author, de futilibus, & non de grauibus poetis, veruntamen non in tam excellenti opere (de aeneide loquor fabulam secutus esset de aethna, sed id vitio dandum censuisset. Praeterea, vt taceam stylum non congruere cum Vergilianis musis, nam multum ab illis friget, et hoc testimonio est, quod tityon hic per septem iugera porrectum videmus, &c. vi. aenei, par. Sed vt institutum peragam. Ordo est. Principio .s. dico, aut admoneo, ne fallacia vatum .i. poetarum capiat .i. decipiat, quem .i. aliquem persuadendo, videlicet. Sedes dei .s. Vulcani. vt. viii. aeneidos docet esse, sup. ibi & ignem ruere .i. praecipitem ferri e faucibus vulcani, & opus dei festinantis resonare, sup. in cauernis clausis .i. antro vulcani non dicit capit, quia principio monet, quod cura non est diuis tam sordida .i. de tam sordidis rebus, neque ius est dimittere .s. deos in artes extremas .i. vilissimas. & id secundum Epicurum. secundum quem dicit flaccus in primo sermonum credat iudeus appella. Non ego. nam deos didici securum agere aeuum, nec si quid miri faciat natura deos, id tristes ex alto coeli demittere tecto, &c. Sydera .i. dij coelestes in syderatranstati, aut quorum sydera lampades, & faces pendentes putantur regnant sublimia .i. in sublimi, coelo seducto .i. seorsum a coetu mortalium ducto. vnde Persius. Quae nisi seductis nequeas committere diuis, quod quidam properam exponunt, seductis .i. deceptis. Illa .s. sydera hoc est dij coelestes neque curant tractare laborem artificum .s. mechanicorum: hoc est non exercent artem fabrilem, sicut poetae vulcano imponunt. altera .i. secunda & facies .i. species vatum discrepat .i. dissentit a prima .s. facie, & specie, quia sup. vates memorant cyclopas .s. fabros, aetnaeos, & res vnum oculum in fronte habentes, vnde a cyclo cyclopes dicti sunt. sicut de polyphemo dictum est aenei. iii. telo lumen terebramus

Ordo

lenis Ingens: quod torua solum sub fronte latebat. Argolici clypei: aut phœbeæ lampadis instar, dicunt ergo cyclopes vsos illis fornacibus: qui dicunt ministri vulcani. vñ æneí. viij. Insula sicanium iuxta latus coliaqz, Erigitur lypari fumantibus ardua saxis. Quam super specus, & cyclopum exesa caminis. Antra ethnea sonant, & paulopost. Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto. Ferrum exercebant vasto cyclopes in antro, Brontesqz steropesqz, & nudus membra pyracmon. Cum. i. quando ipsi. s. cyclopes fortes quaterent in verbera numerosa. i. secundum numerum facta. vnde pythagoras dicitur rationem musicam inuenisse. quaterent dico super incudem sub magno pondere fulmen horrendum. & armarent iouem, quia telus Iouis dicitur fulmen in sulcis quo gygantes. vicerat carmen supple. tale est turpe: quia sine pignore. i. fide: quam nõ adhibemus rebus dubijs, & ignotis sine pignore, aut fideiussore: aut sic carmen. s. quoduis sine pignore, est turpe.

AS CEn. ❡ Fabula proxima. i. tertia impia. i. detestanda, & deos falso incusans solicitat. i. solicite ponit, sup in capis phlægæis sic ab ardore dictis. vnde Strabo li. v. Superioribus annis torturatus erat, & campus nomine phlægæus, in quo res a gygantibus gestas fabulæ diuulgant: nullam aliam ob causam vt credi fas est, q terra ipsa suapte virtute præliorum concitatrix est, hæc ille. solicitet dico ignes verticis æthnei viuaces. i. quasi viuaces perdurantes. Gygantes. s. terræ filij tentauere olim nefas. i. rem illicitã: & nefandã. s. detrudere, &c, vt sit appositio, aut nefas. i. nefandũ, vt sit interiectio sicut æneí. i. Nauibus infandum amissis, &c. detrudere dico mũdo. s. cœlestia sydera. i. deos cœlestes. & transferre imperiũ Iouis captum. i. que captiuũ facere prætendebãt: & imponere cœlo victo. i. cœlicolis victis: leges. Natura est his. s. gigantibus, tenus aluo. i. vsqz ad aluũ, serpẽs squameus. i. squamosus, & squamis tectus: aut supple sinuat. i. incuruat vestigia ima. i. pedes per orbes suos. i. anulos & reuolutiones. i. secundũ quosdã habent pedes serpentinos a natura illis datos. Agger. i. acumulatio, & aggestio construitur. s. ab his ad prælia. s. cõtra deos, supple ex montibus magnis, ossa mons ille thessaliæ: creat. i. substituit, pelion. s. montẽ vicinũ, olympus, q est in cõfinio macedoniæ, summus. s. montiũ: ita vt vẽti eius verticẽ nõ perflent, premit ossan. i. ponit super ossan (per regulã rectus in a græci faciũt an quarto breuiari) Ipsi, sup. gigantes nituntur iã scadere moles. s. montiũ coaceruatas. i. accumulatas: & miles impius prouocat cominus. i. de prope quasi conserta manu: astra metuẽtia. s. perdi: hoc est deos metuẽtes: & ipse infestus prouocat cunctos diuos ad prælia. Iupiter metuẽs & armatus dextra. i. habẽs in dextra pro armis, flãmã coruscã. i. fulmẽ, renouare cœlo. i. desuper, mũdũ caligine scilicet nubiũ, e quibus fulmen mitti solet. gigantes incursant primũ. i. in primo impetu, atqz insultu, vt temerarij solẽt: sup. cũ vasto clamore. Pr. s. deorum, & hominum Iupiter tonat hic magno ore: & geminat ventos fauentes. i. auxiliantes, discordes vndiqz simul. i. cũ agmine comitũ. i. facit prius discordes fauẽtes. aut facit. vt venti per discordiã ex diuerso flãtes, nunc in vnũ conspirent cõtra gigãtes fulmina dijcietẽs, fulmina dẽsa rumpũtur per nubes attonitas. i. tonitu scissas: & percussas. Atqz quæcunqz potentia diuum pro diuorum. i. quæquid potentiæ est diuis ruit in arma. Et mars erat iam sæuus, & cætera turba deorum erat iam sæua: quæ alias mitis esse solebat. Sane nulla fit synalepha: cũ dicitur. Atqz in arma ruit, &c. Stãt vtrinqz metus. Prosequitur reliquã partẽ fabulæ: de bello giganteo, non quã approbet, sed quã dãnet, vt non verã causam incẽdij æthnei. Ordo autẽ est, Metus. i. timores, stant. i. circũsistunt:

Ordo. vtrinqz. i. ab vtraqz parte, tũ. i. deinde, Iupiter increpat. i. reprehendit tarditatis, aut cum crepitu demittit. validos ignes scilicet fulminis, & perturbat montes, scilicet congestos, fulmine iacto, scilicet in eos ruinæ, scilicet montium, & gigantum deuectæ. i. cum impetu deorsum vectæ. hoc est montes, & gigantes deuecti vertũt terga. s. in fugam versi: & acies, scilicet gigãtum, infectæ. i. destructæ, supple sunt diuis, idest ab ipsis diuis, & ita est datiuus agentis non patientis iacturam. atqz hostis impius, scilicet gigantum exercitus, qui deos contemnebant: agitur præceps cum castris, scilicet in montibus incastatis: & mater, scilicet terra irata. vnde in vltionem phamam genuisse dicitur æneí. iiij. Illam terra parens ira irritata deorum. Progenuit, &c. Impellentes victos iacentis. i. prostratos: agit supple præceps cum castris. Tum. i. deinde liber. s. bacchus, quem Iupiter euchion, idest bonum filium in bello gigantæo sæpe appellauit venit per sydera cœli, & ipse decus. i. columẽ, & ornamentũ, mundi defensi: redditur nunc astris. i. donatur cœlo Iupiter obruit enceladũ. s. gygantẽ morientem gurgite trinacrio. i. siculo, nã sicilia trinacria. & triquetra dicitur a tribus promõtorijs sup. in æthna. quoqz pro, & ipse enceladus æstuat. i. efferuet pondere vasti montis. quem habet super se, vnde æneí. iii. fama est enceladi semiustum fulmine corpus. Mole hac torqueri: &c. Et ipse petulans. i. frequenter se mouens expirat ignes. s. æthneos faucibus, hæc. i. huiusmodi licentia famæ mẽdosæ. i. fabulæ, hoc est, hæc est tertia assertio de causa incendij. Nã prima dicit vulcanũ illic habere officinã: & fabricare fulmina Ioui. Secunda dicit cyclopes illic fabrilem artem exercere. Tertia dicit enceladum cum fulmine, quo deiectus erat illic sepultũ: & flamma dũ se morat: emittere, aut petulantius eructare. Ingeniũ est vatibus. s. talis famæ excogitandæ, & carmẽ nobile. i. nobilis poetæ, vt homeri: aut alterius auget hanc. s. famam. Plurima pars scænæ. i. rerum, quæ aguntur. in vmbraculo comicorum, & tragicorum, est. i. poeta, hoc est poetæ inuentio, appositione fallacia. i. mendacium, rerum: aut plurima pars rerum scænæ est fallacia vatis, & sic potius legerem: nisi scriptum inuenissem vates ab ijs lectorem: qui cũ sequentibus putant construendum, vt sit, vates viderunt carmine, &c. Sed calderinus legit carmina, vt sit. Carmina idest poetæ canentes. Viderunt manes nigros sub terris, idest etiam de inferis, & propter ea de incognitis audent loqui. vnde Maro in. vi. veniam precatur dicens. Dij quibus imperium est animarum, vmbræqz silentes. Et chaos, & phlegeton, loca nocte silentia late. Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro, pandere res alta terra, & caligine mersas: atqz viderunt regna ditis, idest Plutonis: pallentia inter cineres, scilicet ignis infernalis.

Proxima uiuaces æthnei uerticis ignis
Impia sollicitat Phlægæis fabula campis.
Tentauere nefas olim detrudere mundo
Sydera captiuiqz Iouis transferre gygantes
Imperium, & uicto leges imponere cœlo.
His natura suos aluo tenus ima per orbes
Squameus intortos sinuat uestigia serpens.
Construitur magnis ad prælia montibus agger.
Pelion Ossa creat, summas premit Ossan Olympus.
Iam coaceruatas nituntur scandere molles.
Impius & miles metuentia cominus astra.
Prouocat infestus cunctos ad prælia diuos.
Iuppiter e cœlo metuens, dextraqz coruscam
Armatus flamma renouat caligine mundum.
Incursant uasto primum clamore gygantes.
Hic magno tonat ore pater geminatqz fauentes.
Vndiqz discordes comitum simul agmine uentos.
Densa per attonitas rumpuntur fulmina nubes.
Atqz in arma ruit quæcunqz potentia diuum.
Et mars sæuus erat iam, & cætera turba deorum.
Stant utrinqz metus, ualidos tum Iuppiter ignes
Increpat, & iacto perturbat fulmine montes.
Illic deuectæ uerterunt terga ruinæ.
Infectæ diuis acies; atqz impius hostis.
Præceps cum castris agitur materqz iacentis
Impellens uictos, tum pax est reddita mundo.
Tum Liber cessi uenit per sydera cœli.
Defensiqz decus mundi nunc redditur astris.
Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aethna.
Obruit Enceladum, uasti quoqz pondere montis
Aestuat & petulans expirat faucibus ignes.
Hæc est mendosæ uulgata licentia famæ.
Vatibus ingenium est hanc auget nobile carmen.
Plurima pars scænæ rerum est fallacia, uates
Sub terris nigros uiderunt carmina manes.
Atqz inter cineres Ditis pallentia regna.

❡ Proxima. i. tertia. Phlægæi, cãpi phlægæi ideo dicti, q ibi erant in copia maxima ignes. His natura, secũdũ multos authores loquor, qui dicunt Gigantes pedes habuisse serpentinos: Sinuat, curuat. Coaceruatas, accumulatas. Materqz iacentis impellens victos: scilicet gigantes, dicitur autẽ. terra mater, quia dicuntur filij terræ gigantes. Sub terris audent, poetæ ex scientia nonsolum rerum humanarum. verum etiã diuinarum: ponit autem carmina pro ipsis poetis. DOMI.

Et vates

Mentiri uates Stygias, undasq; canentes.
Hi Tityon septem strauere in iugera foedum.
Sollicitent magna te circum Tantale poena.
Sollicitentq; Scinim: Minos tuaq; Aeace in umbris,
Iura canunt, idemq; rotant Ixionis orbem.
Quicquid & interius falsi sibi conscia terra.
Non est terra satis, speculantur numina diuum.
Nec metuunt oculos alieno admittere coelo.
Norunt bella deum, norunt abscondita nobis.
Coniugia, & falsa quotiens sub imagine peccent.
Taurus in Europen, in Ledam candidus ales.
Iuppiter in Danaen pretiosus fluxerit hymber.
Debita carminibus libertas ista, sed omnis.
In uero mihi cura, canam quo feruida motus.
Aestuet Aethna, nouosq; rapax sibi congerat ignes.
Quacunq; immensus se terrae porrigit orbis.
Extremiq; maris curuis agitatur ab undis.
Non totum est solidum, desit namq; omnis hyatu.
Secta est omnis humus, penitusq; cauata latebris.
Exiles suspensa uias, igiturq; animantis.
Per tota errantes percurrunt corpora uenae.
Ad uitam sanguisq; omnis, qua commeat idem.
Terra uoraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet haud olim diuiso corpore mundi
In maria, ac terras, & sydera, sors data coelo.
Prima, secuta maris, descenditq; infima tellus. ∴
Sed tota et mosa cauis, & qualis aceruus.
Exeat imparibus iactis ex tempore saxis.
Ut crebro introrsus spatio uacuata corymbos.
Pendeat in sese simili quoq; terra figura
In tenues laxata uias, non omnis in arctum.
Nec stipata coit, siue illi caussa uetusta est.
Nec nata est facies, seu liber spiritus intra.
Effugiens molitur iter, seu lympha perenni. ∴
Edit humum limo, furtumq; obstantia molis
Haud etiam inclusi solidum uidere uapores.
Atq; igni quaesita uia est, siue omnia certis.
Pugnauere locis, non est hic caussa dolendi.
Dum stet opus caussae, quis enim non uiderit illic.
Esse sinus penitus tantos emergere fontes.
Cum uidet ac torrentem imo se mergere hyatu,
Non ille ex tenui, uocemque agat acta necesse est.

DOMI. ¶ Metuit: quia non habent rē manifestam. Hic tityus titani & elaræ filius latonæ vim inferre voluit, licet Verg. terræ filiū esse significet. aut potius ab ea nutritū dicens æneі vi. Necnō & tityū terræ oīpotētis alumnū. tantæ. n. magnitudinis fuit, vt vix eū. ix. iugera agri caperēt: fœdū. lasciuū. Sollicitant magna. t. c. tā. pœna, quia habet aquas, & poma, nec tamē esuriēs contingere potest, damnatus. n. ad inferos, quia deorū facta reuelarat. Ouidius. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia carpit. Tātalus, hoc illi garrula lingua dedit, & hoc in libro de sine titulo. Alibi tamē ꝓpter Pelopē filiū inter epulas deorū appositū ad huiusmodi pœnas damnatū legimus, Solicitantq; scynim. Minos, æacus, & Rhadamātus a poetas iudices inferorū traduntur. Idēq; rotāt, Ixion Iouis scriba, ac vnus ex cētauris, q cū de Iunonis concubitu se iactaret, a Ioue fulminatus, & ad inferos damnatus, voluit rota, vnde Tibullus, Illic Iunonē tentare Ixionis ausi, Versant celeri noxia membra rota. Alter Ixion legitur apud Porphirionē, q socerū suū ꝓdidit facta ignis, foueat, vt non solū dotē: verū cūcta ipsius possideret. Hora. Taurus in europen. i. iupiter mutatus in taurū. In ledā candidus, quoniā mutatus fuit in cignum, & mutatus deuenit Danaen Acrisij filiā in pluuiū aurū. Corymbos, hedera habet racemos inæqles, sicut terra, quæ est inæqlis. Edit. consumit: deuorat. Obstātia molis, mole obstātē. Vapores, ventorū furores. Oia elemēta. Sinus, curuitates. Tenui, ex re minima.

¶ Et vates mētiti, sup. sunt canētes vndas stygias, idest stygis paludis tristitiæ infernalis, dy cuius iurare timet, & fallere numē. hi. s. vates statuere. i. extēderūt tityon. s. terræ alūnū fœdū. i. deformē, aut ꝓpter incōtinētia, aut ꝓpter magnitudinē sicut in georgicis, turpes phocæ dicunt in septē iugera, immo in nouē fœcūdū illud æner. vj. Nec nō & tityon terræ oīpotentis alūnū, Cernere erat, per tota nouē, cui iugera corpus. Porrigitur. Vnde credā huius carminis esse aliū authore, q ipsum vergiliū, licet in diuersis operibus diuersa iter dū sequi liceat, Et vates sollicitāt. Scirim, sic deprauata habet lectio. & librorū corruptio: quæ mihi nō soli, nec semel imposuit, difficile enim est in omnibus syncerā restituere, hūc autē locū restituit. Despauterius noster nimiuta, q in versificatoria sua docet. Scinis legendum, Est autē Scinis latro immanissimus, qui isthmum obsidens (vt in quinto refert Diodorus) duas pinus flectebat atq; illis hominis deprehensi brachia alligabat, remittensq; sursum pinus miserabili cruciatu dissecabat. Hic autē a poetis maxime sollicitatus. Ouidius. vij. metamor. Occidit ille scinis magnis male viribus vsus. Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto. Ad terrā late sparsuras corpora pinus. Propter ai boreasq; cruces scinis, & nō hospita grays, Saxa, & curuatas in sua fata trabes, sollicitant ergo Scinim tyrannū illū immanē, nō sinentes eius immanitatē latere, & o minos ipsi canūt tua iura in vmbris. i. quæ habetis apud inferos, vbi iudices estis. Et ijdē. s. vates. rotāt. i. versant, hē carminib9 suis describūt rotaz orbē Ixionis, q cū Iunone ꝓcūbere voluit: vt æner. vj. late patuit, & sup. canūt, aut speculantur quicquid terra, conscia sibi interius falsi, supple habet, aut cōtinet. & terra nō satis, q: speculantur numina diuū. i. diuorū. Nec metuūt. i. & nō verent admittere oculos. s. suos cœlo alieno. i. sibi negato, qui dicat cœlū cœli domino, terrā autē dedit filijs hominum. Ipsi norūt. i. noscunt bella deum, & norunt coniugia, scilicet deorū abscondita nobis, & quotiens, scilicet dij peccent, scilicet, per adulterium sub imagine falsa, idest transformati in alienā speciē, quæ omnia secundum Plynium proxime ad dementiam accedunt, vt quoties Iupiter peccet, taurū: idest sub imagine tauri in europen, quā scilicet auexit in specie candidi tauri, & ales candidus. i. cygnus, aut olor peccet in ledā. s. tyndari vxorē, ex q helenā & pollucē genuit. vt ipse Iupiter fluxerit, existēs hymber ꝓciosus, idest aureus in danaen, scilicet acrisij argiuorum filiā inclusam turri ꝓpter oraculū, vt fingunt poetæ. Debita carmi. liber. &c. Ordo est Ista libertas. s. fingendi caussas manes, & friuolas incendij æthnei. est debita. i. concessa, & permissa carminibus. i. poematis, aut poetis, sed omnis cura est mihi in vero. i. vera causa, cana. s. vere, quo motu æstuat. i. efferueat, æthna feruida, & quo motu ipsa rapax cōgerat. i. accumulet sibi nouos. i. recētes semp ignes. Nō totū. s. illud spaciū, quacūq;. i. per quācūq; partē, immensus orbis. i. globus terræ porrigit. i. extēdit se, & quacūq; orbis maris extremi. i. oceani agitatur ab vndis curuis est solidū. i. integrū, & plenū sine concauit, nāq; omnis humus. i. terra, desit. i. tatiscit, & dest hyatu. i. vbi hyatus est, & ois humus est secta. s. in rimas, fissuras, & ipsa scilicet cauata penitus. i. pene intus, & omnino intrinsecus, latebris. i. per latebras, est supple suspensa. i. habens suspēsas vias exiles, idest valde modicas: & occultas, igitur venæ animantis. a. animalis errātes. i. diuagantes, percurrunt per tota corpora. i. per singulas partes corporis, & omnis sanguis est. i. qua commeat. i. coit ad. vitam. i. ad sustentationē vitæ. i. sicut per diuersas venas commeat idem sanguis, q vitam sustentat. nam sine sanguine viuere nemo potest, vnde exangues mortuos vocamus si quædā venæ, & qdā spiritus sunt in terra: vnde incēdia illa perpetuo sustentātur. Terra digerit. i. coquit, & in alienā naturā vertit, auras. i. tenues vētos conceptas voraginibus. i. p voragines, & hyatus terræ. Scilicet. i. scire licet quomodo idq; corpore mūdi diuiso haud olim. i. non modico ante hac diuiso dicit in maria ac terras, & sydera. i. cœlum sors prima est data cœlo. i. cœlum sortitum est primum locum, & sors maris secuta est: quia secunda erat, vnde secundū a sequendo dictum volunt, & tellus descendit. i. deorsum locū cœpit, existens infima, sed descedit totis cauis. i. habēs integras cauernas, & talis, qlis exeat i emergat aceruus. s. lapidū, & hoc saxis imparibus. i. inæqualibus. i. minime quadrantibus inter se iactis extempore. i. subito, & ex improuiso. i. sic globus terræ consolidatus eū: vt aceruus lapidū subito accumulatus in quo nimirum multæ manerent concauitates, sicut & in terra. vt. i. quemadmodū corymbos. i. fractus hæderæ pendent, supple vacuata crebro spacio: ita vt nō sit continuus fructus, ipsa terra. quoq; i. etiam coit in sese. i. in seipsam simili figura laxata in tenues vias. i. subtiles poros, & venas. Non omnis. s. terra nec coit. i. conglutinatur in arctū. i. compressum, & condensum. nec ipsa stipata. i. cōpressa coit. i. consolidatur: siue causa est illi. s. terræ vetustas: nec facies

 .i. talis

ASCEN

Scinis q. fuerit.

Ordo

.i.talis factura. aut spōte est nata.i. natiua, & connaturalis. seu i. siue, spūs.i. ventus. liber.i. non compressus effugiens intra.i. intrinsecus molitur.i. cū mole pficit iter.i. meatū, seu lympha.i. aqua. edit.i. absumit secūdū Calderinū, si illud edo hēt pmā breuē & potius cōiugat edo, es, est, vn̄ hic mallē dicere, edit.i. editiorē, hoc est altiorē facit, vn̄ ipsa edit.i. erigit hinnūlimo penni .i. p totum annum perdurante, nisi sequeretur, furtimq; obstanna mollis, sup. edit.i. absumit. etiam vapores inclusi. s. in cauernis æthnæ non videre solidum.i. integrū, & plenū, atq; via est quæsita igni.i. ab igne, vt stet passiue, aut ad cōmodū eius, vt stet possessiue, siue oia pugnauere locis certis, causa dolendi non est hic.i. in hac re. dummodo opus causæ stet.i. paratum sit. Enim pro quia, quis non viderit illic esse sinus.i. curuaturas concauas, & cum videt tantos fontes emergere penitus, ac videt tantum torrentem emergere se penitus, supple ab hiatu imo.i. profundo ille. s. torrens, non s. est, aut oritur. ex tenui.i. modica causa, & necesse est, vt supple terra acta agat.i. emittat vocem, & vt errantes scilicet aquæ arcessant, idest arceant.

Confluuia errantes arcessant undiq; ab undis.
Et trahat ex pleno q̄ fontem contrahat amne.
Flumina quinetiam latis currentia riuis
Occasus habuere suos, aut illa uorago
Direpta in præceps fatali condidit ore.
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis.
Atq; inopinatos referunt procul edita cursus.
Quod si diuersas emittat terra canales.
Hospitium fluuiorum, aut semita, nulla profecto
Fontibus & riuis constet uia, pigraq; tellus
Conferta in solidum segnis sub pondere cesset.
Quod si præcipiti conduntur flumina terræ.
Condita si redeunt, si qua etiam incondita surgunt.
Haud mirum clausis etiam si libera uentis
Spiramenta latent, certis tibi pignora rebus.
Atq; oculis hæsura uias dabit ordine tellus.
Immensum plerunq; sinus & iugera pessum
Intercepta leget, densæq; abscondita nocti.
Prospectare procul chaos, ac sine fine ruinæ.
Cernis & in syluis spatioq; cubilia retro.
Antraq; demissis pedibus fodisse latebris.
Incomperta uia est operum, tantum influit intra.
Argumenta dabunt ignoti uera profundi.
Tu modo subtiles animo duce percipe curas.
Occultamq; fidem manifestis abstrue rebus.
Nam quo liberior, quoq; est animosior ignis
Semper & inclusus, nec uectus, sæuior ira est
Sub terra. penitusq; mouens hoc plura necesse est.
Vincla magis soluant, magis hoc obstantia pellant.
Nec tamen in rigidas exit contenta canales.
Vis animæ flammam auertit, qua proxima cedunt.
Obliquumque secat, qua uisa tenerrima caussa est.
Hinc tibi terra tremit motu, hinc tibi densus hyatus.
Spiritus exagitat uenas. cessantiaque urget.
Quam si spissa foret, solidoque instaret inani.
Nulla daret miranda sui spectacula tellus.
Pigraque & in pondus confestim mobilis esset.
Sed summis si forte putas concredere caussis
Tantum opus & summis alimentum uiribus oris.
Quæ ualida in promptu cernis, ualidosque recessus
Fallere sed nondum tibi certa hæc lumina recto.
Nanque illic quodcunque uacat specus omnis hyatu.

AS CEn. ¶ Cōfluuia.i. q̄ in mare cōfluūt, & trahat vndiq; ab vndis, q̄ trahat ex pleno, & contrahat fontē amne pleno.i. perenni, & indeficiēte. Flumina quetiaʒ, &c. Eandē rem prosequitur, vnde Ordo ordo est. Quinetiā flumina currentia latis riuis habuere suos occasus.i. receptacula, aut illa vorago direpta in præceps.i. excesa per præcipitationē aquæ. condidit, supple se, ore fatali .i. necessitate, quā fatū instituit in initio naturæ, aut condidit .i. abscondit se in præceps, fatali ore, aut flumina fluunt occulta adoperta tectis, atq; edita cauernis referunt pcul cursus inopinatos, quod de arethusa, & nilo dicitur. vel sic, fluūt occulta cauernis tectis.i. per cauernas tectas, & ita adoperta, atq; edita. s. ex cauernis rursus in lucem data referunt procul cursus inopinatos. s. præter hominū opinionē ortos, q̄ si terra emittat diuersas canales.i. meatus aquarum, per quos, vt fontes per canales fluant, appositore hospitium, i. receptaculum fluuiorum, aut nulla, sup. sit profecto.i. reuera semita.i. angusta via & quasi semi iter, & via. s. nulla cōstet riuis, & tellus pigra cōferta.i. cōstricta in solidū.i. durū, & densum sine uacuo, aut meatu, & ipsa segnis.i. inoperosa, cesset. s. omni operatione. sub pōdere. s. molis suæ, aut aquarum. Quod si flumina conduntur terræ precipiti.i. præcipitanti ea, & si flumina cōdita.i. abscondita redeunt, & si qua.i. alique ēt icōdita.i. quæ prius non exierant, nec rursus recepta sunt surgunt.i. oriunt primū, haud.i. nō, mirū sup. est, si spiramenta.i. meatus, & aperturæ, quibus expirent, latent uentis clausis. s. in terra, priusq; tales exhalationes emittantur, tellus dabit tibi pignora, scilicet fidei, & crudelitatis certis rebus, & in ipsa hæsura oculis dabit ordine.i. per ordinem vias. s. ad cognoscendū, aut p quos talis fiant. Nā ipsa leget.i. ex ordine oculis obiiciet, sinus scilicet aquarum, interceptos, sup. plerunq;.i. plurimum, immensum.i. immense, aut immenso modo, hoc est sane magnos, & leget iugera intercepta pessum.i. deorsum in præceps, & abscōdita densæ nocti.i. a caligine quasi nocturna. Tu cernis chaos.i. voraginē nigram, hoc est baratrum pspectare pcul, ac si ne fine.i. termino, ruinæ.i. præcipitii & cerneris sup. feras fodisse in syluis cubilia, spatio retro. s. relicto, aut retro, & fodisse antra. s. noua, demissis latebris. s. prioribus, via operū.i. quomodo tales cauernas operatæ sint, est incomperta.i. nondum cognita. tantum.i. solūmodo influit intra.i. introrsum intēdit, q̄ sup. res dabūt vera argumēta.i. veras approbationes pfundi ignoti.i. icogniti, hoc est p ea antra, quæ aperiūtur in syluis a feris, cū videmus aperturas valde pfundas, & maiores q̄ʒ vt a feris excauatæ putentur, facile cognoscimus, q̄ latebras terræ ignoramus. Tu percipe modo animo duce. curas.i. inuestigationes subtiles, & abstrue.i. absconde secundū Calderinū, rebus manifestis fidē occultam, aut astrue, idest asserere, rebus manifestis, fidē, idest credulitatem occultam, idest latentem. Nā quo.i. q̄to ignis est liberior, quoq;.i. & quo (sunt.n. duæ pticulæ) est animosior iclusus semp, & nō vectus. s. foras. sup. eo est sæuior.i. maior, & vehemētior ira.i. indignatio, aut incendiū est. s. igni, sub terra, & mouēs penitus.i. pene intus, aut omnino, necesse est, vt supple plura.i. plures res, soluant hoc.i. tanto magis vincla pro vincula, & pellant hæc.i. tāto magis obstāntia, hoc est ignis, qui in visceribus terræ quanto magis abstrusus est, tanto vehementius exedit, & cauat terrā. nec tamē flāma cōtenta. s. in terris exit in canales rigidos.i. non exiccat venas fontiū, sed vis aiæ.i. ventilantis, auertit flāmā qua. s. vi, pxima cedūt. & secat obliquū.i. in obliquū, qua.i. p quā cāʒ tenerrima.i. minima est visa. Nā hinc.i. ex hac causa, q̄ s. sur ignes, & vēti, ac aquæ sub terris, & venti erumpere contendūt, terra tremit tibi motu.i. per motū, & spiritus densus.i. ventus grossus, aut vehemēs, exagitat.i. expellit hyatu .s. suo, venas. s. aquar, & flāmar & vrget cessantia.i. non cito cedentia, q̄ si tellus foret spissa.i. si nō haberet illas cōcauitates, & instaret solido.i. integro, & pleno, inani.i. spatio medio, sine ventis, & flāmis, ac aquis, ipsa nulla.i. non vlla, nō daret vllo miraculo sui.i. de se & ipsa esset pigra, idest ociosa, ac torpens, & esset mobilis in pondus. s. secundū torū globū tantū, cū nūc etiā in parte moueatur per vētos inclusos. Aut in pondus, idest deorsum, quo, scilicet idest grauitas deprimit. Sed summis, &c. Prosequitur institutum indagans ex physicis principijs causas incendij æthnei. Ordo est. Sed si tu putas, idest prætendis forte concredere, idest committere summis, idest cœlestibus causis tm̄ opus, quantum est perpetuum incendiū æthnæ: & cætera, q̄ in terris fiūt mira, & si tu putas concredere summis viribus alimentum oris. s. æthnæ hoc est orificij & foraminis, vnde incendium euoluitur (alij legunt. ori.i. mōtis, sed græcum est, & o corripitur, vt in oreste patet) tu fallere, idest falleris, sup. in eis: quæ tu cernis in promptu valida. & validos recessus, sup. esse .i. quæ tu putas veras, & occultas causas, sed hæc nondum, sup. sunt tibi certa i. perspecta lumine recto, idest cognitione perfecta. Nam q; quodcunq; vacat, idest excauatum est illic, id, sup. omnis specus solum hiatu.

¶ Cōfluuia aq̃s fluētes. Occasus, fines suos. Pigra, decisa. Cesset, det locū. Abstrue, abscōde. Sæuior, sub terra maior ē, si q̄ obstāntia ipsi ignes obstāt, & ipellūt. Hic ex hac cā.i. igne & ventis fiunt terræmotus. Spissa: si non hēret illas cōcauitates. DOMI.

Et rea

Et res introitu soluunt, adituque patenti.
Conuersæ languent uires, animosque remittunt.
Quippe ubi contineat uentos, qua quique morantes
In uacuo desint, cessat, tantum que profundi
Explicat errantes, & in ipso limine tardat.
Angustis opus est turbare in faucibus illos.
Feruet opus, densique premunt, premiturque ruina.
Hinc furtim borea, atque noto, nunc unus uterque est.
Hinc uenti rabies, hinc sæuo quassat hyatu.
Fundamenta solo trepidant, urbesque caducæ.
Inde (neque est aliud) si fas est credere, mundo
Venturam antiquam faciem ueracius omen.
Hæc primo species iterum, naturaque terræ
Introrsus cessante solo trahit undique uenas,
Aethna sui manifesta fides, & proxima uero est.
Non illic duce me occultas scrutabere caussas.
Occurrent oculis ipsæ, cogentque fateri.
Plurima nanque patent illi miracula monti.
Hic uasti terrent aditus, merguntque profundo.
Corrigit hic arctus, penitusque quod exigit ultra.
Hinc spissæ rupes obstant, discordiaque ingens
Inter opus nectunt uaoum, mediumque coercent.
Pars igni domitæ, pars ignes ferre coactæ.
Vt maior species Aethnæ succurrat inanis.
Hæc illis sedes, tantarumque area rerum est.
Nunc opus artificem incendit caussasque reposcit.
Non illos parui, aut tenuis discriminis ignes.
Mille sub exiguo ponam tibi tempore ueras
Res, oculique docent, certas res credere cogunt
Quinetiam tactu moueant contingere toto.
Si liceat prohibent flammæ, custodiaque ignis.
Illi operum est, arcent aditu diuinaque rerum.
Cura sine arbitrio est, eadem procul omnia cernis.
Nec tamen est dubium penitus quis torqueat Aethna.
Aut quis mirandus tantæ faber imperet arti.
Pellitur exustæ glomeratus nymbus harenæ.
Flagrantes properant moles, uoluuntur ab imo
Fundamenta, fragor tota nunc rumpitur Aethna.
Nunc fusca pallent incendia mixta ruina.
Ipse procul magnos miratur Iuppiter ignes.
Ne ue sepulta noui surgant in bella gigantes.
Neu Ditem pudeat regni, neu tartara cœlo
Vertat in occulto, tantum premit omnia dextra
Congeries operis, saxorum, & putris harena.
Quæ nec sponte sua faciunt, nec corporis ulli
Sustentata cadunt, robustis uiribus, omnis
Exigitur, uertit uasa omnia, uertice sæuo
In densum congesta rotant, uoluuntque profundo.
Nec causa expectata, ruunt incendia montis.
Spiritus inflatis nomen languentibus aer.
Nam prope naturæ par est uiolentia semper.
Ingenium uelox illi, motusque perennis.
Verum opus auxilio, interpellat corpore, nullus
Impetus est ipsi, qua spiritus imperat, audit.
Nunc princeps, magnusque sub hoc duce militat ignis.

DOMI. ¶ Faciē antiquā, i. chaos antiquū. Aethna est fides, æthna. n. facit testimoniū, qđ ē verisimile. Duce me, nō potero te edocere, si nolueris pscrutari. Vasti, pfūdi. Euomit qr æthna euomit & emittit saxa ꝯbusta in mare. Hic vasti, cupit exponere miracula mōtis æthnæ: ac dicit terribiles cauernas introitus mari mersos eē. Mergūt, exeūt, exigit, vltra se extēdit. Spissæ duræ & frequentes discordia, quia nō pmittūt rupes vltra extendi ignes

ASCEN. ¶ Et res soluunt. i. aperiūt introitu, & aditu patēti, & vires cōuersæ. s. ad se languēt & remittūt aīos. Quippe. i. vt pote, quæ ignorāt, vbi. s. specus cōtineat ventos, & qua. s. pte, aut in, qq; venti morātes desint. i. deficiant in vacuo. s. subterraneo, & tm pfundi: i. pfunditatis cessat. i. otiosum est: & explicat, sup. ventos tardat. i. imoratur in ipso limine, idest sub exitu: opus est illos. s. ventos, turbare. i. turbinē excitare, i. āgustis faucibus qñ. s. erūpere volūt, nec pñt, opus feruet, & vēti dēsi pmunt, idest vrget vt. s. exeant, & ruina premit. i. vrget, & festinat, hinc borea, atq; noto. i. diuersis vētis septētrionali, & meridionali furtim, idest in occulto, qr nōdū exierūt, nūc. s. post cōgressus vterq;. s. vētus boreas, & notus est vnus quia materia vētorū conglobat, hinc. i. deinceps post exitū, aut ex hac agitatiōe vētorꝫ subterraneorꝫ, ē rabies & hic vēti. i. ex hac agitatione, qssat. s. terrā sæuo. i. valde magno, & terribili hyatu, fundamēta. s. ædificiorꝫ trepidāt solo, & vrbes caducæ trepidāt solo. Omen veracius. i. verax idiciū, āiquā faciē, idest spēm, hoc ē chaos antiquum, vēturā sup. eē mūdo, idē. i. ex hac agitatione vētorꝫ qui oia cōfundēt, neq; est aliud. s. qđ āntiquā faciē reducat, si fas ē credere. s. āntiquā faciē vēturā mūdo, hæc prio spes iterꝫ, alii legūt hæc pria spēs rerꝫ, nec ē mēdosus versus, qr pria pducat positione, aptaq; erit cōpositio, sitñ legat prio ordo est, hæc spēs prior. i. q̄ prio fuit iterꝫ, sup. erit & natura terræ trahit vndiq; vēas solo cessante introrsus. Aethna ē manifesta fides. i. attestatio, & pbatio sui. i. eorꝫ q̄ de se sentire facit, & est pxia vero, i. vero simillima. Tu nō scrutabere illic. s. i æthna, me duce, idest ducēte me, aut ductu meo cās occultas, sed sup. manifestas, qr ipse causæ occurrēt oculis. s. tuis, & cogēt fateri. s. verum eē, qđ de eis p̄dicat. Nāq; plurima miracula patēt illi mōti Vasti, idest valde ampli, & pfundi aditus. i. accessus terrēt hic. i. in vna pte, & mergūt pfundo. i. profunda voragine maris. Arctus. s. locus, idest strictus. & angustus, corrigit. i. simul dirigit hic. i, alia pte, qđ exigit. i. extendit, aut expellit penit⁹ vltra, hic, idest ex vna pte, rupes spissæ obstāt. s. adire volentibus, aut ne fiat exactio lapidū iflāmatorꝫ, & discordia. i. ea q̄ sunt discrepātia inter se, internectūt. i. īpediūt, igens opus varii, & coercēt mediū, ps, idest ptim rupes domitæ sup. sunt igni. i. absumūtur, & mollificant ab igne, & pars coactæ sunt ferre idest emittere ignes, ita vt maior species æthnæ succurrat, scilicet iruētibus, inanis, i. exhausta hæc scilicet æthna est sedes illis. s. miraculis dictis. Et hæc ē area, i. cāpus tātarꝫ rerum, idest in qua tātæ res fiunt, & est quædam acclamatio. Nunc opus pergit, quo accepit hoc ordine. Opus, scilicet inceptum, accendit, idest inflammat studio perficiendi, artificem, idest authorem suum, & reposcit, idest iterum poscit causas. s. tanti incendii. Ego non ponam illos ignes parui, aut tenuis, idest exilis discriminis sed supple maximi, vnde ponam tibi sub exiguo tempore mille res veras, quia oculi docent, & cogunt credere res certas, quin etiā, supple res ipse, hoc ē ignes moueant tactu toto, si liceat contingere, sed non licet, quia flāmæ prohibent, & custodia ignis, idest ignis custos, est illi operum: hoc est illi operi, & supple flammæ arcēt, idest abstinent aditu, idest ab accessu, ne quis accedat, & omnia cura, idest accuratio, & administratio rerum, ē sine arbitrio, idest sine opera, aut consilio alterius, tu cernis eadē omnia procul. i, de longe, qr flammæ vetāt accedere, Nec tñ est dubium penitus, qs qr deus, aut natura torqueat. s. saxa æthna in illo mōte, aut qs faber mirādus. s. qcunq; est, imperet. i. præsit tātæ arti. Nymbus. i. multitudo, ac globus, harenæ exustæ glomeratus. i. inglomus, aut glomū collectus, pellit. i. expellit, & moles flagrātes. i. pōderosa saxa ardentia pperāt. i. festinanter emittūtur fundamēta. s. æthnæ voluūtur ab imo. i. pfundo, & fragor rūpitur. i. rūpendo editur, nūc. i. aliquādo tota æthna, & incēdia pallēt, nūc. i. aliquādo mixta ruina fusca. i. subnigra, qr fumosa, aut puluerulenta. Ipse Iupiter miratur pcul magnos ignes qr in occulto est ne ve. i. vel ne hoc est an noui gigantes surgāt in bella sepulta. i. sedata, & qeta, neu. i. ne ve. hoc est, vel an pudeat ditē. i. plutonē fratrē Iouis. regni. s. inferorꝫ: neu, idest ne ve pluto. sup. vertat tartara cœlo. i. in cœlū, aut cōmutare velit tartara cœlo tātū. i. dūtaxat, quia in occulto est, & cām incēdii nescit, ipse premit. i. coercet oia dextra. i. potētia sua, ois cōgeries opis, & putri harena saxorꝫ exigitur. i. extra pellit, quæ res nec faciunt. i. facescūt, & loca mutāt spōte sua. i. sua pre natura, nec sustētata viribus robustis, vlli. p vllius corporis, cadūt. i. decidūt ex aere, vertit. s. Iupiter: oia vasa. i. saxa cauata, sæuo vertice. s. æthnæ flagrātis, incēdia montis cōgesta. i. accumulata in dēsum. i. dēse rotāt, & voluūt. s. saxa, pfundo. i. ab imo, & ruūt. i. eruunt ea, nec causa, sup. est expectata. i. cognita & extrinsecus ispecta. Nomē est iflātis. s. icēdiis. i. dū iflāt, spūs qr a spirādo dr spūs, & lāguētib⁹. i. dū lāguēt, est sup. nomē aer Nā violētia est semp ppe. i. qsi par. i. æqualēs naturæ. i. cū nullū violētū sit ppetuū, in æthna violēta videtur hēre vim natu

 ræ, nā

ræ, nã ingeniũ velox est illi, & motus perẽnis, verũ .i. sed opus supp. est auxilio, nullus impetus interpellat corpore: sup. ea pte qua spiritus .s. inundi iperat, andit: nũc pricep .i. pdominas & magnus ignis militat sub hoc duce .i. spiritus q vt æneri. vi dicit, oratius alit hoc est, quia spiritꝰ omniũ diffusus ẽ p ora re git icẽdia & excitat ignes, atqȝ extinguit in æthna prout vult.

igneo Domitæ, pars æthnæ, ardet pars consumpta ẽ incẽdio Cogunt, quia q videmus oculis, cogimur credere. Arcent, ... in ortu. Nimbus: multitudo. Infosundo ... Sepulta, quæ ta Enceladus caput suũ sepultus habet sub æthna Ditẽ, Plutonem, ... si aperiret æthna, viderẽtur tartara. Dextra, ... Exigit cogit emittere, vasa appellat vasa punicea, q: sunt concaua Rotant: voluunt. Par, qui semper eadem est violẽtia in æthna, non enim magis æstuat vno tempore q alio Duce spiritu ventorum. Militat, ardet.

ASCEN. ¶ Huic quoniã, &c. Docet hominem ad rerum indagationẽ natũ esse, iuxta quod est illud philosophicũ in pncipio methaphysices, oẽs hoies natura scire desiderat, Docetqȝ qd idem philosophus ait: ex admiratione philosophiã inuenta quæ causas rerum inquirit.

Ordo ¶ Ordo aũt est. Quoniã natura est huic opi in prõptu .i. manifesta, & natura soli, terræ est vna .s. ipsi vẽti, ego subsequar, idest subsequẽter dicã, quæ res pascit incẽdia, & quæ causa inest silenti, idest ꝯquiescẽti .s. æthnæ: eũ .i. quando, cohibet .s. vis ventorum, subito, idest de repente labor est immensus, sed idem: scilicet labor est fertilis: idest vtilis, quia præmia digna curis, idest q̃ sint ope p̃tia respõdet laboranti .i. vestigãti. hæc supple non fuere miranda: scilicet nobis, solum oculis idest solo visu sine inquisitione causarũ. more pecudũ, que scilicet stupẽt, & nihil indagãt, nec pascere corpus graue, idest terrenũ, effusis scilicet oculis in humũ. (Vñ Ouidius methã. primo. Pronaqȝ cũ spectet aĩalia cætera terras, Os hoĩ sublime dedit. cœlumqȝ videre, iussit, & erectos ad sydera tollere vultus) Sed vt dicetur in fine huius particulæ, diuini est animi, ac iucunda voluptas nosse fidẽ, idest certã causam rebus & exquirere causas dubias. & perurgẽtẽ scilicet hominẽ, hoc ẽ instatuer, & urgenter ad finẽ vsqȝ uitæ curãtẽ: sacra, idest res sacras, & religiosas, attollere cœlũ capiti, aut hypallage est pro eo, quod est caput cœlo, aut sic dictum: vt illud. Adueniat nobis regnum tuum, non adueniamus regno tuo. Scire quot, & que & cur sint talia principia magno mundo, & cur secula metuunt occasus, idest finẽ, at pgunt, idest semp tamen procedũt Alij textus habent ad, vt sit, & pergunt, idest procedunt ad sæcula, idest in æternum, quantũ sæcula erũt. & quæ firma machina religata est mundo æterno, quia vt dicit Horatius i odis damna tamen celeres reparãt cœlestia lunæ. Nos vbi decidimus, itaqȝ res singulæ dilabuntur: sed vniuersum manet, & scire modum idest mensuram solis: & cursus eius, & quãto orbita .i. via orbis, hoc est reuolutio lunæ ẽ minor .s. q̃ solis, cur breuior orbita preuolet illi .s. lunæ: cur preuolet isti .s. soli, q̃ ille annuus orbis monet, q̃ sydera currãt certo ordine .s. oĩa preter planetas. quæqȝ .i. & quæ sydera careãt suo .s. ordie, existẽtia icõdita .i. errantia, sed cura .i. p summaȝ accuratonẽ. quia Ply. dicit, nihil illis, quæ erratica vocamus, minus errare. Sũt tamẽ q legant nõ cura, sed cursu: vt sit & q̃ careãt suo cursu .s. certo, sed nõ procedit, aut suo .i. pprie, vt sunt in firmamẽto, que motu raptus feruntur, sed verius legitur cura. Et scire ẽt vices .i. vicissitudines signorum .s. zodiaci, & iura tradita .i. vires, & influẽtias earũ cur .s. planeta aliquis. aut signũ denũtiet cœlo nubila, & terræ hibres, quo igni phœbe .i. luna rubeat. cum naturaliter pallidior sit, & quo igni palleat frater .s. phœbes, hoc est phœbus qui sol est, & cuius natura est. rubere potius. Cur tpa anni variãt. supp. se, aut cur ãni variãt tpa, & cur ver præit æstatem prima iuuẽta .i. prima pte sui. cur ipa æstas senescit .i. ad senũ, hoc est finẽ tendit. & cur hyems obrepit .i. tacite succedit autumno, & recurrit in orbe .i. gyro & circulo. (Quia vt dicit i Geor. Redit agricolis labor actus i orbẽ. Atqȝ in se sua per uestigia voluitur annus. vnde de hac tporum vicissitudine dicit Hora. iiij. carminũ sic inmortalia ne speres monet annus, & almuȝ. Quæ rapit hora diẽ, Frigora mitescũt zephyris, ver proterit æstas. Pomifer autũnus fruges effuderit & mox Bruma recurret iners, hæc ille) Item scire axẽ elices .i. vrsæ maioris. Nã elyce fuit nomen oppidi cuiusdam achiuorũ in peloponneso, vt dicit Iginius, in quo calisto nata fertur, & ab eo elicẽ denominari, postqȝ in vrsam maiore puersa fuerat, Minor aũt vrsa cynosura vocat Et nosse cometẽ .i. sydus crinitũ triste .i. tristitiæ indicẽ, vñ in Geor. Nec toties diri arsere cometæ. Prætẽdere enim dicunt, aut regnoȝ, aut regis interitum

Huic quoniam in promptu est operi natura, soliqȝ
Vna ipsi uenti quæ res incendia pascit.
Cum subito cohibetur, inest quæ caussa silenti.
Subsequar immensus labor est, sed fertilis idem
Digna laboranti respondẽt præmia curis.
Non oculis solum pecudum miranda fuere
More, nec effusis in humum graue pascere corpus.
Nosse fidem rebus, dubiasqȝ exquirere caussas
Sacra perurgentem, capitiqȝ attollere cœlum.
Scire quot, & quæ sint, cur magno talia mundo
Principia occasus metuunt ac secula pergunt.
Et firma æterno religata est machina mundo.
Solis scire modum, & quanto minor orbita lunæ est.
Cur illi breuior, cur isti peruolet orbis
Annuus, ille monet quæ certo sydera currant
Ordine, quæqȝ suo careant incondita cura.
Scire uices etiam signorum, & tradita iura.
Nubila cur cœlo, terræ denuntiet hymbres.
Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igni.
Tempore cur uariant anni, primaqȝ iuuenta.
Ver præit æstatem, cur æstas ipsa senescit.
Autumnoqȝ obrepit hyems, & in orbe recurrit.
Axem scire elyces, & tristem nosse cometem.
Lucifer unde micet, qua ue hesperus, unde Bootes
Saturni cur stella tenax, cur Martia pugnax.
Quo rapiant nautæ, quo sydere lintea tendant.
Scire uias maris, & cœli prædicere cursus.
Quo uolet Orion, quo sæuus & incubet Index
Et quæcunqȝ iacent tanto miracula mundo.
Non digesta pati, nec aceruo condita rerum,
Sed manifesta notis certa disponere sede.
Singula diuini est animi, ac iucunda uoluptas.
Sed prior hæc hominum cura est cognoscere terra.
Et quæ nunc miranda tulit natura notare.
Hæc nobis magna affinis cœlestibus astris.
Nam quæ mortalis species, quæ amentia maior
In Iouis errantem regno perquirere uelle.
Tantum opus ante pedes transire, & perdere segnes
Torquemur miseri in paruis, premimurque labantes.
Dum sese pretio redimant, uerumqȝ professæ
Tum demum uiles taceant, inopesqȝ relictæ.
Noctes atqȝ dies festinant arua coloni.
Callent rure manus glebarum usu experiuntur
Fertilis hæc segetiqȝ feracior, altera uiti.
Hæc platanis humus, hæc herbis dignissima tellus.
Hæc diti melior pecori, syluisqȝ fidelis.

DOMI. ¶ Subsequar: narrabo causam quia ignis silet. Pecudum, non solum hæc videbuntur miranda hominibus, verũ etiam rebus inanimatis. Capiti cœlum: idest caput cœlo, Secula. per omnia tempora. Aeterno. quia machina huius incendii in æthna sempiterna est. Orbita, rotunditas. Annuus, sol per annũ suum cursum facit. Incondita, incomposita, vices. alterationem, & vicissitudinem. Phœbe, luna. Senescit. tres partes sunt æstatis, est noua, adulta, & præceps. Axẽ .i. polũ arcticum, quæ elyce a grais nauigantibus petitur, cynosura vero a tyris. quæ est in polo antarctico. Cometem. qm̃ mutationem indicat regnorum, marisqȝ procellas & tempestatem nauigantibus. Bootes arctophylax, quasi boũ agitator: namqȝ est vltimus septẽ stellarum, iõ Bootes appellatur. Tenax. pertinax, Pugnax, quæ stella martis denotat bellum. Orion, stella, quæ ortu suo indicat pluuias, iõ alibi in æneide. Cum subito assurgens fluctu nymbosus orion, Index tempestatis. Non signis. Cognoscere, hoies prius volunt cognoscere terrestria q̃ cœlestia. Noctes sine lucro sunt noctes, quia nõ sunt exercitæ. Callent, habent duritiẽs, & humiditatem duram in manibus, aut alia parte membrorum, Viti, ad vinum producendum Diti pingui.

Aridiora

Ardiora tenent oleæ, succeßior ulmis
Grata, leues cruciant animos, & corpora caussæ.
Horrea uti saturet, tumeant & dolia musto.
Plena q; desecto surgant fœnilia campo.
Sic auidi semper quod uisum est carius istis.
Implendus sibi quisq; bonis est artibus, illis
Sunt animi fruges, hæc rerum maxima merces.
Scire quid occulto naturæ terra coercet
Nullum fallere opus, non multis cernere sacros
Aethnei montis fremitus, animum q; furentis
Non subito pallere sono, non credere, subter
Scrutamur rimas, euertimus omne profundum.
Quæritur argenti semen, nunc aurea uena.
Torquentur flamma terræ, ferroq; domantur
Cœlesti, migrasse minas ad tartara mundi.
Nosse quid impediat uentos, quid nutriat ignes.
Vnde repente quies, & multo fœdere pax sit.
Concrescant animæ penitus seu forte cauernæ.
Introitusq; ipsi seruent, seu terra minutis
Rara foraminibus, siue in sese abstrahat auras
Plenius, hæc etiam rigido qua uertice surgit.
Illinc infestus, atq; hinc obnoxius intus.
Vndiq; diuersas admittere cogitat auras.
Et coniuratis addit concordia uires.
Siue introrsus agunt nubes, & nubilus auster.
Seu forsan flexere caput, tergoq; feruntur
Præcipites, delecta sono premit una fugato.
Torrentesq; auras, pulsaraq; corpora densat.
Nam ueluti sonitura diu Tritone canoro
Pellit opes collectus aquæ, uictusq; mouere
Spiritus, & longas emugit buccina uoces.
Carmineq; irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis.
Quæ tenuem impellens animam subremigat undam.
Haud aliter summota furens torrentibus aura
Pugnat in angusto, & magnum commurmurat æthna.
Credendum etiam uentorum existere caussas.
Sub terris similes harum, quas cernimus extra.
Vt condensa cream inter se corpora turba
Elisa in uacuum fugiant & proxima secum
Nomina tota trahant tutaq; in sede resistant.
Quod si forte mihi quædam discordia tecum est.
Principiisq; ab his credas consurgere uentos.
Non dubium rupes aliquas, penitusque cauernas
Prouehere ingenti sonitu casuque propinquas
Diffugere, impellique animas, hic cernere uentos.
Aut humore etiam nebulas effundere largo.
Aut campis agrisque solent, quos obruit amnis.
Vallibus exoriens caligat nubilus aer.

¶ Horrea, vbi reponunt frumenta. desecto falce secto, & sciso. Nullum fallere opus, idest scire omnia opa. Vertimus, vertendo exquirimus. Minas: q; gigantes, qui voluerunt expellere Iouem cœlo, missi sunt sub tartara. Animæ, flatus ipsius æthnæ Seruent, stent in ipso introitu. Coniuratis, simul flantibus, Corpora pulsata. idest aerem, & hoc pacto fiunt nubes. Sonoro, tibicine Tritone, Opem, copias aquarum. Cortina secretior locus templi dicebatur, vbi cor vatis intumescebat, & extendebatur ad carmina ex oraculo dicenda, & similiter locus velatus in theatro, ex quo egrediuntur recitatores nimi dici potest. Modis, sonis, animam, flatum. Nomina tota, quia non possunt intelligi, qui venti sint, & exeant. Animas, ventos humore, pluuijs, quæ ex ventis creantur. Obliuit, circulauat.

DOMI.

Cortina qd fuerit

teritum. Item nosse, vnde lucifer. i. stella matutina, micet, vel pro vel, qua. s. luce, hesperus, idest stella vespertina micet. i. resplendeat, vnde boores, quia ad plaustri uni est, supp. le micet, cur stella, idest sydus Saturni sit tenax, cur stella, idest sydus martia, idest ipsius martis sit pugnax, idest ad pugnas citans, quo sydere, idest cuius syderis ortu nautæ rapiant, idest contrahant, lintea. s. vela: & quo sydere, tedat, z. i. extedat pandant lintea. Ite scire vias maris, z p dicere cursus cœli. i. cœlestium, quo orion. s. nymbosus volet. i. præceps ferat, quo ipse sæuus incidet. s. pluuiæ incubet. i. occidat, qui indicat tam in ortu q̃ occasu ventos, & pluuiam, & quæcunq; miracula iacent. s. ignota, tanto mundo, non pati supple ea, digesta, idest vt digesta cibaria dilitescere, nec condita, idest abscondita esse aceruo rerum, sed disponere singula manifesta, notis, idest per notas, supple in certa sede, idest dispositione. est animi diuini, & voluptas iucunda. Sed prior hæc, &c. Vocat hominem terrenus ad cognitionem terræ. q. d. altiora te, ne quæsieris. Est autem duplex expositio primorum verborum, altera hæc, sed hæc cura est prior. i. altior, z excellentior, vt deorum cura hominum est cognoscere terram. Altera sic, sed hæc prior propinqua cura hominum est cognoscere terram, & notare miranda, quæ natura nunc tulit, hæc scilicet natura terræ magna, qi affinis cœlestibus astris (q: necesse est hunc mundum superioribus lationibus esse contiguum, vt tota eius virtus inde gubernetur) est supple nobis. s. concessa. nam quæ spes mortalis. q. d. temeraria, quæ amentia maior, sup. est q̃ velle inquirere errantem, scilicet planetam, in regno Iouis. i. in cœlo, z transire tantum opus, scilicet terræ: positum ante pedes, & nos segnes perdere. i. negligere tantum opus, idest tantæ operis inquisitionem, nos miseri torquemur in paruis. s. rebus, & ponimur labantes. i. in errorem cadentes, dum. i. dummodo species mortales redimant sese. s. ab inertia, precio. s. talis studij, z professæ. s. sunt, verum tum demum. i. tunc præcipue taceant viles, z relictæ sopes. i. q̃ viles sint, & inopes relictæ. Coloni festinant arua, noctes atq; dies, manus. s. nostræ, callent. i. callum induunt rure, idest exercitio rurali, & experiuntur vsu. i. attrectatione glebarum. q: hæc. s. terra est fertilis segeti, z altera est feracior viti, hæc humus est dignissima. i. conuenientissima platanis, hæc tellus est dignissima herbis, quarum in Geor. latius prosequitur poeta ibi, Diuisæ arboribus terræ, sola india nigrum fert hebenum, &c. hæc. s. tellus est melior. i. conuenientior, pecori dum. i. dum tacieti, & hæc est fidelis syluis, q: feliciter producit arbores.

¶ Oleæ tenent aridiora, scilicet loca, tellus, supple succeßior, idest pinguior, est grata vlmis, caussæ leues, idest modicæ cruciant animos, & corpora, vti, idest vt saturent: idest repleant horrea & vt dolia tumeant musto, idest recenti vino, z vt fœnilia, idest repositoria fœni surgant plena campo desecto. i. demesso a fœnisecis (sic enim a Persio appellantur messores fœni). Sic scilicet coloni semper auidi, idest cupidi sunt (vnde, vt quamuis auidis parerent arua colonis, gratum opus agricolis) eius, supple quod visum est istis carius, idest preciosius cæteris. Quisq; est implendus sibi, idest a se bonis artibus, quia quilibet studia sua insequitur. & id optimum putat, quod maxime scit. Fruges sunt illis: scilicet colonis, animi idest delicæ, z conatus, hæc merces est illis maxima rerum, videlicet scire, quid terra coercet, idest amouet occulto, idest secreta vi naturæ nullum opus fallere, supple eos, idest a nullo opere falli, hoc est omnia opera scire. Non multis, idest paucis est merces, idest studium, & voluptas cernere sacros fremitus, & animum, idest vim æthnæi montis furentis non pallere subito sono, non credere, idest confidere, nos scrutamur rimas idest fissuras subter, idest quæ subtus sunt, & euertimus, idest euertendo inquirimus omne profundum. Semen, idest minera, ac vena argenti quæritur, scilicet a nobis nunc, idest aliquando, scilicet causa auaritiæ, z non scientiæ, atq; aurea vena quæritur nunc, terræ torquentur flamma, scilicet in fornacibus, & domantur, idest aperiuntur, z scinduntur ferro cœlesti, aiunt supple minas mundi: idest gigantes migrasse ad tartara, vbi sunt ditis thesauri. Non multis etiam est merces, nosse quid impediat ventos, q̃ exire nequeant, quid nutriat ignes, vn̄ qes sit repete, z pax sit repete sup. cum multo fœdere. s. inter ignes, & ventos, z nosse, vnde animæ. i. venti: concrescant, seu. i. siue cauernæ, seruent forte sibi, scilicet ventos penitus. i. penitus, & ipsi introitus. i. primi receptacula terræ seruent sibi ventos, seu terra rara foraminibus minutis. i. habens multos poros. siue abstrahat in sese auras. i. ventos tenues, plenius. Etiam, qua sup. parte hæc. s. terra, aut æthna surgit. i. erigitur vertice rigido. ventus sup. infestus istinc idest ab vna parte, atq; obnoxius hinc idest ab alia parte, intus. i. interius, cogitat admittere vndiq; diuersos auras, & concordia scilicet ventorum admissorum addit vires, quia ad hoc concordantes, vt ignem, & saxa expellant fortiores sunt, q̃ si singuli sint, siue nubes: & auster nubilus agant. s. auras introrsus, seu sup.

Ordo

ASCEN.

seu sup. auræ: & vẽti flexere forte caput, vt spõte intrent, ₇ feruntur pcipites tergo. i. per tergum, una scilicet aura, delecta. i. de multis lecta, & conflata premit aures terrentes: idest inundantes sono fugato, idest expulso: & vẽsat. i. vẽse verberat corpora pulsata. Nã veluti bucina. i. tuba: sonitura diu tritone. i. deo marino qui concha canere dicit, canoro. i. frequẽter cantẽti, vnde æmulus interemit misenum, spiritus collectus, & ui/ctus. i. coact⁹ mouere, pellit opes aquæ. i. pcellas agit, & emugit, idest quasi mugiẽs emittit: voces longas. i. diu duraturas & veluti cortina. i. secretior pars tẽpli, aut antri Apollinis, vnde oracula pdibant canit carmine irriguo, existens numerosa modis imparibus, & arte regẽtis. i. dirigẽtis, quæ ars i pellẽs anim m. i. flatũ tenuem, subremigat. i. percutit more remigantium vndam, haud. i. nõ aliter, aura sub mota. i. propulsata, pugnat. i. obstrepit, torrentibus, per torrẽtes, in angusto. i. arcto inclusa, & æthna cõmurmurat magnum, idest magnopẽ: nomen pro aduerbio. Credendum est ẽt. varius ambagibus, & verborum inuolucris rem psequitur affectans verborũ apparatu rem in miraculum trahere, vnde dicit, credendum etiam causas ventorum existere sub terris, similes hacuz, scilicet causarum (bene genitiuo vtitur, qz substantiam respicit, vt nõ est similis tui in dis domine, quas cernimus extra: scilicet terrã, aut extrisec⁹ vt cremẽt. i. cõburãt inter se corpora cõdensa, ₇ fugiant in vacuum, idest aerem, turba elisa, idest eiecta, & expulsa, & proxima trahant secum tota nomina, idest cõfundãt nomina ventorum, quia non potest intelligi: qui venti sint, & exeant, & resistant in sede tuta, idest extra turbam posita, qp si quædam discordia est mihi tecum, o lector, supple qp. i. qz cre/das ventos cõsurgere ab his principijs, non dubium sup. est, aliquas rupes, & cauernas prouehere. i. porro vehere, ₇ docere ventos, sup. cum ingenti sonitu, ₇ animas. i. ventos, diffu/gere, & impelli propinquas casu. i. ad casum, datums antiquus, & non dubiũ est ventos creare hic. i. ex hoc diffugio, ₇ impulsu, aut supple animæ & auræ, so'ent ẽt effundere nebulas largo humore. i. habentes largũ humorem admixtuz. aut cãpis. & agris. i. p cãpos, ₇ agros. quos. s. cãpos: ₇ agros amnis obruit. i. irrigat, & aer nubilus exoriens vallibus. i. exhalatus ex cõualle: caligat. i. obtenebrat.

ASCEN. ℂ Parua flumina. ferũt. i. afferũt auras: vis. i. potentia proxima est uento, & aspirat eminus. i. delõge fortis. s. auras: & humor. s. productus verberat. scilicet obstantia: atqz hoc, supple fit in vacuos scilicet ventos aeri expositos, cuius regione vulgus vacuam putat, sed si tanta potentia rerum est. s. ventis externis, necesse est, vt introclusi efficiãt plura, hoc. s. iam dicto: vel hoc. i. tanto plura. Aethna igitur his causis extra. i. exterioribus. & coactis penitus. i. interioribus, & exagitat. i. expellit ventos. idest venti. s. exacti: pugnãt idest obstant, aut certamen erumpunt, pugnantes. s. in faucibus. s. antri æthnæi. ante. s. qz exeant, & pugnantes suffocant. i. claudunt iter: vt. i. sicut vnda, idest inundatio exusta, terqz qterqz. i. frequẽter aut ad perfectum, vbi. i. postquam perbibit. i. absumpsit euros. i. vẽtos illos graues: idest vehementes, ingeminat. i. multiplicat fluctus, & vltimus. scilicet fluctus vrget, idest pmit primos, haud secus, idest nõ aliter spiritus: idest ventus astrictus, . i. oppressus certamine tangitur ictu, scilicet ab alijs illato, inuoluens sibi vires suo pondere. i. mole sua. Corpora densa exercent scilicet se per neruos ardentes, idest per vires flagrantes & spiritus properat: & transit morantem. s. alium ventũ, quacunqz. s. parte, aut via, aut ratione est iter, donec amnis. i. inũdatio ventorum, reuolutus cũ fluuio. i. abundantia fluuiorũ, & æstibus exilit. i. extra salit, atqz ipse furens vomit tota æthna. s. ignes existẽs igneus. Qđ si tu putas forte. ventos decurrere ijsdẽ faucibus, atqz ventos pulsos remeare ijsdẽ. s. faucibus, ipse locus dabit res notandas oculis, ₇ coget negare scilicet qđ prius putabas: qũuis æther siccus frigeat sic cerulo. i. marino colore, & qũuis iubar aureus (Plautus etiam iubarem genere masculino dixit, sed & gutturẽ, & papauerem) surgat. i. oriatur rubens ostro, idest colore purpureo, ₇ qũuis nubes nigra circũstrepat illic semper caligine obscura, & ipsa humida circũstrepat vultu defuso, ipse tamẽ sublimis pspectat opus: & recessus vastos. i. remotionẽ terraz valde amplam, æthna nõ videt. s. nubem: nec itercipit vllo æstu: obsequitur. i. inseruit obsequendo, quacũqz leuis aura iubet, ₇ redit. Cerne etiã placãtes numina cœlestia thure. sũmo iugo. i. in altissimo loco, vel qđ. s. pte liberrimus ipzospectus hiat. i. apit, seminatarum rez, si nihil irritet. i. cõmoueat flãmas: & stupeat pfundũ. Huic igitur credis torrens, &c. Ordo est: Igitur tu credis huic vt spiritus ille torrens, qui vorat rupes: ₇ terram, ₇ qui fulminat ignes, cur exit vires. s. domitas, ₇ flexit habenas existẽs pceps præsertim ipsa corpora decliuia suo pondere nunq̃ diripiãt suo põdere. i. per suũ põdus, & absolueret vario arcu. i. curuitate, qp nisi fallor, species adest ruinis, & tãtus impetus transfugit

Flumina parua ferunt auras, uix proxima uento est.
Eminus aspirat fortis & uerberat humor.
Atq; hoc in uacuos si tanta potentia rerum est.
Hoc plura efficient introclusi ꝯ necesse est.
Hic agitur caussis extra, penitusq; coactis
Exagitant uentos. pugnant in faucibus ante
Pugnantes suffocant intus, ut unda profundo
Terq; quaterq; exusta graues ubi perbibit euros.
Ingeminat fluctus & primos ultimus surget.
Haud secus astrictus certamine tangitur ictu
Spiritus inuoluensq; suo sibi pondere uires
Densa per ardentes exercent corpora neruos.
Et quacunq; iter est properat, transitq; morantem.
Donec confluuio reuolutus, & æstibus amnis
Exilit, atq; furens tota uomit igneus Aethna.
Quod si forte putas isdem decurrere uentos
Faucibus, atq; iisdem pulsos remeare. notandas
Res oculis locus ipse dabit, cogetq; negare.
Quamuis cæruleo siccus sic frigeat æther.
Purpureo ꝯ rubens surgat iubar aureus ostro.
Illinc obscura semper caligine nubes.
Pigraq; defuso circumstrepat humida uultu.
Prospectat sublimis opus, uastosq; recessus
Non illã uidet Aethna, nec ullo intercipit æstu.
Obsequitur quacunq; iubet leuis aura, reditq;
Placantes etiam cœlestia numina thure.
Summo cerne iugo, uel qua liberrimus Aethna
Improspectus hyat tantarum semina rerum.
Si nihil irritet flammas, stupetq; profundum.
Huic igitur credis torrens, ut spiritus ille
Qui rupes terramq; uorat qui fulminat ignes.
Cur exit uires, & preceps flexit habenas
Presertim ipsa suo decliuia pondere nunq̃
Corpora diripiant, uarioq; absolueret arcu.
Quod nisi fallor adest species, tantusq; ruinis
Impetus attentos oculorum transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit atua, mouetq;.
Sparsa liquore manus, sacros ubi uentilat ignes.
Verberat ore tamen pulsataq; corpora nostra
Incursant adeo tenuis uim caussa repellit.
Non cinerem, stipulam ue leuem, non arida sorbet
Gramina, non tenuis plantis humor exit eisdem.
Surgit adoratis sublimis fumus ab aris.
Tanta quies illi est, & pax innoxia rapti
Siue peregrinus agitur, propriisq; potentis
Coniurant animæ caussis, ille impetus ignis.
Et montis partes atras subuertit arena.
Vastaq; concursu trepidantia saxa fragoris.
Ardentesq; simul flammas, ac fulmina rumpunt.
Haud aliter q̃ cum prono iacuere sub austro.
Aut aquilone fremunt syluæ, dant brachia nodo
Implicitæ, hæc serpunt iunctis incendia ramis.
Nec te decipiant stolidi mendacia uulgi.
Exhaustos cessare sinus, dare tempora rursus.
Vt rapiant uires, repetantque in prælia uicti.
Pelle nefas animo, mendacemque exue famam.

ℂ Vis, potentia, quia aura est leuior vento. Vacuos ventos. Suffocant, claudunt inter neruos, vires ignium ardentes, confluuio, fluctuum copia. Recessus, remotionem terraz. Hiat, aperit: Irritet, commoueat. Arcum, curuitatem. Rũpunt, erũpunt. Nefas opinionem nefandã ex animo. DOMI.

Non est diuinis tam sordida rebus egestas.
Nec paruo mendicat opes, nec congregat auras.
Præsto sunt operæ uentorum examina semper,
Caussa latet quærunt pariter, coguntque morari.
Sæpe premit fauces magnis exhausta ruinis
Congeries, clauditque uias luctamine ab uno.
Et scisso ueluti tecto sub pondere præsto est.
Haud secus ac teneros cum sicco frigida monti
Desudat, tutoque licet discedere. montes
Post ubi continuere morem uelocius urgent.
Pellunt oppositas moles ac uincula rumpunt.
Quicquid in obliquum est frangunt iter acrior ictu
Impetus exoritur. magnis operata rapinis
Flamma micat, latosque ruens exundat in agros.
Si cessant aure cessant spectacula uenti
Nunc superant quæcunque regunt incendia syluæ.
Quæ flammis alimenta uocent quid nutriat Aethna
Incendi poterunt illis uernacula caussis
Materia oppositumque igni genus utile terrent.
Vritur assidue calidus nunc sulphuris humor.
Nunc spissus crebro præbetur uimine succus.
Pingue bitumen adest. & quicquid comminus atras
Irritat flammas illius corporis Aethna est
Atque hanc materiam penitus discurrere fontes
Infectæ erumpunt, & aquæ radice sub ipsa.
Pars oculis manifesta iacet. rubet. ipsaque dura est.
Ac lapis in pingui feruent incendia succo.
Quin etiam uario quædam sunt uimine, saxa
Toto monte liquant. illis custodia flammæ
Vera, tenaxque data est, sed maxima quippe molaris
Illius incendi lapidis sic uindicat Aethnam.
Quem si forte manu teneas, & robore cernas
Nec feruare putes ignem. nec spargere posse.
Sed simul ac ferro quæres. respondet & ictu
Scintillat calor, hunc multis circundare flammis,
Et potes extorquere animos, atque exue robur.
Fundetur ferro citius. nam nobilis illi.
Et metuens natura mali est ubi cogitur igni.
Sed simul atque hausit flammas, non tutior hausti
Vlla domus seruans aciem duramque tenaci
Septa fide tutum est illi, patientia uicto.
Vix unquam redit in uires. atque euomit ignem
Totus enim denso stipatur robore. tarda
Per tenues admissa uias incendia nutrit
Cunctanterque eadem, & pigre accepta remittit.
Nec tamen hoc uno quod montis plurima pars est.
Vincit. & incendi caussam tenet. illa profecto
Miranda est lapidum uiuax, animosaque uirtus.
Cætera materies quæcunque est fertilis igni.
Vt semel accensa est. moritur nec restat in illa
Quod repetas tantum cinis. & sine semine terra est.
Hic semel atque iterum patiens, ac mille per haustus
Ignibus instaurat uires nec desinit ante
Quam leuis excocto defecit robore pumex.
In cinerem putresque iacet delapsus arenas.

DOMI.

¶ Egestas, miseria. Præsto, paratæ sunt flammæ. Teneros, puros ignes. Tuto sine factione. Exudat, diffundit. Vernacula: vulgaris, & familiaris, & vt dixero, mina. Bitumen: genus cretæ: quod si quis accendi exstingui non potest, & de natura sulphuris est. Molaris lapis. Incendi, pro incendii. Quæras ferro, percutias saxum ferro: subito emittit ignem. Aciem, splendorem. q. d. nihil est splendidius. Stipatur, circumdatur. Vias, venas ipsius lapidis, miranda, quod emittat ignem.

trāsfugit: ictus attentus oculorum: nec lenitas sup. transfugit tātos. s. ictus: agit aura ferit, & monet: vbi manus sparsa ligno/re ventilat igneos sacros: tamē .i. nihilo minus verberat ora: & nostra corpora pulsata incussa sunt, adeo .i. intantum causa te/nuis repellit vim, & non sorbet cinerem: vel stipulam leuem, & nō sorbet gramina arida, & humor (si vera est lectio licentio/sus est versus, nam humor primam producit) tenuis non exit eisdē plantis, & fumus sublimis .i. in sublime volans surgit ab oris odoratis .i. odoribus, hoc est rebus odoriferis perfusis tā/ta .i. tam magna quies est illi, & pax rapti est innoxia, siue agit peregrinis potentis pro potentijs: siue proprijs. animæ .i. venti coniurant causas .i. cū causis ille impetus ignis, & arena sub/uertit atras pres montis, & saxa vasta trepidantia cōcursu fra/gorosos rumpunt .i. arrumpūt simul flammas ardentes, ac ful/mina (alij legunt flumina) haud .i. non aliter quam cum fulmina ia/cuere sub austro prono .i. inclinato ad propellandum aut cum syluæ fremūt. aquilone, vento septentrionali, & ipse syluæ im/plicitæ nodo. s. ex mutuo occursu, dū se inuicē flagellant, dant brachia .i. flagella, & ramalia nodo .i. in nodū, hæc incēdia .i. in/vndationes syluarum more aquarum bullientium, concussa/rum serpunt ramis iunctis. Nec mendacia stolidi vulgi decipi/ant te, dicentis. s. sinus æthnæ cessare. s. ab incendio, & emis/sione flammarum exhaustos .i. materia ignis euacuatos, & tē/pora dare .i. cōcedere cursus, vt capiat vires, & ipsi victi .i. ef/fœti, & elanguentes repetant, scilicet vires in prælio pelle ne/fas, idest nefandam opinionem animo, & exue famam mēda/cē, quia non est tam sordida egestas: vt scilicet vicissitudine, & intercapedine temporis opus sit.

Dictionis humanitas

¶ Rebus diuinis, idest adeo institutis. Nec mendicat, scilicet deus: aut natura: opes, idest facultates, & auxilia. & vt dicunt elemosynas paruo, idest a paruo, vapore a re caduca, nec aggre/gat auras, quibus, scilicet postea ad incēdium vtatur operæ, idest operationes ventorum sunt præsto, idest paratæ, quasi præstantes ad iussa obeūda, & quærūt semp pariter examina idest eruptiones agminatim more apum factas, & cogunt mo/rari. idest immorari pariter idest ad libitū, nūc pariter erum/punt nunc pariter immorantur, sed quare id faciant causa la/tet, congeries, scilicet saxorum, & alterius materiæ exhausta, scilicet ab igne magnis ruinis premit, sæpe fauces, & claudit vias ab vno, idest vniformi luctamine, & est præsto idest paratā supponere. scilicet subeundo veluti tecto scisso idest cooperi/mento interrupto, haud .i. non secus .i. aliter, ac cum frigida scili/cet congeries desudat monte sicco teneros. s. ignes hoc est par/uos & cum licet montes discedere tuto .i. sine interruptione. Post .i. postmodū vbi. s. ignes, & flammæ cōtinuere morā, vr/gent velocius, pellunt moles oppositas, ac rūpunt vincula, & frangunt quicquid est in oppositum, iter, impetus acrior exorit ictu .i. ex ipso impulsu, flāma operata .i. exercita magnis ra/pinis micat, & ruens exūdat in latos agros, si vēti cessant a ru/re. feruntur spectacula .i. res inspectatione dignas, nūc superāt incēdia quæcunque syluæ regūt, quæ vocent flāmis alimēta. & quid æthna nutriat, poterūt incēdii illis causis materia vernacula, idest familiaris mina, & genus vtile oppositū igni terret. s. in/cediū: & tamen vritur assidue: & ita nūc humor sulphuris calidus præbet, nūc succus .i. nutrimētum spissus .i. densum crebro vi/mine .i. virgulto tenui, præbetur. s. incendio, & bitumen genus cretæ, & terræ tenacis de natura sulphuris: vnde dicitur pin/gue adest, idest præsto est, & quicquid irritat, idest prouocat, cominus .i. de prope, flāmas atras, idest fumosas, & obscuras, æthna est illius, idest huiusmodi, corporis: vt. s. talem materiā præbeat. Atque hanc materiam penitus discurrere, & c. prose/quitur intentum. ¶ Ordo est. Atque, supp. iubet discurrere hanc materiam penitus .i. omnino fontes & aquæ infectæ. s. graui odore ex sulphure erūpunt sub ipsa radice. Pars iacet mani/festa oculis, ipsa rubet, & est dura, ac .i. sicut lapis, & incendia feruent in succo, idest alimēto humido, & pingui, Quinetiam quædam saxa sunt vario vimine .i. quæ habent quasi vimen ad incedium aptum, quæ sup. liquant .i. diffluunt, toto mon/te, custodia flāmæ vera, & tenax .i. perpetua est data illis, sed quippe .i. certe maxima. s. custodia illius incendi pro incendij lapidis molaris .i. quasi molaris, vindicat .i. defendit sic æth/nam, quē. s. molarem, si tu teneas forte manu, & cernas robo/re .i. in globo, aut corpore eius, tu putes nec posse .i. quod nec pos/set seruare ignem, nec spargere ignē, cum tamē vtrūque faciat, sed, simul ac .i. statim postquam, tu quæras .idest inquiras ferro, quod est percutias saxum ipsum calybe: respōdet. s. vons tuus, & ca/lor. s. igniitus scintillat .i. per scintillas exilit, tu potes hic idest postquam scintillauerit eit cūdare. s. lapidem flāmis, adhibēdo vi/delicet stupā, atque arida circū nutrimēta, & extorquere aios i. spiritus igneos, atque exue .i. dissolue, robur ipsum fundet ci/tius ferro nā natura est illi mobilis (alij legunt nobilis) & me/tuens mali .i. nocui: & incōmodi, vbi .i. quando cogit igni .i. p ignem

ASCE.

Ordo

igne dissolui, sed simul, atq; .i. imediate postq̄ hausit flāmas .i. incensum est. no ulla domus, est timor sei uās aciem .i. splēdorem hausti. s. ignis. dura .i. tenacē, & perduratem. Fides est illi tenaci .i. dū tenax est septa .i. circūdata tutū .i. tute, & patientia est illi uicto .i. dum uincit ab igne: q: uix reddit unq̄ in uires .i. uix reparat, iut recuperat, aut instaurat unq̄ uires atq; eum igne, stipatur enim, idest circūdat totus denso robore: & mittitur tarda incēdia admissa per tenues uias .i. uenas lapidis, & remittit eade. s. incēdia accepta cūctanter .i. lente, ac cū mora & pro, idest tarde, nec tn̄ uicit hoc uno, idest hac una ratione, q̄ est plurima pars montis, & q̄ tenet causam, incendi pro incendij. Profecto illa uiuax, & animosa uirtus, lapidūq; .s. flāmā emittant, est miranda, Cætera materies quæcūq; est fertilis igni .i. pōt producere ignē: ut .i. postq̄ est semel incēsa ipsa morit .i. extinguit: & ɔsumit, nec restat in illa, qd̄ repetes .i. repetere possis, & est tātū cinis, & terra sine semine .i. uigore alterius producendi. Sed sup. hic lapis patiens .s. ardorē semel atq; iterum .i. frequenter, ac per haustus mille ignibus: instaurat, idest reparat uires: ne desinit ante q̄ pumex leuis defecit robore excocto, idest absumpto per coctionem, & antequam iacet delapsus in cineres, & putres arenas.

ASCEn. ℭ Cerne et similes cauernas arsisse locis .s. alijs maior, idest aliquātulum magna copia materiæ nascētis est illic .s. in alijs locis, sed genus hoc lapidis dat .s. sup. certissima signa coloris, scilicet nigri, q̄si sit exustus ab igne: q̄ id q: ignis nullas .i. non ullas non adiūxit ullas opes .i. nutrimēta ad incēdium: & languit, idest subinde extinctus fuit. Dicit insidijs, Recitat alia loca quæ incēdio: sed nō perpetuo flagrauerūt: adducens ænariam: de qua q: Caldarias facis differit. Ordo est. Aenaria

Ordo insula dicit flagrans: supple fuisse quōdam insidijs, scilicet immisso igne per insidias, nūc dicit extincta super rectis, idest superficiebus. Et supple est locus īter cumas, & neapolin, at .i. sed frigidus iā multis annis, quis sulphur pinguescat, idest pingue crescat illic æternum, idest æterne ab ubere, scilicet materno, idest quis nō desit ei loco copia sulphuris: unde uidet incēdium posse continuari, quod sup. sulphur legitur .i. colligit illic in mercem .i. ad mercimonium faciendum æthna insula est tanto fœcūdior q̄ .s. ænaria q: perpetuum est æthnæ incendium, cui .s. æthnæ ipsa facies rotūda dedit nomen, q: cum sit exusta in rotūdam ab incēdio æthna uocat, αἴθω enim est

Aetho qd. notet incēdo. Enim pro q: sulphur solū nō est, supple. illic: nec terra obesa .i. circumcisa: & absumpta cacumine .i. in summitate, & lapis aceretus .i. qui accreuit existens aptus ignibus retegendis: sed fumat raro, qui uix succēditur, idest etiam parum incendit, & supple ardet, q̄ .i. q: copia nutrit flamas mortales in breue .i. ad breue .s. tēpus insula durata .s. perpetua exustione est sacra noie, idest sub nūcupatione uulcani, q: uulcanus dr̄ illic habere antrum. Tamē maior pars incēdi pro incendij effrixit, idest frigida facta est, & recipit classes iactatas alto .s. mari, & tuetur, idest protegit eas portu. Pars sup. quæ restat, est minor, & terra diues ab ubere, idest fœcunditate: sed non supple talis, quæ conferat .i. cōparet uires, scilz suas illis æthnæis scilicet uiribus: atq; hæc ipsa, scilicet para fuisset iā quōdam .i. olim iam extincta, ni .i. nisi humor generet furtim callibus .i. uijs, aut uenis secretis materiā, & suam syluā, idest fomētum incēdij (unde q: pro eodē sumit materiam: & syluam: patet syluam ab hyle deductā) & ageret uentos huc illuc canali presso, idest stricta uia & augusto meatu, & pasceret ignes, sed res ipsa est melius nota, idest signum sui, & spectata occurrit ueris signis, nec tentat fallere pestem .i. incēdium aut consumptionem. Nā efflat lapides candentes .i. semiustos & q̄si in cinerem uersos circum latera, & in imis radicibus æthnæ: & saxa disiecta intereunt uenis, idest eunt iter uenas: aut moriuntur, & absumuntur in uenis: ut possis credere manifesto, idest manifeste lapidem molarem esse cām ardendi, idest incēdij, aut cur ardeat, cuius .s. lapidis defunctus, idest fragmēta, ignis ieiunus, idest auidus, & famelicus colligit. Ille .s. ignis ubi, idest postq̄ collegit: scilicet ex fragmentis illis flammas .i. ūtm incendij, iacit, idest proijcit, supple eas, & accendit simul materiā ictu, idest eijciendo eam: & cogit secum liquescere, q: dum, materia liquefacta deficit, ignis quoq; extinguitur. Haud equidem, Perstat in instituto pluribus uerbis pauca explicans, ut a maroniana phrasi multum frigere, dū de æthna scribit: agnoscas: sed q: instituimus ordinem prosequamur. Et quidem .i. certe (uel hoc uocabulum monstrat nō esse Vergilianum opus. semper enim equidem primæ personæ accōmodat, authore Seruio, ut sit ego quidem) haud, idest no mirum factu: supp. est id, quod cernimus extra, idest exterius, si opus leniter .i. mitigat, & remittitur: aut intermittit, restat, & uritur magis illic .s. ubi leniebat: & saxū sollicitat magis incēdia uicina, & pmittit certa pignora .i. auctoramēta, aut corroboramēta, flāmæ uēturæ. Nā sil', atq; mouet, sup. se curis .i. āxietate

Ceme loci seriam similes arsisse cauernas
Illic materiæ nascentis copia maior.
Sed genus hoc lapidis certissima signa coloris,
Quam nullas adiunxit opes, & languit ignis.
Dicitur insidiis flagrans Aenaria quondam,
Nunc extincta super testisq; Neapolin inter
Et Cumas, locus a multis iam frigidus annis,
Quamuis æternum pinguescat ab ubere sulphur,
In mercem legitur, tanto est fœcundior Aethna
Insula, cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
Sulphur enim solum, nec obesa cacumine terra est,
Et lapis accretus retegendis ignibus aptus
Sed raro fumat, qui uix succenditur, ardet.
In breue mortales flammas quod copia nutrit,
Insula durata est Vulcani nomine sacra.
Pars tamen incendi maior effrixit, & alto
Iactatas recipit classes portuq; tuetur.
Quæ restat minor est, & diues ab ubere terra est.
Sed non Aethneis uires quæ conferat illis.
Atq; hæc ipsa tamen iam quondam extincta fuisset,
Ni furtim generet secretis callibus humor
Materiam syluamq; suam, pressoq; canali
Huc illuc ageret uentos, & pasceret ignes,
Sed melius res ipsa nota est, spectataq; ueris
Occurrit signis, nec tentat fallere pestem.
Nam circa latera, atq; imis radicibus Aethnæ
Candentes efflant lapides, disiectaque saxa
Intereunt uenis manifesto, ut credere possis
Pabula, & ardendi causam lapidem esse molarem,
Cuius defectus ieiunus colligit ignis.
Ille ubi collegit flammas iacit, & simul ictu
Materiam accendit cogitque liquescere secum.
Haud equidem mirum factu quod cernimus extra,
Si leniter opus restat magis, uritur illic.
Sollicitatque magis uicina incendia saxum.
Certaque uenturæ præmittit pignora flammæ.
Nam simulatque mouet curis turbamque minutus
Diffugit extemploq; solum trahit ictaque ramis.
Et graue sub terra murmur demonstrat, & ignes
Tum pauidum fugere, & sacris decedere rebus
Parere, & tuto speculaberis omnia colli.
Nam subito efferuent onerosa incendia ruptis.
Accensæ subeunt molles, truncæque ruinæ.
Et uoluunt atque astra sonant examina arenæ.
Nec recipit flammas mons hinc defessus anhelat.
Atque aperit se hostis decrescit spiritus illic.
Haud aliter q̄ cum læto deuicta tropheo
Prona iacet campis acies & castra sub ipsa.
Tun si quis lapidum summo pertabuit igni
Asperior sobaris. & quædam sordida fax est.
Qualem purgato cernes discedere ferro.
Verum ubi paulatim exiluit sublata caduci
Congeries saxi angusto e uertice surgunt.
Sic ueluti in fornace lapis torretur, & omnis
Exuitur penitus uenis, subit altius humor.

ℭ Coloris, quia ipse lapis est niger, quasi combustus ab igne. Aenaris, insula in sinu puteolano, quam Ply. dicit a statione nauium Aeneæ fuisse denominatam, quia etiam ibi sunt icēdia. est enim locus inter neapolim & cumas ubi olim erat incendium dedit nomen æthnæ, nam αἴθω, idest comburo Effrixit, frigida facta est. Alto, mari. Presso canali, stricta uia. Nota .i. signus. Pestē cōsumptionē. Ieiunus auidus. Sobaris, sobaros uehemēs dicitur. Unde sobaris, uehemētibus ignibus.

DOM.

Amissis opibus leuis sine pondere pumex.
Excutitur liquor ille magis seruare, magisque
Fluminis in speciem, mitis procedere tandem
Incipit, & primis dimittit collibus undas.
Ille paulatim bis sena in millia pergunt.
Quippe nihil reuocat, curtis nihil ignibus obstat.
Nulla tenet frustra moles, simul omnia purgans.
Nunc syluas, rupesque uorat, hæc tela, solumque.
Ipsa adiurat opes, facilesque sibi induit annos.
Quod si forte cauis cunctatus uasibus hæsit.
Vtpote inæquales uoluens perpascitur agros.
Ingeminat fluctus, & stantibus increpat undis.
Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æstu.
Ac primum tenuis finis agit ulteriores.
Progrediens late diffunditur, & succernens.
Flumina consistunt ripis, ac frigore durant.
Paulatimque ignes coeunt, ac flammea messis
Exuitur facies tunc prima, ut quæque rigescit.
Effumat moles, atque ipso pondere tracta
Voluitur ingenti strepitu, præcepsque sonanti
Cum solido inflexa est pulsantes dissipat ictus.
Et quia disclusa est candenti robore fulget.
Et micat examen plagis ardentia saxa.
Scintillat procul esse fide, procul esse ruentes
Incolumi feruore cadunt, uerum impetus ignes
Si fumant quondam, ut ripas traiecerit amnis
Vix iunctis quisque fixo dimouerit illas.
Vigenos persæpe dies, iacet obruta moles.
Sed frustra certis disponere singula caussis
Tentamus, si firma manet tibi fabula mendax.
Materiam ue aliam credas furere igne fauillam.
Plurima proprietate simul concrescere, si que
Commixtum uento flagrare bitumine sulphur.
Nam post exustam cretam quoque robore fundit.
Et figulos huic esse fidem, dehinc frigoris usu
Duriciem reuocare suam, & constringere uenas.
Sed signum commune leue est, atque irrita caussa.
Quæ trepidat, uerum ubi certo pignore constat.
Nam uelut argutæ naturæ est æreus ignis
Condomitus, constat eademque, & robore saluo
Vltra quam possis æris cognoscere portam.
Haud aliter lapis ille tenet, seu forte madentes
Effluit in flammas, seu sit securus ab illis
Conseruatque notas, nec uultu perdidit ignes.
Quin etiam extremam multis color ipse resoluit.
Non odor, aut ætas putris, magis ille, magisque
Vna operis facies, eadem per que omnia terra est.
Nec tamen inficior lapides ardescere certos.
Interius furere accensos, hæc propria uirtus.
Quin ipsis quædam siculi cognomina saxis

tate deficiēdi, & minutus .i. diminutus diffugit turbā trahit ex tēplo .i. illico, solū .i. fundū: aut terra solida. & trabs icta .i. percussa ramis .i. ignibus lateralibus, & demōstrat sub terra graue murmur: & ignes sup. grauco: tū .i. tūc speculaberis .i. videbis: sup. quelibet pauidū fuge: & decedē rebus sacris .i. timē dis, qsi execrabilibus: aut diis pseratis: & speculaberis oia parere e colli tuto .s. ab accessu, qr nemo accedit collē .i. verticem æthnæ sic icensū. Na subito efferuēt incēdia onerosa .i. molesta, raptis .i. correptis .s. his, q no aufugerit, & molles accensæ subeūt .i. subsequunt, & ruinæ trūcæ .i. obtruncatæ, & abruptæ. Et arenæ voluunt examina .i. copias flāmarū, atq, & sonāt .i. simul sonitū edūt, nec mons recipit .i. cape, & ptinere pot flāmas: qr sup. defessus hic .i. postmodū anhelat, atq .i. simul, ac hostis .s. ignis apit se, spūs decrescit illic, haud .i. nō aliter qcum acies iacet prostrata .i. pstrata, cāpis deuicta trophæo læto .s. victori, cāpis dicit, & sub .i. ante ipsa castra, qsi inclinata ad castra, na dice potuisset, castrisque sub ipsis. Tū .i. deinde, siqs lapidū .i. siqs lapis ptabuit .i. mollificatus emarcuit igni fūmo, aspior sobaris .i. vehementibus ignibus, & qdā fax est sordida .i. imūda (sic Calderinus legit, fere tamen textus habet sopita, non sobaris vt sit, & quædā fax sopita, & sordida est) qlem cernes discedere .i. abstrahi, ferro purgato .i. postq ferrū purgatum est, verū .i. sed vbi .i. postq congeries exiluit paulatim sublata saxis caducis, tunc surgunt e vertice angusto sic veluti lapis torretur in fornace: dum, scilicet calx efficitur, & omnis humor exuitur penitus venis, & pumex, idest lapis talis.

¶ Leuis .i. planus, & sine pōdere, qr opibus amissis .i. succo perdito, & absumpto sibi alitus, ille liquor .s. pignis excutit magis, & icipit magis seruare sup. se. Et icipit tādē pcedere magis mitis, qr in mores fluminis, & dimittit vndas .s. liquoris sup. sa primis collibus, illæ .s. vndæ pgūt paulatim in bissena .i. xij. milia .s. passuū, quippe .i. vtpote qs, aut qr certe nihil reuocat, nil obstat ignibus curtis .i. correptis, nulla moles .i. reparatio, aut moderatio tenet frustra .i. conatū tenē, & hæc vnda ignis: purgās siforia, vorat nūc syluas, & rupes, & vorat hæc tela .i. saxa, & solū .i. terrā, & ipsa adiurat .i. adiurādo ascissit opes .i. auxilia, & copias, & iduit sibi annos faciles .s. adiuratione. Qd si forte cūctatus hæsit vasibus (alij sinibus legunt, nā vasa vasorum dicimus, verū olim dicebatur vasum vasi, quo Cato apud Au. Gelliū vtitur, & ita posset pluraliter vtrumque dici vasibus a nrō singulari vas, & vasis a vasus, sicut cnetus & cueta legimus. Posset et vasis legi, vt sit spōdaicus versus .i. saxis cauis, vtpote, qui voluēs inæqles agros ppascit: sup. eos, & qui ingeminat fluctus, & increpat .i. crepitus facit, vndis stātibus .i. stagnis, sicut cū mare lapidū .i. marmorū, aut abūdantia illorū saxorū cernitur curuo æstu .i. inūdatione lapidū, ac agit primum tenuis sinus pgrediens, ac succernēs .i. occulte cernens vlteriores diffundit late, flumina psistūt ripis, ac durāt, sup. se frigore .i. pglaciantur, & ignes: ac messis flāmea .i. copia flāmarū, coeūt .i. pgregātur paulatim: tūc prima facies exuit, & vt quæque rigescit .i. rigida fit, moles effumat .i. p fumū dissoluit, atque tracta ipso pōdere, voluit pceps, sup. cū strepitu ingēti, atque sonāti, & cū inflexa est solido .i. ab itegro dissipat .i. in vētos diffundit ictus pulsantes. Et qr disclusa est robore .i. duritia candēti, fulget, & examē .i. multitudo saxorū ex antris, more apium ex aluearijs eductarū, etflatorū, examē dico p appositione, saxa ardētia plagis .i. vulneribus, hoc est ambustionibus, micat scītillat, pcul esse fide, pcul esse ruētes ignes cadunt icolumi feruore, verū si fumant quōdam, vt ipetus traiecerit ripas, nimis vix quisque dimouerit illas .s. ripas iūctis .i. adhærentibus fixo .i. firmo, & stabili, moles iacet sæpe obruta vigenos dies. Sed frustra, &c. Si tu igitur firmiter credis id, quod fabula asserit, frustra tentamus disponere singula certis .i. veris, & nō fictitijs causis, nō qr lectoris fides quicq faciat ad cām rei, sed qr si ista scripseris, quæ nemo sit crediturus: qr oportet discētem credere, sed vt cætera quoque pateant. Ordo est. Sed nos tētamus frustra disponere cūcta certis causis, si fabula medax manet tibi firma .i. firmiter tibi psuasum est, qd fabula asserit, vel pro vel, si tu credas aliā materiam, sup. esse icendio, & fauillā .i. tenuem flāmā furere igne & plurima pcrescere simul pprietate, & si credas sulphur cōmixtū bitumine .i. terra pigui, & sulphurea, flagrare .i. ardere veto. Nam fundit quoque robore .i. duricia sua post cretā exutā .i. postq bitumē exuit, & figulos esse fidē .i. pbere approbationē huic rei, dehinc si credas reuocare suā duriciē .i. robur vsu frigoris .s. cōdensantis, & cōstringere venas .s. in qbus ignis regnat, sed signū cōe est leue .i. inane, atque causa est irrita: quæ trepidat .i. vacillat, & periclitatur, vbi verū constat certo pignore .i. approbatione. Nam velut ignis æreus .i. in massa ærea, aut ferrea candēti, pdomitus .i. victus, & non excedat: est naturæ argutæ .i. subtilis, aut sudulæ, & eadem .s. natura pstat: & .i. etiam robora saluo vltra qz possis cognoscere portā .i. aptionem æris. haud .i. non aliter ille lapis tenet, seu effluit forte in venas madentes, seu sit securus ab illis, & cōseruat notas .i. splēdorem suū, nec perdidit ignes vultu. Quin etiam ipse color resoluit multis extremā .s. naturā, nō odor, aut ætas putris magis, ille scilicet color, magisque scilicet resoluit, vna fa-

cies

AS CEN.

Vas quod flect ar

Ordo

DOMI.

¶ Amissis opibus, succo. Mitis, qr descendit in similitudinem fluminis. Molles reparatio, Qd si forte cauis contactus vasibus hæsit nūc vasis dicimus. Alij sinibus legūt, nā sinū prima lōga significatuas. Verg. in Buco. Sinū lactis & hæc tibi liba priape quotānis. Messis flāmea: copia flāmarū. Robore duricia. Examen, multitudo saxorum. Venas, in quibus regnat ignis. Pignore: promissione, Portam apertionem, Conseruat notas, splendorem suum.

cies est opis: & eadé terra est p oia. Nec tñ ificior .i. nó ificias eo, hoc est: nó nego tñ certos lapides ardescere & furere accésos ite rũ, hæc est illis sup. ppria vtus. Quin .i. quetiá siculi .i. ppl'i siculi eis iposuere ipsis saxis qdá cognoia, & signant etiam.

ASCEn. Fusilia q dicatur

Fricas .i. frigidas petras ipso noie, idest ipsa appellatione, & signant notas esse fusilium .s. saxor, tamen illa, scilicet: quæ fusilia dicunt: nunq̃ liquescunt: quis materies succosior fouear scilicet ignes intus, idest intrinsecus, nec fuit cómissa penitus venæ molari .i. molaris lapidis, q si quis miratur robur fusile lapidis: cogitet verissima dicta libelli obscuri, scilicet ab obscuro authore editi. & dicet nihil gigni insuperabile: vero oia semina, q̃ rara: idest raro iungũt: iacta sup. esse na .i. p naã aut a na, sed nimium mirum supple est: q nos tñ cópescimus sæpe igni corpora densissima, & vicina solido, idest quasi dura: & solida. Non .i. nóne cernis animos æris succumbere flãmis .i. æs mitigari flãmis .q.d. frequétissime. Non, idest nóne exuit .s. flãma, lentitiem .i. mollicies & ductilitates plumbi: & ipsa materies ferri, q̃ uis supple prædura sit, tamen subuertitur .s. a duricie: hoc est mulcet igni, & saxa aurea, idest dilucida propter ignem spissa .i. densa, & solida, exundát, idest dulciter emittunt pretiũ fornacibus suspensis .s. in vertice æthnæ quædam iacent forte incomperta .i. abstrusa profundo, idest in imo fundo, & obnoxia .i. deuicta simili forte, qr ét illa sunt splédida: nec locus est igenio .i. scrutationi mẽtis, oculi vicẽt, idest qd volũt, pbabũt te iudice .i. potius adhærebis rei visæ q̃ rõni quá mẽte ↄcipias. Nã ille lapis, pculsus riget .i. fuenit durus, & obstat ignibus, si tu velis torrere .s. ipm puis .s. ignibus, qr a m ignis superatus icẽdit. Age dum adhortádi aduerbiũ: coerce, sup. ipm lapidé cádeté cœlo .i. aere patẽti, & pressum fornace, ipse nec potes sufferre .s. vim ignis: nec durat in, idest ↄ hostẽ sæuum .i. ignem vehemẽtem: & ita vincit, & soluit .i. relaxat vires: & captus .s. ab igne liquescit .i. resoluit in cinerẽ. Quæ maiora putas aũt tormẽta moueri, Trahit, vt incuperat oia in admiratioñẽ, docetq se quoq de alijs rebus, ac fabulamẽtis posse scribere, cũ notas habeat plurimas, q̃s tá gu historias. Ordo est. Aũt: prosed quæ maiora tormẽta putas posse moueri manu .i. artificio, & ministerio manuũ, q̃s .s. moueant, ab icẽdio, & occulta vi æthnæ .q.d. nulla, q̃ tãta icẽdia putas sustẽtari .s. posse nris .i. humãis opib⁹ .i. facultatib⁹ aut potẽtijs .q.d. etiã nulla. Nã æthna vrit tãtis fornacib⁹, & nũq̃ est nõ fertilis .i. & sp ẽ fertilis igne sacro .s. Ioui, q idẽ fulmĩa hẽt, aut verẽdo nobis, sz nõ tali sup. q feruet moderatior .i. tẽperatior nrõ vsu, sed q sup. feruet ppior cœlo .i. igni elemẽtari, vel q̃li flãma Iupiter ipse est armatus .i. in fulmẽ cõflata. Ingẽs spũs est additus his viribus, & hoc faucibus .s. fornacis, aut cratere astrictis .i. angustis: elisis .i. attritis, aut absumptis, vt cũ .i. q̃n .s. fabri festinãt ↄtẽdere .i. certatĩ exercere opas fabriles .i. exercitia fabror, massis rudibus .i. laminis ĩformib⁹, hoc ẽ adhuc nõdũ formatis ipsi q̃tiũt .i. cõmouent ignes, & exanimãt .i. euacuãt aiã .i. vẽto, folles tremẽtes: & istigãt agmine .i. agminati expellũt vẽtos pssos .s. in follib⁹. Hæc dẽs est fama opis .s. icẽdij æthnei, æthna nobilis .i. multũ nota p tale icẽdiũ vrit sic terra trahit vias foraminib⁹ .i. p foramina, hoc est poros Spũs .i. vis vẽtor, ac ignũ viget in arcũ .i. fornicẽ, & curuaturã, & icẽdit .i. diffundit viuus .i. actiuus, & agilis per maxia saxa. Possemus sup. dicere magnificas laudes hoiuz & tẽpla opofa .i. opose elaborata diuitijs hoium, aut memorare saxa vetusta .i. antiq̃ ædificia, sed currimus mã traducẽ .i. nos traducẽte terris .i. in terris p pxia fatis .i. reb⁹ fato peũtibus, atq nos audi eruimus .i. euellimus ex aio lectoris mẽdacia veteris famæ .i. opionis de icẽdio æthnæ, q̃ erat mẽdax, & erronea, & libet pcurrere cũctas gẽtes .i. oẽs historias insignes diuersar gẽtiũ. Iuuat .i. delectat nos nũc .i. aliq̃n, cernẽ mœnia circũdata thebis ogygijs .i. ab ogyge ↄditis: & iuuat cerne, qd fratres, sup. fecere: ille ĩpiger .i. acer venator Zetus, ille .s. amphió canorus .i. musicus lyra canẽ solitus felices ↄdere .i. ad cõdẽda aliena .s. opa. qr dr amphió thebanæ ↄditor arcis, sa xa monẽ sono testudis: &c. vñ ipe iterserit æuo .i. fac memoriã ↄdurare, saxa inuitata pijs, carmie, & lyra, & miramur nũc gemina saxa fumãtia, ex vno vapore: vt de Ethcocle & Polinice loq, q dũ viuerẽt imortali odio se q̃uis frẽs eẽnt, psequebant, q̃ ppe cũ sit occisi vno rogo ponerẽt, dr eor corpa adhuc odium retinuisse, nec sit cremari voluisse, vñ dissiluisse dr, atq ita gemina saxa fumãtia .i. vrnæ, aut sarcophagi orta ex vno vapore .i. rogo vaporoso, & miraf septẽ duces .s. Thebar, & raptũ .i. absorptũ psundo .s. hiatu, hoc ẽ amphiaraũ vatẽ, vt Sta. i Thebaide docet Eurotas .s. fluui⁹ thessaliæ detinet .s. nos admiratiõe sui, & spsa .s. genua Licurgi .s. regis Thraciæ, q dũ vires amputare vellet, genua icidit, atq dispsa dereliqt. & nũerus facer .i. deuot⁹ i bellũ, hoc ẽ oium, q bello absũpti sũt: si legat i bellũ, posset de belidis & belidib⁹ itelligi, appositione, turba sua .i. ppa: & debit recẽti .s. bello, aut cæsi multa supplẽ, & itelligi op₃, qr oia obscura, & iuersa sũt. Athenæ cecropiæ .i. a cecrope rege fundatæ spectaʒ. nũc hic .i. alia parte.

Ordo

Impositere fricas, etiam ipso nomine signant
Fusilium esse notas, nunquam tamen illa liquescunt.
Quamuis materies fouent succosior intus.
Nec penitus uenæ fuerit commissa molari.
Quam si quis lapidis miratur fusile robur.
Cogitet obscuri uerissima dicta libelli.
Et dicet uero nihil insuperabile gigni.
Omnia quæ raram natura semina iacta.
Sed nimium hæc mirum densissima corpora sæpe
Et solido uicina, tamen compescimus igni.
Non animos æris flammis succumbere cernis.
Lentitiem plumbi non exuit, ipsaque ferri
Materies prædura tamen subuertitur igni.
Spissaq; suspensis fornacibus aurea saxa
Exudant pretium, quædam fortasse profundo
Incomperta iacent, similiq; obnoxia sorte.
Nec locus ingenio est, oculi te iudice uincent.
Nam lapis ille riget percussus, & ignibus obstat.
Si paruis torrere uelis, cœloq; patenti
Candentem pressumq; . agedum fornace coerce.
Nec sufferre potest, nec sæuum durat in hostem.
Vincitur, & soluitur uires, captusq; liquescit.
Quæ maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu, quæ tanta putas incendia nostris
Sustentari opibus, tantis fornacibus Aethna
Vritur, & sacro nunquam non fertilis igne.
Sed non qui nostro feruet moderatior usu.
Sed cœlo propior, uel quali Iuppiter ipse
Armatus flamma est, his uiribus additus ingens
Spiritus astrictis elisis faucibus, ut cum
Fabriles operas rudibus contendere massis
Festinant, ignes quatiunt, follesq; trementes
Exanimant, pressosq; instigant agmine uentos.
Hæc operis fama est. sic nobilis uritur Aethna.
Terra foraminibus uires trahit urget in arcum
Spiritus, incedit uiuus per maxima saxa.
Magnificas laudes, operisq; uincere, templa
Diuitis hominum, aut sacra memorare uetusta
Traduce materia, terris per proxima fatis
Currimus, atque audi ueteris mendacia famæ
Eruimus, cunctasque libet percurrere gentes.
Nunc iuuat Ogygiis circundata mœnia Thebis
Cernere, quod fratres ille impiger, ille canorus
Condere felices alieno interserit æuo
Inuitata piis nunc carmine saxa, lyraque.
Nunc gemina ex uno fumantia saxa uapore
Miramur, septemque duces, raptumque profundo
Detinet Eurotas illic, & sparsa Lycurgi.
Et facet in bellum numerus sua turba recenti.
Nunc hic Cecropiæ uarius spectantur Athenæ

Fricas .i. frigidas: frico significat frigeo. Solido, q̃si dura. Aĩos, vires ipsius ferri. Lẽtitiẽ, debilitatẽ. Aurea, splẽdida pp ignẽ. Obnoxia, qr etiá illa sunt splẽdida. Patẽti cœlo, in aere. Sæuũ hostẽ, ignẽ. Vsu nõ est talis ignis, quo vtimur nos, p vsu sed q̃li vtit Iupiter in fabricãdis fulminib⁹. Folles, istrã, qbus ignis creat. Instigãt, sollicitãt. Frẽs zoetũ & Amphionẽ, nõ enĩ etheoclẽ, & polinicẽ hoc loco itelligere debemus. Ille ĩpiger, videlicet zoetus. Ille canorus Amphion. Eurotas fluuius est Thessaliæ, iuxta quẽ Apollo pauit armẽta admeti. Raptũ ptum. Amphiaraũ. Lycurgi. Sparsa genua. Lycurgus rex Thraciæ, qui genu sibi abscidit, dũ Bacchi sacra ↄtẽneret.

DOMI.

Et gaudẽt

Victrici

Carminibus, gaudentq; sua uictrice minerua.
Excidit hinc reduci quondam tibi perfide Theseu
Candida sollicito præmittere uela parenti.
Tu quoq; Athenarum carmen tam nobile sidus
Erigone sedes uestra Amphiona canoris
Euocat in syluis, & tu soror hospita tectis
Acciperis, solis Tereus ferus exulat agris.
Miramur Troiæ cineres, & flebile uictis
Pergamon, extinctosq; suos Phrygas, Hectora paruū.
Conspicimus magni tumulum ducis, hic & Achilles
Impiger, & uictus magni iacet Hectoris ultor
Quinetiam Graiæ fixas timuere tabellas.
Signaq; nunc Paphiæ rorantesarte capillos.
Sub cruce nunc parui ludunt Dioclide nati.
Nunc tristes circa subiecta altaria seruæ.
Velatusq; pater, nunc gloria uiua minoris.
Quinetiam illa manus operum, turbæq; minaces
Hæc uisenda puta terræ, dubiusq;, marisq;.
Artificis naturæ ingens opus aspice, nulla
Cum tanta humanis Phœbus spectacula cernet.
Præcipueq; uigil feruens cum Sirius ardens.
Insequitur miranda tamen sua fabula montem.
Nec minus ille pio q̄ forte est nobilis ignis.
Nam quando ruptis excanduit Aethna cauernis.
Et uelut euersis penitus fornacibus ignes.
Euecta in longum rapidis feruoribus unda.
Haud aliter sæuo q̄ cum Ioue fulgurat æther.
Et nitidum obscura cœlum caligine torquet.
Ardebant aruis segetes, & milia culta
Iugera cum dominis syluæ, collesq; uirentes.
Vix dum castra putant hostem mouisse tremebant.
Et iam finitimæ portas euaserat urbis.
Tum uero, ut cuiq; est animus, uiresq; rapinæ
Tutari conantur opes, gemit ille sub auro.
Colligit ille arma, & stulta ceruice reponit.
Defectum raptis illum sua carmina tardant.
Hic uelox minimum properat sub pondere pauper.
Et quod cuiq; fuit chari fugit ipse sub illo.
Sed non incolumis dominum sua præda secuta est.
Cunctantes uorat ignis, & undiq; torret auaros.
Consequitur fugisse ratos, & præmia captis

DOMI.

Icta ue barbarico Cybeles antistita buxo
Infelix uirgo tota bacchatur in urbe.
Non storace idæo fragrantes picta capillos.
Cognita non teneris pedibus, sic omnia seruans
Non niueo retinens bacchata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant uestigia cursu.
Sæpe redit patrios ascendere prodita muros.
Aeriasq; facit causam se uisere turres.
Sæpe etiam tristes uoluens in nocte querelas
Sedibus ex altis cœli speculatur amorem.
Castraq; prospectat crebris lucentia flammis.
Nulla colum mouit, charum nec respicit aurum.
Non arguta sonant, tenuit psalteria chorda
Non Lybico moles clauduntur pectine tellæ.
Nullus in ore rubor, ubi enim rubor obstat amori.
Atq; ubi nulla malis repperit solatia tantis.
Turbidulamq; uidet labi per uiscera mortem.
Quo uocat ire dolor, subigunt quo tendere fata.
Fertur, & horribili præceps impellitur œstro.
Vt patris ah demens crinem de uertice ferret.
Furtim atq; arguto detonsum mitteret hosti.
Nanq; hæc conditio raptori opponitur una.
Siue illa ignorans, quis non bonus omnia malit.
Credere, q̃ tanti sceleris damnare puellam?
Heu tamen infelix, quid enim imprudentia prodest
Nisi pater? cum quo rapta crudeliter urbe
Vixerat una, super sedes in turribus altis.
Fessus ubi extructo possis conscendere nido.
Tu quoq; auis moriere, dabit tibi filia pœnas.

ASCEN. ¶ Suspensam .i. pendentē ludere in corpore, & relaxans sinus .s. uestiū tumidos .i. inflatos aqlone agitāte .i. impellente ignis .s. amoris nec dū .i. nō adhuc agitauerat .i. expulerat honores castos .i. castitatis, & uirginitatis, nec dū .i. & nō adhuc. & sacerdos .s. pronuba pfusa .i. aspsa lympha solemni .i. solennitati nuptiali apta, nō exonerat adhuc caput, .s. uirginis foliis oliuæ pallētis qbus onerabaꝫ nubētes: cū pila fugit lapsa e manibus .i. cum adhuc nesciuit ludere pila, cumq; ipsa uirgo pcurrit relaxe .i. dissolute, quo ludo, uti .i. utebaꝫ, ne prodita, idest manifestata esset, q̄ uagaret imprudenter, palla, aurea soluisset .i. laxasset iam gracili corpe oīa q̄ possent retinere gradū, & imorari cursum optādi uox, ego uellē, ut sup. haberes semp tecū tua sacraria, nō uiolata unq̃ manu (si dixeris mea manu non stabit iuramentū) qz infelix nequicq̃ .i. nullo mō piasses .i. polluisses, uñ piaculū res expiatione digna (. Nam piare, & piū facere, ac pie colere, & piaculū cōmittere significat) iurādo .s. p Iunone p quā pprīū est uxoribus iurare, Et si qs credat piuria nocuisse tibi cā est pia. qz Iuno timuit te ostēdere fratri .s. Ioui, at .i. sed deus .s. Iupiter, est sup. leuis .i. leuiter irascens, cui qrit iniuria ex oī dicto uerborꝫ adolescentū (& tamē dicit, q piuria ridet amantū, uerū sunt q dicāt ille deus .s. cupido leuis, qz alatus, unde seqtur) depromēs tela aurea, sup. ex pharetra fulgēti, heu nimiū teriti .i. rotūda, & oblōga .s. pharetra, & tela nimiū tyrinthia .i. herculea, hoc est fortia, qbus hercules tirynthius uti solebat defixerat interea omnia .s. tela mente, idest in pectore uirginis: scilicet scyllæ: iussu scilicet ueneris, aut iunonis læsæ. Quæ simul ac uenis hausit sitienti, &c. Recitat quomō scylla capta amore Minois, debacchata est. Ordo aūt est. Quæ .s. scylla simul ac, idest statim postq̃ hausit ignem .s. amoris uenis sitientibus .i. cupidinis, & concepit in ossa .i. ad medullas usq; penitus, aut amorem penitus, idest omnino ualidū, ipsa uirgo infelix bacchaꝫ, idest amore bacchantium uagaꝫ in tota urbe uelut bistonis, idest mulier threissa ad bistone lacū thraciæ habitās, sup. bacchaꝫ sæua, idest insensa ore, idest cantu tybiæ sithonū .s. populorꝫ thraciæ, ue pro uel, ut sup. bacchaꝫ antistita cybeles .i. sacerdotissa, icta, idest stimulata buxo barbarico, idest fistula a barbaris inuenta, non picta, idest non habens pictos capillos storace idæo .i. unguēto ex storace arbore in ida plurimum crescente. Non cognita .s. per generosum incessum, aut nō condita, idest incomposita teneris pedibus seruatis sic omnia .s. ornamenta incondita, aut incognita, & non retinens collo niueo, monilia bacchata, idest baccis: hoc est gemmis ornata uestigia .idest pedes trepidant illi multum, cursu incerto idest inconstanti. Ipsa redit sæpe prodita, idest accusata & manifestata, ascēdere .scilicet uoluisse, muros patrios, & facit causas, idest occasionē se uisere, idest uisum ire turres aerias, idest sane altas, uoluens, idest agitans animo etiam sæpe in nocte querelas tristes, idest tristitiæ indices, speculaꝫ ex altis sedibus cœli .i. aeris, amorē .i. amatū minoa, aut speculatur amorē cœli, idest significat se speculari sydera ob amorem cœli, & pspectat .i. porro aspectat etiam castra .s. inimicorꝫ lucentia crebris flammis, nulla .i. nō mouit colū .i. non neuit, nec respicit aurū ebarum .s. prius .i. nō intertexerit amplius aurum psalteria .s. instrumēta psallēdi arguta .i. stridula, & sonora prius, nō sonāt amplius corda, tenui .i. subtili telæ molles .i. ex molli lana non clauduntur .i. texūtur amplius pectine libyco .i. eburneo q̄ si utūtur tyrij in lybia telā ad purpureā texentes, Nullus rubor, est sup. amplius in ore. n. p ubi rubor obstat amori, atq; ubi repperit .i. inuenit, nulla solatia .i. remedia tātis malis, & uidet mortē turbidulā .i. aliquātulū turbidā, labi p uiscera .s. sua, ipsa fert. sup. eo, quo dolor uocat ire: & quo fata subigūt tēdere, & ipsa pceps impelliꝫ horribili æstro .i. stimulo furoris sicut aialia æstro ab ut ipsa demēs ferret .i. auferret crinē pris, atq; mitteret ipsū detōsū .i. abrasū, furtiū, .i. clāculū, hosti arguto .i. calido, & uafro, Nāq; hæc una .i. sola cōditio, de crine psecrato opponiꝫ raptori .s. minoi. Siue illa .s. scylla, sup. fecerit ignorās, nā qs bonus .i. pius nō malit credere oīa q̄ dānare puellā tāti sceleris, .s. parricidij, aut pditionis paternæ. Heu cōdolentis uox tamē .i. nibilo minus q̄uis ignorās, ipsa sup. est infelix, qd enim O Nise pater ipsudētia .s. filiæ pdest .s. tibi, q̄si dicat, nihil, cū quo .s. patre ipsa una .i. sola uixerat sup sedes in altis turribus .i. mutata in auē, & hoc urbe rapta crudeliter .s. ab impio amatore, ubi tu o pater existēs fessus possis cōscendere, nido extructo. tu quoq; .i. ētu o pater moriere auis qz uerteris in auē tui nominis, filia dabit tibi Pœnas, qz æterno odio psequeris eam.

Piare q̄d sit

Ordo

DOMI. ¶ Suspēsam, īpēdētē, qz quādo mulier incedit habet uestes laxā, q̄ uideꝫ ludere. Ignis amor. Pallentis sic in Buco. Pallenti cedit oliuæ. Pila, nesciebat ludere pila, quemadmodū puellæ furentes solent, Diuæ. Iunonis, qz eā mulieres colebāt, p quā ēt iurabant. Inue. p Iunonē iurāte inniusto. Adolescētū, q ex minimis dictis patiūtur iniuriā. Fortia tela qbus Hercules tirynthius fuit usus Thyrins peloponnesi urbs isignis mœnibus fuit, & qdā dixecūt colū ibidē cupidinem. Virginis: scyllæ. Bistonis, est lacus in thracia iuxta quē ex buxo tibiam inuenerunt, quā phrygij usi sunt: Antistita, sacerdotissa, Sithonum, sithon ciuitas est thraciæ. unde sithones populi thraciæ. Storace, storax genus arboris, ex qua odoriferū fiebat unguētum, & quo capillos aspergebāt, bacchata gemmis ornata, Cœli simulabat se uidere sydera cœli, & speculari. Sed solū faciebat, ut posset spectare regē Minoē amatū. Psalteria genus instrumēti musici, Libyco, eburneo Rubor, qz pallētes sunt amātes. lege Ouidiū i amoribus Præceps sine respectu salutis. Ostro. ueste ex ostro in quo mitteret hosti nūc paternū crinē. Raptori: capillo nisi patria. Quis bonus. poeta excusat puellā, q quisq; iudex optimus

Thyrins ubi locatum

existimaret puellam non rapuisse crinem paternum dedita opera, sed potius ex ignorantia, & casu quodā.

SCEN.

¶ O volucres, scilicet vos ambo gaudete iam effectæ volucres celeres, quæ subnixæ altis nubibus incolitis mare virides syl/uas, & lucos sonantes gaudete dico vagæ, & blādæ volucres vsq; adeo, idest omnino mutatæ, idest habentes mutatos ar/tus humani corporis. o puellæ dauliades, progne & philomel/la, vis fatorum est, supple crudelis, crudele, scilicet fatum ve/nit, quia cyris, idest scylla charissima nobis venit, augens re/ges cognatos. qui in aues mutati sunt, & numerum suorum, scilicet maiorum, & ipse pater, scilicet. Nisus venit, vos o pul/cherrima quondam corpora, præuertite, idest anteite nubes cæruleas in æthera, idest aera volantes, qua chalcheius, idest auricomus rex. s. nisus, ascendat ad sedes superum, pro supe/rorum. i. primum ascendat æthera, & qua cyris. s. scylla, cyris a tondendo dicta, ascendat honores concessos. s. a dijs. q eam in auem mutatam voluerint. Iamq; adeo. Docet quomodo scylla tentata patris capillum detondere a charme nutrice de/prehensa fuit, & quidnā prætenderet interrogata. Ordo est Iamq; & iā adeo. i. omnino, aut penitus Nisus erat deuictus. lumina. i. habuit oculos deuictos dulci omino, & custodia vigi/lum existens procul iactabat inani studio excubias. i. vigilias extra cubilia existentes vt pote in primis foribus, cū. i. quan/do scylla cum descendens cubili tacito. i. ipsa tacita: aut nō stre/pente furtim. i. furtiue, tentat auribus arrectis more ferarum nocturna silentia & captat primum singultibus. i. repressis ae/rem tenuem. i. exilem tum. i. deinde, ipsa leuās vestigia suspē/sa primis digitis. i. anterioribus pedum partibus egreditur. s. cubili & armata manus. i. habens manus armatas, ferro bidē/ti, idest forcipe inciso:io, euolat. s. cubili, at. i. sed vires dēptæ sup. sunt in formidine subita & testatur prius. s. q̄ egrediatur sua furta. i. furtiuos conat⁹ de rapiedo crine paterno, ad vmbras cæruleas. i. subnigras, aut ad mare versa. Nam remorat pau/lum. i. modicum in vestibulo, idest prima statione: hoc est in itroi/tu thalami, sup. ea parte, qua semita i. pacua via tendebat ad limen patrium. i. paterni cubiculi, & ipsam suspicit. i. sursum aspicit altum. s. mare aut altum idest alte, ad sydera cœli mun/di. i. pari, & sereni nutatia. i. scintillantia, promittens munera. i. vota faciens non accepta, idest displicentia diuis pijs, idest no/lentibus ad parricidiū, aut nefas aliud patrocinari, vnde vt, Augustinus recte docet delirant christiani, qui peccatum gra/ue cum periculo commissuri se cruce muniunt. Quam. s. scyllā simul ac. i. statim postq̄, charme nutrix eius. charme appellata filia phœnicis ogigij. i. ex thebanis oriundi, anus. i. vetula, sen/sit surgere, nā (cardo: scilicet hostij æratus, idest ære munitus stridens in limine marmoreo fecerat illi sonitum corripit exē/plo, idest ilico puellam, scilicet scyllā, fessam languore, scilicet amoris. Et iquit simul, o alumna. i. quam alui filia caput sacrū nobis, pallor viridis. i. sublauidus, non nequicq̄. i. non frustra aut pro nihilo, vt dicunt suffundit tibi tenuis venas sanguine ægroto. i. languenti per viscera. i. carnes tuas. nec leuis cura subegit, sup. te, neq; enim faceret hoc, neq; pote. i. potens esset hoc facere. haud. i. non fallor: q̄. i. sed. rhamnusia. i. dea indi/gnationis, fallar potius te. i. q̄ tu. i. velim q̄ fallar, & falso opi/ner, te graui causa subactam. Nam qua causa dicam te: sup. su/bigi. q. d. nescio, quia nec dicā te contingere pocula dulcis ba/cchi. i. vini. i. non surrexisti, vt dulce vinum bibas nec dicam te contingere grauidos fœtus. i. fruges cereris. i. panem, aut cur abstines victu nisi, q̄ ames. Qua cā sup. dicam te vigillare solā ad patrium cubile, eo sup. tpe, quo mortalia pectora: requie/scunt. i. quiescendo euacuant curas fessas: quo etiam flumina requiescunt. i. retinent: aut remissius faciunt rapidos cursus. Dic nunc saltem mihi miseræ, qd̄ iurabas sæpe mihi miseræ sæpe petenti, quid, scilicet esset quod iurabas. esse nihil, cū. s. ita sit, q̄ o virgo remouere. i. moram facias circum formosos capillos parentis. i. patris tui Nisi. hei mihi, vereor, sup. ne ille furor. i. illicitus amor inuaserit tuos artus. ille inq; furor. q cæ/pit quondam ocellos myrrhæ arabis, quæ cynare regis cypo/rū, postq̄ cū patre circumuēto rē habuerat, in arabia in arbo/rē sui nois, vt graphice describit in Metamorphosi Ouidius versa est, vt studeas lædere vtrūq; parētē. s. patrē. & matrē vno. i. eodē errore, & vno īfando. i. detestabili scelere: qd̄ nec adra/stea. i. rhamnusia ab adrasto culta olim sinit. i. patit, & pmittit. q̄. i. sed si iactaris. i. agitaris & vacillas aīo quouis alio amore.

Gaudete o celeres subnixæ nubibus altis.
Quæ mare, quæ uirides syluas, lucosq; sonantes
Incolitis gaudete uagæ, blandæq; uolucres.
Vsq; adeo humani mutatæ corporis artus.
Vix o crudelis fatorum lege puellæ
Dauliades, crudele uenit charissima nobis.
Cognatos augens reges numerumq; suorum.
Cyris & ipse pater uos o pulcherrima quondam
Corpora cæruleas præuertite in æthera nubes.
Qua nouus ad superum sedes Chalchæi, & qua
Candida concessos ascendat Cyris honore.
Iamq; adeo dulci deuinctus lumina somno
Nisus erat uigilumq; procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani.
Cum furtim tacito descendes Scylla cubili
Auribus arrectis nocturna silentia tentat.
Et primum tenuem singultibus aera captat.
Tum suspensa leuans digitis uestigia primis
Egreditur, ferroq; manus armata bidenti
Euolat, ac demptæ subita in formidine uires.
Cæruleas sua furta prius testatur ad umbras.
Nam qua se ad patrium tendebat semita limen.
Vestibulo in thalami paulum remoratur, & altum
Suspicit ad cœli nutantia sydera mundi.
Non accepta piis promittens munera diuis.
Quam simul Ogygii Phœnicis filia Charme.
Surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
Corripit exemplo fessam languore puellam.
Et simul o nobis sacrum caput inquit alumna.
Non tibi nequicq̄ uiridis per uiscera pallor
Aegroto tenuis suffudit sanguine uenas.
Nec leuis hoc faceret, neq; enim pote cura subegit.
Haud fallor q̄ te potius Rhamnusia fallat
Nam qua te causa, nec dulcis pocula Bacchi.
Nec grauidos Cereris dicam contingere fœtus?
Qua causa ad patrium solam uigilare cubile.
Tempore quo fessas mortalia pectora curas.
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus.
Dic age nunc miseræ saltem quod sæpe petenti
Iurabas nihil esse mihi, cum mœsta parentis
Formosos circum uirgo remorare capillos?
Hei mihi ne furor ille tuos inuaserit artus
Ille arabis myrrhæ quondam qui cœpit ocellos.
Vt scelere infando quod nec sinit Adrastea,
Lædere utrumq; uno studeas errore parentem.
Quod si alio quouis animo iactaris amore.

DOMI.

¶ Celeres aues veloces. Humani, q: ex hūano corpore factæ sunt aues. Dauliades pgne & philomela, q̄ de daulia oppido thraciæ charissima scylla. Cognatos, q: nisus pr̄ scyllæ fr̄ erat phinelæ: & prognes ex pādione pe re rege athenarū. Cyris. i. scylla, q̄ cyris ē denoīata est, q: capillū prīs secuit. Cyris. n. græce enī tōdeo sigt, idq; vna ab authorib⁹ de noīatio ipsius declarat. Præuertie, ite ante oēs nubes. Chalchei⁹, chalchis oppidū est locroꝝ & i euboes est, sꝫ ꝓptera Nisus Megarēsiū rex chalcheius noīatus est. sed potius ab aureo capillo, nā chalcos æs, & metallum significat. Iaq; adeo, describit tēpus, quo Scylla rapuit crinem Niso parenti. Primis pedibus, idest punctis pedum, vt ita dicam. Furta rapiendo crinē. Alrū. Alte. Mūdi, quieti, & sereni. Charme puella filia cuiusdam ogigij. i. thebani phœnicis. hic est nomen ꝓprium cuiusdam ceserani. Charme nutrix ipsius scyllæ Alumna, verba charmes ad scylla eius alūnā, Pote, potens. Quod: idest sed. Rhamnusia, dea indignationis dicitur, & nemesis a quibusdam nominatur, rhamnusia a rhamni op. de quo Luca. in euboea denominata est: in qua etiā ciuita te fortuna colebatur. Luca. Et timidis infesta colit: qua numina rhamnus. & Oui. Exiget ad diras vltrix rhānusia pœnas. Itaq; male quidam pro fortuna interpretantur. Pocula, nec venisti ad bibendum, nec comedendum, Flumina cursus. i. alis sensus est in Buco. Et mutata suos requierūt flumina cursus, Myrrha, cynaræ cyprorum regis filia atque parentis concubitum affectauit

ex quo

ex quo Adonis natus tradit, Adrastea ipsa Rhamnusia vel Nemesis dicta: quæ circa circũ Adrastus rex illi téplũ ɔdidisse pditur

Nam te iactari non est Amathuntia nostra,
Tam rudis ut nullo possim cognoscere signo.
Sin confessus amor, noto te macerat igne.
Per tibi Dictynnæ præsentia numina iuro.
Prima deam dulcem mihi, quæ te donat alumnam,
Omnia me potius digna atq; indigna laturam.
Millia usuram, q̃ te tam tristibus istis
Sordibus & scoria patiar tabescere tali.
Hæc loquitur molliq; ut se uelauit amictu.
Frigidulam iniecta circundat ueste puellam.
Quæ prius ut tenui steterat succincta corona.
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
Persequitur miseræ causas exquirere tales
Nec tamen ante ullas patitur sibi reddere uoces.
Marmoreum tremebunda pedẽ q̃ retulit intra.
Illa autem quid nunc me, inquit nutricula torques?
Quid tantum properas nostros nouisse furores?
Non ego consueto mortalibus uror amore.
Nec mihi notorum deflectunt lumina uultus.
Nec genitor cordi est, ultro namq; odimus omnes.
Nil amat hic animus nutrix, quod oportet amari,
In quo falsa tamen lateat pietatis imago.
Sed media ex acie mediis ex hostibus heu heu
Quid dicam quo ue ipsa malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem quoniam quid me, tibi dicere nutrix
Non sinis? extremum hoc munus morientis habeto.
Ille uides nostris qui mœnibus assidet hostis.
Quem pater ipse deum sceptri donauit honore.
Cui parcæ, & tribuunt nullo q̃ uulnere lædi.
Dicendum frustra circumuehor omnia uerbis.
Ille mea, ille idem oppugnat præcordia Minos.
Quod te per diuum crebros obtestor amores.
Perq; tuum memoris haustum mihi pectus alumnæ
Vt me si seruare potes, nec perdere malis.
Sin autem optatæ spes est incisa salutis.
Ne mihi quam merui inuides nutricula mortem.
Nam si te nobis malus, o malus optima Charme.
Ante hunc conspectum casusue, deusue tulisset.
Aut ferro hoc (aperit ferrum quod ueste latebat)
Purpureum patris dempsissem uertice crinem.
Aut mihi præsenti peperissem uulnere letum.
Vix hæc ediderat cum clade exterrita tristi
Intonsos multo deturpat puluere crines.
Et grauiter questu Charme complorat anili.
O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos.
O iterum nostræ Minos inimice senectæ
Semper & aut olim nato te propter eundem.
Aut amor insanæ luctum portauit alumnæ.
Te ne ego tã longe capta, atq; euecta nequiui

¶ (Nã Amathũtia .i. venus, aut gẽs nr̃a nõ ẽ tã rudis vt nullo .i. non illo. nen possim cognoscere vllo signo. s. te iactari amore .i. q̃ iacteris ꝛ agiteris, aliq amore, sin .i. si amor ɔfessus .i. cõfitẽdus, & licit⁹, aut amor ɔcessus, aut que ɔfiteris, neq; dissimulas, macerat te igne noto. Qui ẽ macero p analogã posuit dicẽs maceror: i credũ q̃ sim tibi cã doloris. Ego iuro p numina dictynnæ .i. dianæ psentia .i. fauorabilia, ꝛ auxiliatiua sæpe tibi, quæ. s. dictynna, hoc est diana venãtiũ dea, donat p̃ma mihi te alũnã dulce: ego iuro me q̃ me laturã. (Rarẽ inuenit vbi laturus pmã corripiat) .i. toleraturã ẽ potius, oĩa digna, atq; idigna legendũ putẽ relatu: vt sit iuro me potius usurã. oĩa millia digna, atq; idigna relatu s; vt accipim⁹, ordo pficitur) ꝛ iuro me visura pon⁹ oĩa millia. s. digna, atq; idigna: q̃ ego patiar te tabescẽ .i. lẽta tabe ɔsumi, istis tã tristib⁹ sordib⁹: & tali scoria idest immundicia cutis, quæ te excedit. Hæc loquitur. Confitetur scylla cruiten tentatum, & amorem in minoa. Ordo autem est, Nutrix scyllæ scilicet charme loquitur hæc, ꝛ vt .i. postq̃ ipsa velauit, .i. cooperuit se amictu molli .i. lãeo, aut pelliceo, circũdat puella frigidulã .i. aliqualiter frigidã veste iiacta .i. nuda, & noua, q̃ puella, vt steterat prius succincta tenui corona .i. postq̃ cinxerat eam molli corona, deinde figens genis rorantibus. s. lachrymis, oscula dulcia persequitur idest pseuerat exqrere tales causas, miseræ .i. cur tã misere pereat, nec tñ patitur: sup. puellã añ reddet sibi vllas voces q̃ ipsa moribũ da rettulit pede itra marmoreũ. s. thalamũ, aut q̃ rettulit pedẽ marmoreũ .i. cãdidũ itra .i. intro. Aũt pro s; puella scylla ingr. s. introgressa, o nutricula blanda diminutio, qd .i. ad qd torques nũc me. qd properas .i. festinas tñ, idest tãtũ nouisse, idest cognouisse (a noui imperfecto verbo) nostros furores .i. insanos amores, Ego nõ vror amore consueto mortalibus, quia mortales non solent capitales hostes amare. Nec vultus notorum, idest eorum, quos noui deflectũt .i. incuruant, ꝛ attrahunt mihi lumina .i. oculos. Nec genitor est cordi .i. dest ad cor, hoc est nõ ardeo amore patris, vt mysti ba .i. namq; nos odimus vltro, idest super omnes, s. notos hic .i. meus animus, o nutrix nihil amat, quod oportet .i. decet amari, in quo lateat tamen .i. saltem falsa imago .i. species, pietatis, sed sup. amo ex media acie. s. inimicorũ, & ex mediis hostibus, eheu, interiectio dolentis qd dicã quo ore ipsa .i. ego exordiar, idest narrare incipiã hoc malũ .i. hunc amorẽ meũ perniciosum. Eqde .i. ego certe dicã, qm o nutrix qd nõ sinis .i. nõ pmittis me dicere tibi. q.d. nihil non sinis, hoc est omnia, cum sis fidissima, ꝛ pnisum a sinis me dicere tibi, habeto hoc munus extremũ morientis. s. a ũnæ tuæ (sic & in Bucco. dixit) hoc est pausq̃ moriar pro bñficio reuelabo tibi secreta cordis mei. ille hostis vides sup. ne cũ, q assidet nr̃is mœnibus, quẽ ipse pr̃ deũ. s. Iupiter dõauit honore sceptri .i. regali honore, & cui parcæ .i. deæ fatales tribuũt, q̃ nullo vulnere lædi, sup. possit. At q2 turpe est hostis pcõnia dicere vr̃ a pscietia, vt taceat admonita, sed victa amore addit. dicedũ .i. tacẽdũ est ego circũuehor frustra oĩa vbis .i. frustra tacito insinuatiões, ꝛ loquor p ambages. Ille mq̃, ille idẽ minos, videlicet. qui mœnibus assidet, oppugnat mea pcordia .i. intimã cordis affectionẽ. Quod .i. quocirca: ego obtestor te p crebros amores diuũ .i. deor, ꝛ p pectus tuũ memoris. s. mei. Haustũ .i. suctũ, & potũ mihi alũnæ .i. a me alumna tua, vt si potes me seruare. serues, sup. nec malis .i. ꝛ nõ magis velis pdere. s. q̃ seruare, aũt p s; sin .i. si spes salutis optatæ est incisa .i. remota ne o nutricula inuideas mihi morte, quã meruiui vt. s. mihi⁹ ferrẽ, q̃ mihi tãtũ furorẽ icussit, nã si o optima charme. s. nutrix: si malus, o malus casus, vel p vel deus tulisset .i. abstulisset te nobis ante hũc .i. meũ ɔspectũ ferro hoc (aperit ferrũ. s. incisoriũ, q̃d latebat. s. pus veste .i. sub veste) aut ego dẽsissem .i. abstulissem, hoc ferro, vertice .i. de capite patris. s. Nisi crinẽ purpureũ: aut peperissem .i. pcurassem, ꝛ ɔsciuissem mihi lætũ .i. mortẽ vulnere psenti .i. cito enecãti. Vix hæc ediderat. Recitat nutricis cognito furore eiulationẽ, ꝛ miseriã. Sed Ordo ẽ, vix. s. scylla ediderat .i. elocuta erat, hæc. s. supra dicta, cũ charme. s. nutrix exterrita tristi clade .i. calamitate virginis deturpat .i. fœdat multo puluere, aut vulnere .i. dilacerat atiõe, crines intõsos .i. oblõgos, ꝛ cõplorat grauiter qstu .i. qrimõia, ꝛ eiulatu, anili .i. qlẽ anus .i. vetulæ emittere solẽt. minos reddita .i. q redditus: hoc ẽ effectus es nũc iterum mihi crudelis, o minos iterum inimice nr̃æ senectæ, semp, ꝛ aut olĩ nata: sup. est Scylla. O ppter te eũdẽ, vt. s. eã quoq; psequaris, aut vt ɔiugẽ habeas: aut amor portauit alũnæ, s. scyllæ insanæ .i. furenti luctũ. Nequiui ne .i. ita ne dijs placitũ est. vt ego capta tã lõge. s. a pria q; erat pcussa, & euecta tã longe nequierim effugere.

¶ Amathũtia appellat ab amathũte insula, in mari ægeo q̃ veneri sacra fuit. Facit ergo derivatiuũ amat⁹ amatuntius a. vm. amatũteus a. vm. Amatũtia scylla. tã rudis es o Scylla, q̃ vnico possum cognoscere furores tuos. ergo nõ est quod te iactes .i. mihi aliquid dicas de amore tuo. Dictynna, diana cretensis denominata est, quia virgo quædã cretensis suã virginitatem Dyanæ dicãs, a Minoe cũ opprimeret, & fugæ via nulla daret in mare se pcipitẽ dedit, postea eius cadauer rete cõpertũ fuit quod græce diction dicitur, sed cum patria peste laboraret, responsum habuerunt, vt Dianæ ædem consecrarent, quod ipsi facientes. Dianam ipsam dictynnã vocauere: vnde Tibullus, Perq; suas impune sinit. Dictynna sagittas. Scoria, scoriã metallorum squamas, & purgationem denectunauit. Scoria: idest cura, & ingenti passione. Marmoreum, album. Illa autem responsio Scyllæ. Consueto. quo mortales vti solent, sed potius damna.

ASCEN.

Ordo

Ordo

DOMI.

Cordi non sunt capta amore paterno. Heu, heu: quoniam amor meus est in medijs hostibus. Non dicere, non sinit, omnia pmisit dicere, & aperire tibi. Pater deum, Iupiter donauit scepti i honore, quia fecit ipsum regem. Haustum, potum a me, qui i gustaui, & bibi lacteum. Incisa remora q̃si dicat si nulla habet spes peperissem. Turpauit crinem, audi adoratiõe scyllæ illico charme crines terra maculauit.

ASCEN. ¶ Tam graue seruitium .s. tuum, o minos ego obsistam .s. votis tuis, existens exitum crudele meorum, quia faciam in te propter quod meos in exitium dabis. Iam iam (apta iminantibus, & desperantibus vox, vt æneidos iiij. Iam iam nec maxima Iuno. Nec saturnius hæc oculis pater aspicit æquis Ci. Iam iã dolobella me, &c.) ea copia viuendi, vllũ genus vitæ, q̃ .s. daf senioribus non sup. est aut daf nobis, aut qd ego amans, sup. dico hæc oĩa .q. d. frustra. o britomartis vgo .s. q̃ minos psequebaf spes sepulchri vt ab aliqua mihi cara sepeliar, est mihi vana te erepta, o britomartis potui producere diem vitæ, te erepta .q. d. impium fuisse. Atq3 vtinam. O virgo britomartis grata cereri (alij legunt veneri) nec tantum dianæ, scilicet castitatis, & venatorum deæ, esses sectata venatus, idest venationes virorum contendens spicula gnosia, idest sagittas cretenses, cornu .i. arcu naupacto .i. quali vsi sunt naupacto in ætholia, tu ageres .i. compelleres capellas dictæas .i. cretensea ad gramina nota, nunq̃ .i. & non vnq̃ fugeres tã obnixe amores minoos, aut minois .s. regis. tu isses .i. iuisses ad minoa præceps de specula .s. de aerijs montibus, vnde alij ferunt .i. dicunt te fugisse, & assignant, sup. tibi numina .i. diuinitatem virginia phoræ .i. phoreæ, hoc est illius loci, alij quo .i. ideo vt esses notior dixere lunam .i. dianam, dictynnam de tuo nomine .i. causa, aut facto. Sin .i. sed si ego velim hæc vera: sup. esse o nata tu perisses mihi .i. ad remedium huius mali mei, ego nunq̃ conspiciam te vocitantẽ in summo vertice montis inter comites hircãos .i. armenios venatores, & agmen ferarum, nec ego amplexa tenebo te redeuntẽ, verũ hæc fuere nobis tũ .i. tunc grauia, atq3 indigna tũ dico o luna .i. diana, cũ mea spes tua .i. quã habebã de te, maneret integra, & ista vox .s. q̃ scylla protulit, nondũ violauerat meas aures. Ne .i. an o alumna, sup. fortuna crudelis ademit mihi etiam te, ne inq̃ ademit mihi, o sola causa .i. quæ sola cã viuendi es, meæ senectæ: ego capta sæpe neq̃q̃, idest frustra tuo dulci sopore, idest cum tecum dormirem, cum natura premeret, idest grauaret me senio, & instanti morte. ego te negaui me velle mori, vt glomerarem, idest in glomus ad texturam colligerem flammea, idest indumẽta nuptialia luto, idest eo genere coloris croceo. vnde in Buco. croceo mutabit vellera luto, & id dicit corino, idest croceo, a corito ciuitate siciliæ, vbi copia est suauissimi croci. Quo nunc me infelix. Continuat eiulatum suum anus ad negocium rediens, ac dicens, Quo .i. in quam partem ego infelix vertam, sup. nunc me, aut quæ numina seruant nunc me .i. vitam meam, An o alumna nescis, qua lege .s. fatali. purpura edita de vertice patris, prætexat .i. cooperiat crines canos candentes, idest rutilantes, quæ suspensa, tenui capillo pressit .i. compressit .s. canos. Si nescis .i. si tu ignorans periculum, attentasti tantum nefas: ego possum sperare aliquã salutẽ, quandoquidẽ tu inscia .i. igna, mali. conata es nefandum scelus: sin .i. sed si est sup. illud quod metuo .i. si conata es patrẽ perdere vt amato complaceas, o mea alumna ego precor .i. obsecro per me, & per tuum amorem expertũ mihi miseræ in multis rebus, & per flumina sacra illthyæ .i. dianæ syluarum deæ sæua perdere .i. ad perdendũ adiuratos si non obtemperent, precor inquit ne sequaris, mente tam molli .i. lasciua: aut inconstanti tm̃ .i. tã magnũ, & sceleratũ facinus. O amor .i. cupido, ego nõ conor te flectere .i. reuocare ab incepto, qd non pote, sup. est .i. qd non potest fieri, neq3 sit nostrum contẽdere cũ dijs: sed potius velis o alumna te nubere: regno patris existente incolumi, atq3 velis tamẽ .i. licet nubas aliquos penates .i. in morẽ tuorũ deos esse .i. superesse tibi, ego docta, atq3 experta exitio .i. ad exitiũ meũ, quia si rex omnium penitus ignara fuisset, nõ fuisset nutrix regiæ puellæ effecta, monebo hoc vnum .i. solũ. Quod si non poteris flectere parentem alia rõne .i. via: & mõ (s3 poteris, sup. alia rõne flectẽ qd. n. nõ possis vnica .i. cũ sis vnica eius filia. q. d. nihil q̃ oia potes) tamẽ referto .i. enarrato potius tunc, cum licebit cum pio iure, quia nondum quicq̃ impie in patrem gesseris, referto inquit potius tuo .s. patri conata atq3 incepta .s. adhuc dubia: cũ qd tentare audeas, adhuc dubiter: cũ tu habebis causam facti .i. occasionem faciendi, quia recusauerit pater, & tempus doloris. Et ego o mea alumna polliceor.

Et me

Tam graue seruitium, tam duros passa labores
Effugere? obsistam exitium crudele meorum.
Iam iam nec nobis ea, quæ senioribus ullum.
Copia uiuendi uitæ genus aut quid ego amens
Te erepta Britomartis spes est una sepulchri,
Te Britomarti diem potui producere uitæ.
Atq3 utinam Cereri, nec tantum grata Dianæ
Venatus esses uirgo sectata uirorum.
Gnosia Naupacto contendens spicula cornu.
Dictæas ageres ad gramina nota capellas,
Nunq̃ tam obnixe fugeres Minoos amores,
Præceps aerei specula de montibus isses.
Vnde alii fugisse ferunt, & numina Phoræ.
Virginis assignant alii quo notior esses.
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.
Sin hæc uera uelim mihi certe nata perisses.
Nunq̃ ego te summo uolitantem in uertice montis
Hyrcanos inter comites, agmenq3 ferarum
Conspiciam, nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum hæc tum nobis grauia, atq3 indigna fuere
Tum mea Luna tui cum spes integra maneret,
Ex uox ista meas nondum uiolauerat aures.
Teneo etiam fortuna mihi crudelis ademit?
Te ne o sola meæ uiuendi causa senectæ?
Sæpe tuo dulci nequicq̃ capta sopore.
Cum premeret natura, mori me uelle negaui.
Vt tibi Corinno glomerarem flammea luto.
Quo nunc me infelix, aut quæ me numina seruant?
An nescis qua lege patris de uertice canos
Edita candentes prætexat purpura crines.
Quæ tenui patrio pressit suspensa capillo.
Si nescis aliquam possum sperare salutem.
Inscia quandoquidem scelus es conata nefandum.
Sin est, quod metuo, per me mea alumna, tuumq3
Expertum multis miseræ mihi rebus amorem
Perdere sæua precor, per flumina sacra Ilithiæ.
Ne tantum in facinus tam molli mente sequaris,
Non ego incepto (fieri quod non pote) conor.
Flectere amor, neq3 sit cum diis contendere nostrum.
Sed patris incolumi potius te nubere regno.
Atq3 aliquos tamen esse uelis tibi alumna penates.
Hoc unum exitio docta, atq3 experta monebo.
Quod si non alia poteris ratione parentem
Flectere (sed poteris, quid enim non unica possis)
Tunc potius tamen ipsa pia cum iure licebit.
Cum facti causam tempusq3 doloris habebis.
Tunc potius conata tuo, atq3 incepta referto.

DOMI. ¶ Seruitium tuum. o minos. Quæ sup. daf senioribus. Quid ego: sup. dico hæc omnia Britomartis, virgo illa dicta fuit, quã Minos: vt virginitate spoliaret, persequebatur. Naupacto, Linius ciuitatem ætholiæ fuisse ostendit in bello macedonico: vbi meleager versabatur sagittis in venatibus vtens. Cornu ergo naupacto .i. arcu, quali naupacto vtebantur. Dictæas a dicte nympha, vel a dicte monte cretæo. Obnixe. certatim, & magno conatu. Phoræ, a loco: idest virginis phoræ, & alij poetæ, Tuo nomine, tua causa. Hyrcanos, hyrcania armeniæ sylua, in qua serpentes abundant. Vnde comites hyrcanos, idest sæuos. Negaui mori pro te q̃uis naturæ cursus prope esset. Corinus ciuitas siciliæ croci abundantissima, & quidem suauis. Flammeæ, vela tenuissima, quibus virgines sponsæ, quum ad maritum ducebantur, vterentur tegendi pudoris gratia. Vnde claudia. flammea sollicitum prævellarunt a pudorem. Lege fatali .s. Ilithiæ. Ilithea Diana est appellata, quia dea syluarum est. Illi enim sylua est, & thea dea: vnde, Ilithea, syluarum dea, Molli: lasciua: Pote: potest fieri. Quid enim, quasi dicat omnia potes apud parentem tuum, cum sis vnica, referto. narrabis patri.

Meq3

Meq́, deosq́ tibi comites, mea alumna futuros
Polliceor, nihil est, quod texat in ordine longum.
Hic ubi sollicitos animi releuauerat æstus
Vocibus, & blanda pectus spe uicerat ægrum.
Paulatim tremebunda genis obducere uestem
Virginis, & placidam tenebris captare quietem.
Inuerso bibulum restringens lumen oliuo
Incipit ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manum assiduis mulcens præcordia palmis.
Noctem illam sic mœsta super morientis alumnæ
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
Postera lux, ubi læta diem mortalibus almum.
Et gelido ueniens mane quatiebat ab Oeta.
Quem pauidæ alternis fugitant optantq́ puellæ.
Hesperium uitant optant ardescere solem.
Præceptis paret uirgo nutricis, & omnes
Vndiq́ conquirit nubendi sedula caussas.
Tentantur patriæ summissis uocibus aures.
Laudanturq́ bonæ pacis bona, multus inepto
Virginis insolitæ sermo nouus errat in ore.
Nunc tremere instantis belli certamina dicit.
Communemq́ timere deum, nunc regis amicos.
(Nanq́ ipso uerita est orbari mœsta parente)
Cum Ioue communes qui quondam habuere nepotes.
Nunc etiam confecta dolo mendacia turpi
Inuenit, & diuum terret formidine ciues.
Nunc alia ex aliis nec desunt, omnia quærunt.
Quin etiam castos ausa est corrumpere uates.
Et cum cæsa pio cecidisset uictima ferro.
Vt sint qui generum Minoa auctoribus extis
Iungere, & ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix patula componens sulphura testa.
Narcissum casiaq́, herbas incendit olentes.
Terq́ nouena ligat triplici diuersa colore
Fila, ter in gremium circum inquit despue uirgo.
Despue ter uirgo, numero deus impare gaudet.
Hinc magno generata Ioui frigidula facta.
Sacra nec Idæis auibus nec cognita Grais
Pergit Amyclæo spargens altaria thallo.
Regis Iolchiacis animum defigere uotis.
Verum ubi nulla mouet stabulis fallacia Nisum.
Nec possunt homines nec possunt flectere diui.
Tanta est in paruo fiducia crine cauendi.
Rursus ad inceptum sociam se adiungit alumnæ.

DOMI. ¶ Futuros habebis, & me, & deos, hoiesq́ fauentes. Virginis, Scyllæ. Bibulum, q͂ lumen bibit oleum .i. ardẽdo ɔsumit. Oeta mons inter macedoniã, & thessaliã: in quo primus solis ortus græcis apparet. Optant, fugiunt, q͂ puellæ fugiũt: & cupiũt uideri, vt in Buco. Et fugit ad salices, & se cupit añ uideri, patriæ aures, cohortabanẽ prẽm ad pacẽ cũ Minoe. Incepto, vł virgineo: q͂ virgines nesciũt loq̃, vel incepto, ꝓpter furorem: vt Virg. Incipit affari, mediaq́ in voce resistit, Mẽdacia: oĩa dicebat & simulabant patri, vt fieret pax, vates scylla, corrupit vates: vt dicerent faciendã pacem cum Minoe. Extis, aĩalium Ancipites, dubias. Ter noue na .xxvii. fila, vt i Buco. Ter licia. Generata, scylla filia: Idæis, troianis: faciebãt .n. sacra Ioui nũ q̃ cognita troianis, & græcis, Thallũ, herbã verbenã Amiclæo .i. sparthano amyclæ .n. est ciuitas sparthæ. Iolchiacis, quibus vsa ẽ Medea i iolcho, quæ e ciuitas thessaliæ, vbi regnũ erat Peliæ, & Aesonis patris ipsius Iasonis: q ad iuuẽtã reuocatus fuit Auxilio Medeæ, erant præterea veneficæ multæ i thessalia, & herbæ veneficijs aptissimæ, stabulis .i. ab aula sua, nã stabuliũ apud antiquos erat prior, & præstãtior pars domus.

ASCEn. ¶ Et me, & deos futuros tibi comites .i. intercessores apud patrem. nihil est, qđ .s. pr̃ texat lõgũ i ordie .i. qđ differat lacere ꝓ te. hic .i. hoc tpe vbi .i. postq̃ releuauerat .i. minuerat: & sedauerat æstus sollicitos aĩ .i. amores, q̃ re͂ e sollicitũ plena timorio amor, & vicerat .i. affecerat, & conuenerat pect⁹ ægrũ .i. saucium, & languens amore, vocibus .s. blãdis, & spe .s. blãda, ipa tremebũda i cipit paulati obducere genis virginis veste .i. cooprire lumẽ ei⁹, & captare q̃ete placidã tenebris .i. idu e somnũ ꝑ tenebras, restrigẽs .i. reprimẽs lumẽ .s. lãpadis, aut lucernæ bibulũ .i. ɔsumptiuũ olei, & 𝔥 olivo .i. oleo inuerso .i. ɔtrariũ verso ab eo, quo solet verti, qđ accẽdere volum⁹. Nã recedũ ꝑ oleũ significat Hora. dicẽs. oleũ adde camino & icipit ferre .i. ducere manũ ad crebros ictus isani pectoris .s. virginis amore furentis, mulcens pcordia assiduis palmis. Et ipsa charme nutrix mœsta pepẽdit sic illã noctẽ .s. totã, subnixa cubito super ocellos .i. oculos paruos, frigidulos. q̃ alũnæ morientis .i. grauiter amore languentis. Postera lux. Docet, q̃uo postridie eius diei patrẽ solicitare occeperũt de pace ineũda, & nuptijs ɔtrahẽdis cũ minoe. Ordo ãt est. vbi .i. postq̃ lux postera .i. postridiana læta .i. lætificãs aĩos mortaliũ q̃tiebat .i. efferebat cũ quadã ɔcussione luminis diẽ almũ. q̃si alimẽtũ pbentẽ mortalib⁹, & lux veniẽs mani gelido .i. tpe matutino frigidulo semp. Offendi veniẽtem mane, sed duo sunt vitia, q͂ mane primã producit, & scdam corripit. Persius. Iã clar mane fenestras, &c. Posse aũt mani in ablt̃õ dici, author est sei inus sup q̃ntũ æne. dicẽs, q̃ aduerbia cũ in noĩa migrant, declinari pñt: vt apud Plautũ a mani vsq́ ad vespera: &c. (q̃tiebat .s. die ab oeta .s. mõte in ɔfinio macedoniæ, vñ græcis dies oriunt, quẽ .i. diẽ, puellæ auidæ fugiunt, & optãt alternis .s. votis, fugiũt .s. propter laborẽ, & optãt ꝓpter curas euitãdas, aut q̃ naliter noctu timẽt fantasma, & laruas, siue deuirginatione, vñ p auidæ dñr Vitãt .s. puellæ hespiũ .s. sydus .i. vesper, seu, hesperũ q͂ sub noctẽ cura recursat, & optãt solẽ ardesce .i. splẽdẽ cũ ardore. Postq̃ igiẽ posterus sol ortus est, v̓go paret .i. obedit præceptis .i. monitis nutricis, & ipsa sedula .i. solerter diligens, conquirit vndiq́ oẽs cãs nubendi. Aures patriæ .i. paternæ tentãtur vocibus sũmissis .i. humilibus, & sũmisso vultu plaũs, & bona bonæ pacis laudanẽ .i. cõmendanẽ. (Dicẽdo bonæ pacis, bona depingitur muliebris sermo) multus sermo nouus erat in ore inepto .i. minus idoneo, q͂ virginis insolitæ .s. talia patri suadere. Ipsa dicit nunc .i. aliquando, supple se tremere certamina belli instantis: & dicit se timere deum cõmunem .s. matrem, nunc dicit se timere amicos regis, scilicet Minois, q habuere quondam nepotes cõmunes cu3 Ioue, quia ex eadẽ origine descẽderes dicit se timere, nã mœsta .i. simulãs mœsta, verita est .s. simulauit se veritã orbari ipso parente .i. patre Nunc .i. interdũ etiã inuenit .i. excogitat mẽdacia ɔfecta turpi dolo, & terret ciues formidine .i. minatione diuũ, nũc ipsa & nutrix: q̃runt nũc alia .s. mẽdacia ex alijs, nec desunt oĩa, quin etiã ausa est corrũpere vates castos .s. alioqui, & ita veridicos esse solitos, vt quorũ mentes dij habitare consueuerint, & .i. et cũ victima cecidisset cæsa .i. mactata pio ferro, idest sacrificijs apto cultro: vt sint, q suaderẽt extis authoribus .i. approbãtibus (rar est author cũ neutro genere cõiũctus sed substãtiue accipitur sicut testis cũ dr̃ sydera testes) Iungere .s. decere minoa generũ .s. Niso .i. maritũ filiæ eius, & q suaderent tollere pugnas ancipites .i. dubias, & dubij exitus, licz ɔsecratũ haberet ꝓliũ. At .i. sed nutrix cõponẽs sulphura, testa patula, incendit narcissum, & casiã, appositione herbas oleẽtes, & ligat ter nouena .i. xxvij. fila .i. licia diuersa .i. distincta triplici colore: & id ad magica artẽ pertinere putatũ est, vt in Bucolicis visum est, & inq̃t. O Virgo despue .i. deorsum spue ter circũ .i. per circuitũ in gremiũ .s. tuũ, virgo inq̃t despue ter: q͂ deus gaudet numero impare, pro impari, vt dicit Seruius in Buco. vbi eadẽ sũt verba. Hinc .i. deinde, generata .i. filia Nisi scylla s̃m Calderinũ. sed ɔtinuatior erit ɔtextus sic. Charme frigidula .s. timore (sed præter naturã scdam produxit) pergit .i. perficit, & peragit sacra generata .i. nata Ioui magno, sacra inq̃ã, nec cognita senibus .i. phrygibus, nec grayis .i. græcis. spargẽs altaria thallo .i. herba verbena: amyclæo .i. spartano, seu laconico defigere .i. vt defigat, & dissoluat, aĩaz regis .s. Nisi votis iolchiacis .i. q̃libus vsa est medea in iolcho ciuitate thessaliæ reuocãdo æsona patrẽ iasonis ad iuuẽtam, vel .i. sed: vbi nulla fallacia mouet Nisum stabulis .i. ab aula sua (sic .n. Calderinus legit, alij textus hñt stabilẽ .i. firmũ, & ɔstãtem, aut persistẽtem in ꝓposito suo) nec hoies possunt flectere .s. ab instituto, nec diui .i. diuorũ indicia, & portẽta per vates enunciata: tãta fiducia cauẽdi .s. mali, aut excidij est in crine paruo, & id per acclamationẽ dicit, estq́ antitheton. Tãta .i. tã magna in paruo, &c. vbi .n. q̃ vidit, q̃ nulla mouet fallacia Nisum, ipsa adiungit se rursus alumnæ .s. scyllæ, sociam ad inceptum .s. facinus (Hic locus indicat, quod prius dixi: mẽtem poetæ esse, q̃ charme thallo vsa sit non generata .i. filia Nisi scylla) Posset tamen dici alumnæ .i. nutrici, aut altrici, quia sequitur.

Ordo

Purpureumq; parat rursus tondere capillum.
Cum longo quondam captat succurrere amori.
Non minus illa tamen reuehi, ꝙ mœnia crescant.
Gaudeat & cineris patriæ est iucunda sepulchro.
Ergo metu capiti Scylla est inimica paterno.
Tum coma sidonio florens succiditur ostro.
Tum capitur Megara, & diuum responsa probantur.
Tunc suspensa nouo ritu de nauibus altis
Per mare cæruleum trahitur Niseia uirgo.
Cum plures illam nymphæ mirantur in undis.
Miratur pater Oceanus, & candida Tethys.
Et cupidas secum rapiens Galathea sorores.
Illa etiam iunctis magnam quæ piscibus æquor.
Et glauco bipedum curru metitur equorum
Leucothoe paruusq; dea cum matre Palæmon.
Illi etiam æternas sortiti uiuere luces.
Chara Iouis soboles magnum Iouis incrementum.
Tyndaridæ niueos mirantur uirginis artus.
Has adeo uoces atq; hæc lamenta per auras.
Fluctibus in mediis questu uoluebat inani.
Ad cœlum infelix ardentia lumina tollens.
Lumina, nam teneras arcebant uincula palmas.
Supprimite, o paulum turbata, o flamina uenti.
Dum queror, & diuos ꝗ̄ꝗ̄ nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego uos adeo uenti testabor, & auræ.
Vos o Mantina si qui de gente uenitis.
Cernitis illa ego sum cognato sanguine uobis
Scylla, quod alii salua liceat tibi dicere Progne.
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam.
Certatim ex omni petiit quam Græcia regno.
Qua curuus terras amplectitur Hellespontus.
Illa ego sum Minos sacrato fœdere coniux
Dicta tibi, tamen hæc & si non accipis, audis.
Vincta ne tam magni tranabo gurgitis undas?
Vincta tot assiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio possum contendere dignam
Supplicio ꝗ̄ꝗ̄ patriam charosq; penates
Hostibus, immitiq; addixi ignara tyranno.
Verum est hæc minos, illos scelerata putaui.
Si nostra ante aliquis nudasset fœdera casus.
Facturos quorum direptis mœnibus urbis.
O ego crudelis flamma delubra petiui.
Te uero uictore prius uel sydera cursus
Mutatura suos ꝗ̄ mihi talia captæ

DOMI. ¶ Tondere, secare. Reuehi, reduci. Coma, capillus aureus. Ostro sydonio .i. purpureo, nam sydon ciuitas: vbi nascit᷑ murex, ex cuius sanguine tingitur ostrum. Glauco, viridi Marreno. Palemon, Learchus nota est fabula apud Ouidium in fastis. Chara Iouis soboles, de Polluce, & castore intelligit᷑. Has adeo voces concludit, queadmodum ipsa Scylla cōquesta fuerat, de Minoe, ꝙ non merita secundū spem suā fuisset consecuta. Lumina oculos. Arcebant, cōstat enim postea ꝙ parentē Scylla ꝑdidit, & ad Minoem venit, sperās cōnubio ipsius iūgi ad ꝓram nauis suspendi iussa. Quanq̄ nil testibus illis, eadē verba feime sunt in Buco. Mantina .i. thracia, nā mātinæ populi thraciæ sunt, ꝗbus imperauit Thereus Prognes maritus Cognato sanguine quia sum filia Nisi fratris philomellæ & ꝓgnes: quæ fuit vxor terei. Pollentis, splēdētis imperio. Victa, ligata ad proꝛā nauis. Verū est, o Minos: ꝙ ꝑdidi patriā, ꝙ sum digna tali supplicio. Quorū direptis, quasi dicat ego existimaui eos vlturos iniuriam a me patriæ illatam.

foenerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiã exaudiens, vt principi litterarum Homero placuisse in eo vno video. Quapropter effigiem dei, formamq; quærere imbecillitatis humanæ reor. Quisquis est deus (si modo alius est) & quacunq; in parte, totus est sensus, totus est visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere, atq; etiam ex virtutibus, vitijsq; hominum, & pudicitiam concordiam, mentem, spem, honorem, clementiam, fidem, aut (vt Democrito placuit) duos omnino pœnam, & beneficium maiorem ad secordiam accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit infirmitatis suæ memor vt portionibus coleret quisq;, quo maxime indigeret. Itaq; nomina alia alijs gentibus, & numina in ijsdem innumerabilia reperimus. Hæc & plura alia Ply. Ex quibus (qđ ad rem nostram facit) palã est Apollinẽ (q idẽ sol est) oia scrutari, ideoq; vera posse iudicare. quo circa mirãdũ est, qꝫ vix vllũ repperit, &c. Tãgit autẽ Socratẽ, q cum philosophiam de cœlo in terras deuocasset, hoc est ab astrorum nimia indagatione, & a naturaliũ causarum morosa inquisitione, nos ad nostri cognitionẽ inuitasset, moralemq; philosophiã quã Ethicã vocãt, docẽdo, & faciẽdo instituisset Cerephonti eius discipulo Apollinẽ consulẽti, quẽ in terris sapiẽtẽ cẽseret, sapiẽtissimus oium pronũciatus est, q res illi fãmã i inuidiã ptulit, falsosq; criminis tus, cicuta in carcere Atheniẽsi diẽ clausit. Mortuus vero Aeneas tantũ donatus est. iudex ipse sui. Iudex dr, q sm leges & iura iudicat ꝓ his q per causidicos vltro, citroq; habita sunt. Arbiter libere iudicat ex sui volũtatis, & rõnis suæ. Ipse hic multis vacare videret, qꝫ satis esset. Vir bonus, & sapiẽs est iudex sui, sed si bene respexeris, mirã emphasim habet. Est. n. sensus, vir bonus, & sapiẽs est iudex sui, ipse inqꝫ sui, quia nõ vult ab alijs iudicari. Vnde Hora. in epistolis Sed vereor, ne cui de te plus q tibi credas. Neue putes aliũ sapiẽtẽ, bonoq; beatũ Et Persius. Examẽq; improbũ in illa, Castiges trutina, nec te quæsiueris extra, sic etiã diceres, rex ipse mihi litteras ad te dedit. Ipse inqꝫ, hoc est nõ alius noie regis. Quare aũt a se iudicet vir bonus in promptu est, qꝫ qui ab alijs iudicant, minus peccata deserunt: quæ vir bonus sui iudex, sponte sua cõtẽnit, vnde illud in epistolis Hora. Oderũt peccare boni virtutis amore. Oderũt peccare mali formidine pœnæ. Est aũt pronomen ipse triũ personarum, sicut apud græcos, qđ idẽ significat αὐτὸς. primæ, vt En ipse capellas, protinus æger ago: ipse. i. ego. itẽ & ipsum ludere q vellẽ calamo ꝑmisit agresti. ipsum. i. me. Secũdæ, vt in. vj. æneid. Ipsa canas oro, ipsa. i. tu. Tertiæ, vt Pollio & ipse facit noua carmina, &c. declinabaĩ olim ipsus ipsa ipsum. Plautus etiã cõparationẽ dedit dicens in trinũmo ipsissimus, vbi etiã ipsus ponit, Habẽt autẽ hæc tria pronomina, ille, ipse, iste hoc elegãtiæ. Quod ille notat summã nobilitatẽ, & rẽ, de qua loquimur, notissimã, vt Alexãder ille magnus. Cato ille censorius. Ipse aũt emphasim hẽt, & excellẽtiã: vt Ioue missus ab ipso. i. magno secundũ Seruiũ. Iste vero cõtẽptũ (vt docet Donatus) ꝓ se fert, vt. Quid istud inqꝫ ornati est, Vergilius, vel qđ petis istis quasi vilibus. Adde qꝫ sicut hic, cũ oibus aduerbijs, & casibus ad primã psonã, & ad eũ locũ: in quo ego sum: ptinet, vt hoc caput. i. meũ, oẽs, q hic sunt. i. apud me, &c. Sic iste refert ad secũdã psonã, vt istud caput. i. tuũ, & aduerbia inde deducta ad locũ in quo tu es, vt velim scire qđ istic fiat, qꝫ nemo istinc huc venit. Et ille cũ suis tertiã psonã ab vtroq;, inter quos est sermo: remotã respicit, vt docet Valla. Sin pronomẽ reciprocũ est primitiuũ, tuncq; bonã reciprocationẽ esse cognosces, quando addere poteris in eodẽ casu obliquos pronominis ipse. vt iudex ipse sui. i. sui ipsius. Quisq; fauet sibi, hoc est sibi ipsi. Quisq; amat se. hoc est seipsum, &c. Ponit itaq; sæpe cũ pronomine ipse, vt hic, & cũ nomine quisq;, cũ quo & suus sua suũ adiectiuũ reciprocũ elegãter ponit, vt cuiq; suus mos est. Itẽ trahit sua quẽq; voluptas, &c. Est ergo hic bona reciprocatio Neq; in hac significatiõe bene dixeris. Iudex ipse suus. Vnde (licet lõgior sim) operæpretiũ est semel naturã vocabulorum exponere, & postea huc remittere. Scies igit (vt docet Valla) genitiuũ oẽm aut actiue, aut possessiue: qđ fere idẽ putat, aut passiue significare. Actiue, vt productio: & creatio dei, qꝫ deus producit, & creat. Possessiue: vt regnũ dei, qꝫ deus regnat. Passiue, vt timor dei, qꝫ deus timet: nec timet. Isti aũt genitiui mei, tui, sui nostri, & vestri, quãdo sunt primitiui tantũmõ passiue significãt. Ideoq; cõstrui volũt cũ dictiõe passionẽ inferẽte, vt cũ verbo regẽre gtĩn, vt recordare mei memẽto mei. miserere mei, indigeo tui: &c. Itẽ cũ verbali ab actiuo verbo deducto tã adiectiuo q̃ substãtiuo. Adiectiuo, vt cupidus mei, amans tui, nescius mei: quãdo ego cupior, amor, nescior. Substãtiuo, vt amor tui, desideriũ mei, &c. quãdo tu amaris, ego desideror. Itẽ cũ noibus, q partitionẽ, seu diuisionẽ, quæ qdã passio est, inferũt, vt pars mei, aliqd mei. qcqd mei, in quibus ego ipse: & nõ res mea significat partiri. nisi forte fuerit genitiuus substãtiuus a neutro meũ. Et qđ dixi. de mei. dicet et cõsimili mõ de alijs quattuor. vt iudex ipse sui, qꝫ ipse iudicat Cõtra genitiui, mis, tis, sis, q nũc absoleti, & quibus aliquãdo vtimur nostri: & vestrũ tãtũ actiue, aut possessiue significabãt. Et qꝫ absoleti sunt. Ponimus ꝓ ipsis possessiua meus: tuus, suus, noster & vester. Quãdo ergo aliqd possideo, nõ dicã mei, sed meũ, vt liber meus, non mei. similiter quãdo qđ ago, vt amor meus in te. i. quo ego amo te. Bene ergo dictũ est: iudex sui. Totũ se explorat. Totũ se. i. oẽm partẽ sui, totũ enim magnitudinẽ respicit: vt totũ cœlũ, omne vero multitudinẽ, vt oẽs hoies. Confundunt tamẽ, vt. ıı. æneid. Tonitru cœlũ omne ciebo. i. totũ. Explorare est ingrere, & scrutari, vnde exploratores, si tamẽ ad originẽ respexeris, affectate hic positũ videbis. Cõponit. n. ab ex, siue extra, & ploro. quasi sit plorãdo in amaritudine animæ vitã ante actã recogitare, quæ prima pœnitẽtiæ pars est, altera, quæ confessio, se quit salẽt tacita sibi. Nõ prius in dulcẽ, &c. Tertia, quæ satisfdatio dr hr ibi. Offensus prauis. Cõplemẽtũ vero, & vltima pars, q est pseuerãtiam in virtute consequit. Dat palmã, & præmia rectis. Nullus. n. nisi vsq; in finẽ legitime certauerit, coronabitur, nam palma, & præmia consumationi debẽtur. Itaq; a viro ante xpm defuncto christianæ religionis forma pscribitur. Ad vnguẽ. i. ad pfectionẽ, quæ res satis a Calderino deducitur. Qđ aũt hic metaphora a marmorarijs fiat, patet. nõ sequet, nec inania subtus, iudicet, &c. Quid pceres. Quid (vt oia iã dicã) & oia eius cõposita, vt qcqd, aliqd, neqd, siqd, ecqd, nũquid, qlibet. qcq;, &c. substãtiua sunt, ideoq; cũ adiectiuo eiusdẽ casus, aut cũ substãtiuo genitiui casus cõstruũtur: vt quicqd honestũ, qcqd lucri, non aũt qcqd lucrũ, sed quodcũq; lucrũ. Quod enĩ, & oia eius cõposita adiectiuũ est, & vult substantiuũ eiusdẽ casus, vt aliqđ animal, refugit aũt adiectiuũ, nisi substãtiue ponat, vt quodcũq; honestũ, &c. De cõpositis vero a qs & q, & eor declinatiõe scies. Quis duobus modis cõponi. Primo, vt ponat in secũda parte cõpositionis, & hoc cũ his quinq; particulis, en, vt ecqs, ne, vt nequis. Nũ. vt nũquis, si, vt siquis, alius, vt aliquis, & hoc modo i noiatiuo singulari fœminini generis, & noiatiuo, & accusatiuo pluralibꝰ neutri generis inuenies qua, nõ quæ, vt si q cã, si qua fata, nõ si quæ. Secũdo: vt est pꝛ pars cõponẽs, & subdũtur hæ particulæ, q, vt quisq; qꝫ, vt quisq; piã, vt quispiã, putas, vt quisputas, & ipsum qs, vt qsqs, qđ raros casus habet vt docet Valla, vt qsqs, quicqd, quẽquã, quoquo, quaqua, quoquo, quosquos, quæquæ, qbusqbus, & reliquos addere possis. Et cũ his particulis nõ ponitur, q sed cũ vis vt qdã, vis, vt quis, cũq;, vt qcũq;, libet, vt qlibet, & tã cõposita a qs q a q habẽt in illis casibꝰ dictis, quãdo in priori parte ponũtur, nõ q, sed quæ, vt qdã mulier nõ quadã, quædã poma: nõ qdã. Optima quæq; dies, nõ optima quaq;. Quisq; aũt caret genitiuo plurali, sed ꝓ eo vtimur singulari, authore valla. Et licet oia relatiua, & interrogatiua geminata posterio. ẽ partẽ in cunq; resoluit authore Prisciano, vt quãtus quãtus, quãtuscũq; vbi vbi, vbicũq;. Quisqs tñ nõ fit qscũq;, nec qcqd quidcũq;, sed illud fit quicũq; hoc quodcũq;, ppterea quodcũq; ponitur cũ q, nõ cũ qs, sed qđ deficẽtitur a qui, nõ a qs. Quæ sic differũt, qꝫ q, & qđ ponũtur sæpe relatiue, qs aũt & qđ nunq relatiue, sꝫ vel indiffinite, vt nescio qs sis, vel qđ agas, vel interrogatiue, vt qs es, qđ agis. similiter & ablatiuus a qđ, vt q scis hoc. i. quõ. Proceres. Propꝛie sunt capita trabiũ eminẽtia in muris: & põdus ædificij sustinẽtia, a quibus primores ciuitatis pceres appellãtur. Vaniq;, læuis, &c. Bonũ est adiectiuũ vulgi, nihil. n. eo vanius, vñ in. ıı. æneid. Scinditur incertũ studia in cõtraria, vulgus, verũ tñ, vt docet. A. Gelius vani sunt nõ (vt vulgus putat) desipiẽtes, aut hebetes, aut inepti, sed vt veterũ doctissimi dixerũt, mẽdaces, & infidi, & leuia, inaniaq; p grauibꝰ, & vera astutissime cõponeres, &c. sic in. ıı. æneid. Nec si miserũ fortuna sinonẽ finxit, vanũ ẽt, mẽdacẽq; iproba finget. Leuis opinio. Verisimile est, vt vani vulgi sit læuis opinio. Leuis aũt priori breui significat sine põdere, q res facilẽr vẽto huc illuc agitatur. vñ fit trãslatio, vt leuis dicatur, incõstãs, facilis in verbis, factis, aut moribꝰ. Sed quãdo hẽt priorẽ lõgã, significat politũ, nõ asperũ vt paulopost. Per leuia sidat, Bene aũt dat vulgo opinionẽ, quæ falsorum esse põt: nõ aũt sciẽtiã, q verorum dũtaxat est, sed necessariorum. Vulgus dicitur q̃si vilis grex, & est incerti generis, aliquãdo masculini, vñ in. ıı. æneid. Hinc spargere voces in vulgũ ambiguas. Sæpissime neutri (qđ Seruius tamẽ cõtra artẽ esse docet) vt. ı. æneid. Sæuitq; animis ignobile vulgus. Securus. Ordo est. Vir bonus: & sapiens est securus. i. nõ curãs, qđ pceres sup. gerãt, & qđ leuis opinio vulgi agat. Docet aũt Valla in orationibus nonnunq verba deesse, quod tunc etiã (licet pathos non est) licite contingit quãdo generale verbum intelligitur, vnde substantiuum verbum, Prisciano teste, facillime intellectionis est, vt nũc fama minores. Italiam dixisse de nomine gẽtem Nunc fama, subaudi est. Similiter. ıx. æneid. Talia per latium, faciliter intelligitur, geruntur. vnde pulchram eclipsim esse censet Seruius, sic hoc loco facillime intelligeo: gerant, faciãt, vel agant, vt apud Ply iuniorem Studes, an piscaris, an venaris, an simul omnia, subauditur facis. Pathicis autem orationibus legitima est eclipsis, quæ in alijs quoq; admittitur, si obscuritatem

Iudex q dicatur

Significatus genitiuorum qui sunt

Explorare qđ sit

Proceres q dicatur

securitatem non faciat. Securus dicitur qui est seorsum a cura ne quicq̃ sollicitus, neq̃ est idẽ quod tutus. Nã si inter mille peri
cula ignarus gaudia ducis, securus es: non tutus. Contra, vbi nullus est hostis, si multos instare formidas tutus es, securus
non es. Est ergo vir bonus non implicitus negotijs nihil ad salutem facientibus, talia enim non curat, quoniam tales curæ de/
hortarentur a perfecta sapientia, vnde Flaccus in epistola ad florum. Quod si frigida curarum fomenta relinquere posses. Quo
te cœlestis sapientia duceret, ires. Hoc opus. hoc studium parui properemus, & ampli. Si patriæ volumus, si nobis viuere cha
ri. Mundi instar habens Mundus dicitur ornamentum, vnde mundus muliebris complectitur quicquid ad muliebrem orna/
tum spectat. Totius etiam vniuersi congeries propter varios ornatus mundus appellatur. Legitur etiaz. vt meminit. A. G. præ
cipue in priori significato hoc mundum. De mundo sic in naturali hystoria Ply. Mundum & hoc, qđ alio nomine cœlum appel
lare libuit, cuius circumplexu teguntur cuncta, numen esse credi par est, æternum, immensum. neq̃ genitum, neq̃ interiturum
vnq̃. Huius extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ coniectura mentis. sacer est, æternus, immensus. totus
in toto, immo vero ipse totum, infinitus, ac finito similis, omnium rerum certus, & similis incerto, extra, intra cuncta comple/
xus in se. idemq̃ rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura, furor est mensuram eius animo quosdam agitasse: atq̃ prodere
ausos, &c. Hactenus ille. Recte igitur Vergilius dicit sapientem habere instar mundi. Quia sicut mundus vndiq̃ sui plenus est
& solidus vsq̃ adeo vt plerique philosophi omnia vnum esse dixerint. Et sicut extra mundum nihil esse constat, ita virtus, & sa
piens quicquid desideret (nihil enim in hac mortalitate citra virtutem, & bonam doctrinam quærit) in se habet. Vnde nota est
Biantis sententia. Sapientem omnia sua secum ferre. Stoici quoq̃ dicunt. In quo virtus est. ei nihil deesse solumq̃ sapientẽ esse
diuitem, quibus sic Cicero confirmat, Quãobrẽ vt improbo stulto: & inerti nemini bene esse potest, sic bonus vir, & sapiens, &
fortis miser esse nemo potest, Nec vero cuius virtus, moresque laudandi sunt, non laudanda vita est. Neque porro fugienda
vita est, quæ laudanda est. Esset autem fugienda, si esset misera. quãobrẽ quicqd est laudabile, idẽ & beatũ, & florens, & expe/
tendũ videri debet. secundũ paradoxũ sic fundatur. Contentum esse suis rebus, maximæ sunt, & certissimæ diuitiæ. sed solũ
sapientẽ constat esse suis rebus contentũ. ergo soli sapienti maximæ sunt diuitiæ. maior est Ciceronis in paradoxis, minor est
poetæ nostri, qui dicit, Sapientẽ esse teretẽ, atq̃ rotundũ. De sapiente idẽ sentit Hora. in epistolis vbi inqt. Ad summã sapiens
vno minor est Ioue, diues, liber honoratus. pulcher, rex denique regũ. Instar nomen indeclinabile est significans, vt docet Valla,
hoc complexum & æqparationẽ, vel ad mensurã. Cõstruitur q̃ cũ gtõ: nec pponitur ppositio, ad vt instar montis. i. ad magni
tudinẽ montis. Non ergo dices ad instar montis, vt vetustiores. nec expones instar montis. i. ad similitudinem, vt Seruius ine
ptius. si vallæ suffragandũ est. Verũ hoc loco melius dixeris, instar mundi. i. ad similitudinẽ, & formã mundi. q̃ ad æquipa/
rationẽ, qs enim æquiparet mundũ? & licet Valla dicat: se non audere dicere tabulã depictã esse instar orbis terraz. Vergilius ta
men dicit sapientẽ habere instar mundi. Videtur autem esse quasi in statũ, & figurã. vnde instauro, quod est in statum priorẽ
reddo. In aũt hoc modo cũ accusatiuo constructũ significat ad similitudinẽ: vt in sexto. Euboicæ latus ingens rupis in antrũ. i.
in similitudinẽ antri. Teres, atq̃ rotundus. Teres dicitur longus, & rotundus, qualis interdũ hasta. rotũda figura est orbicula
ris, & sphærica, qualis pilæ, qua ludimus. Est ergo vir fortis vndiq̃ plenus habens oẽs dimẽsiones solidas: qui enim rotũdus
est illi, nil deest, nec ab ante, nec a retro, nec a dextra, nec a sinistra. Quod vero teretẽ habet formã, illi nihil deest iter sursum, &
deorsum, oblongũ enim est. Ideo aũt teres, atq̃ rotundus est. Externæ, ne qđ labis p leuia sidat. Res externa est extrinsecus
adueniens. Labes dicitur vitiũ, quod in deteriorem conditionẽ nos cogit dilabi. Honestius aũt sermo est quoties adiectiuum
partitionẽ sonat, ponatur potius in neutro genere, & substantiuũ in genitiuo q̃ ambo in eodẽ casu, vt libentius dixero aliqd vi/
ni, q̃ aliquod vinũ. sic hic ne quid externæ labis q̃ ne qua externa labes: Leuia vt iã dixi polita sunt, & nõ aspera. qualia omnia
molliter tangi possunt. vt leuis facies, quã barba non vestit. Si ergo sapiens habet instar mundi, necesse est vt sit leuis. Quia,
vt docet Philosophus si vltimi mobilis cõuexũ, sit rugosum. asperũ, aut angulosum. necesse esset, vt extra ipsum esset locus, in
quẽ sese reciperent anguli extantes, dũ ipsum moueretur, quod maxime inficias it. Si vero leuis sit, hoc est nihil extãtis habẽa
tamẽ non satis est, ne quid per leuia sidat. quoniã possit esse rimosus, aut fistulosus. atq̃ ita fatiscens rimis externã labem acci
pere. Quocirca dicetur Paulo post sit solidũ quodcunq̃ subest, &c. Sidat. Sidere pprie est descendere ad capiendã sedẽ, & in ea
requiẽ, vnde aues dũ repositoriũ captant, sidere dicuntur: vnde in. vj. æneı. Gemma super arbore sidunt. Itẽ pfugi in q̃s ter/
ras migrant, considere dicuntur. vt. j. æneı. Vultis, & his mecũ pariter considere regnis. Præterea feces, & limus sidere, siue
subsidere dicuntur, dum ad ima descendunt: fundoq̃ incubant, Proprie ergo, & affectate, & omnia dicta, dum labem sidere
testatur, quasi admoneat tametsi sordes leniter subsidant, difficulter tamen expugnari posset. Habet, vt monet Vallen. hoc ver
bũ in præterito, sedi sicut sedeo, tametsi creditũ est carere præterito. Hæc aũt omnia, quæ maro de viro bono, & sapiẽte dicit.
Horatius in sermonibus habet, vbi inquit sic. Quisnã igitur liber? sapiẽs sibi, qui imperiosus. Quẽ neq̃ pauperies, neq̃ mors
neq̃ vincula terrent. Responsare cupidinibus, contẽnere honores Fortis, & in seipso totus teres. atq̃ rotundus. Externi ne
quid valeat per læue morari. In quẽ manca ruit semper fortuna, &c. Ille diẽ: quia virum bonum ociosum esse non decet. Vir/
tutis enim (inquit Cicero in offici.) Laus in actione consistit. Nec dicũ sapientẽ versari in pecunia cumulanda, quã (vt inqt Sa
lustius.) Nemo vnq̃ sapiens desiderabit. Et de qua Cicero. Nihil (inquit) est taz angusti, animi, tamq̃ parui q̃ amare diuitias.
Idcirco optimus poeta ostendit munus viri boni & sapientis, dicens. Ille diẽ, &c. Simili modo Hora. sermonẽ, & studium viri
boni describit in Satyris dicens. Sermo oritur non de domibus, villisue alienis, Nũ male, necne lepos saltet, sed quod magis
ad nos pertinet, & nescire malũ est, agitamus. Vtrũne diuitijs hoies, an sint virtute beati. Quid ve ad amicitias. vsus rectũ ne
trahat nos, & quæ sit natura boni, summumq̃ quid eius, &c, Vergilius autem dicet sapientem oportere astrorum esse peritũ
nec vacat ratione: quoniam si ipsorum ignari fuerimus, possent nos in laqueos illicere. Sapiens autẽ dominabitur astris. Dies
naturalis vigintiquatuor horas complectitur, quibus sol duodecim signa zodiaci circuimit. Initium die. alij ab initio lucis, alij
medio lucis. alij ab initio noctis. alij a medio eius faciunt. Vt enim recitat Macrobius in Saturnalibus. Marcus Varro in. q. li.
rer um humanarum ait. Qui ex media nocte ad proximam mediam noctem nati sunt, vno die nati dicuntur. Item dicit ab oc/
casu ad occasum solis Athenienses diem finire. Babylonios ab ortu ad ortum, Vmbros a meridie ad meridiem. Prima igitur
pars diei more Romano erit statim post mediam noctem. Deinde dicitur gallicinium, quo galli canunt: tum conticinium, quo
omnia tacent, tum diluculum: quando lux primum a tenebris dignoscitur. Deinde aurora, quando aura incipit rubescere. tũ
manente, idest oriente sole mane dicitur, vel a mano: quod significat profluo: & tacite diffudo. vel a manibus: quoniam ab infe
ris sol manat. vel a mano nomine, quod significat bonum, cui contrarium immanis crudelis, & perniciosus dicitur. Consue/
tudinis autem erat, vt matutino tempore salutarent, dicerentq̃ mane, idest bene sit tibi. vnde mansit mane pro tempore il/
lo. Paulo post dicitur, prima lux sole iam lucente. tum dicitur meridies, quasi medius dies: Reliquum temporis occiduum dici
tur, ab occasu solis, qui occidere incipit, Sole iam vicino ad occasum dicitur suprema tempestas. Vnde in. xij. tabulis solis oc/
casus suprema tempestas esto. Oriente autem vespere, seu vespero (nam vtrunq̃ legitur, & hoc vesper in tertia declinatione,
vt hic orto a vespere, & hic vesper in secunda declinatione. vt Geor. j. Denique quid vesper serus vehat, dicitur etiam vesperus.
Item & hesperus) denominatur vespera vespere, a quo flectitur vespernanc. conuiuium, qđ non nisi labente die inibant pasci.
vnde est, Iamq̃ eadem labente die conuiuia quærit. Post vesperam est nox cõcubia, quæ nos ad cubandũ inuitat, Nouissimo
est nox intempesta, quæ nulli agendo tempestiua est. Et hæc de partibus diei, Solet autẽ dupliciter accipi, aliquando generali/
ter pro omni tempestate tam noctis q̃ lucis, neq̃. xxiiij. solũmodo, verum etiam quotuis horarum, & tunc auctoribus omnibus
Seruio. Donato. Nonnio marcello. Laurentio vallensi. Perotto: &c. fœminini duntaxat generis est. vt. v. æneı. Quã nec longa
dies, pietas neq̃ mitigat vlla. Longa dies. i. longũ tẽpus. Sic dicimus. multa dies dat magnã hominibus rerum experientiam.
Quandoq̃ autem accipitur specialiter, vt quando pro die. xxiiij. horarum, aut pro tempore lucis duntaxat sumitur, & tũc fre
quentius est generis masculini. vt latine magis dixeris, die dfico, die crastino. Reperit tamẽ etiã in fœminino. vñ est, postera
cũ primo stellas oriente fugarat, clara dies. In plurali autem numero volunt dũtaxat masculinũ esse, quia tunc semper specia/
liter accipit, vnde signandũ est illud Tibulli, Venit post multas vnis serena dies. Bene ergo hic dr, Quã lõgus in masculino gñe
& est q̃ logus, q̃ tũ lõgus. q̃. n. tripliciter sumit. Aliqñ p q̃tũ, & id semp cũ positiuo, qđ fit qñ significamus nos admirari vt q̃ bonus
dei boni, Plato fuit, aut dubitare, vt nescio q̃ bonus fuerit. aut interrogare, vt q̃ bonus fuit Plato. aut sciscitari, vt videro q̃ bo/
nus fuerit. Itẽ qñ æqparamus, vt tã doctus fuit Aristoteles. q̃ Alexã. potẽs. Scđo accipit, sed raro p q̃to, vt q̃ magis illa fremẽs,

Vir bonus qui

Instar cũ qbus construatur

Sidere quid sit

Quam quo sumatur

tanto magis efferã flammis, q̃ magis .i. q̃to magis. Tertio accipitur pro valde, & id vbi assertiue sine figura loquimur, habetq; semper superlatiuum. vt Plato fuit q̃ optimus .i. valde bonus. Caue dixeris in exponendo, valde optimus. nã valde, sane, per, perq̃ oppido, apprime, in primis, inter primos, præter cæteros, præ alijs, multum, parum, modicum, minimum, & alia omnia quæ superlationem connotãt: positiuo, non superlatiuo quadrant, vt per bonus, non peroptimus. Sapiens ergo vir cogitat diẽ q̃ longus erit sub sydere cancri, idest in solstitio æstiuali, quando longissimus est. Est autem imitatio græca. Cogitat diem q̃ longus erit. græci enim sæpe anteriori verbo dant, qđ sequentis est. vnde Comici. scis me quid velim. pro eo, qđ est scis quid ego velim. & hic cogitat diem, &c. pro eo, qđ est cogitat q̃ longus dies erit. Sub sydere .i. in ipso sydere cancri. Sub enim vtriusq; casus præpositio est. Et vt omnes sciunt, quando motum ad locum connotat accusatiuum, & quando quietem, aut motum in loco sine eius mutatione importat, ablatiuum desiderat. Quod pari modo verum est de tempore, quando enim significat quid vergere, seu tendere, in tempus accusatiuum requirit. vt in Geor. Sub lucem exportant calathis .i. paulo ante lucẽ, hoc est tendẽte tempore ad lucẽ. & .iiij. æneι. Sub noctem cura recursat .i. paulo ante noctẽ. Quando vero notat quid esse, vel fuisse, vel futurum esse in tempore ablatiuũ habet. vt in principio sermonũ Hora. Sub galli cantu cõsultor, vbi ostia pulsat. Et hic sub sydere cancri. hoc est, dũ sol erit in cancro, quo tempore dies longissimus est. quia est solstitium æstiuale. Solstitiũ aute dicitur a solis statu. quod quidẽ dixi verũ quo ad ascensum, & descensum. nõ quo ad circularẽ motũ. In æstiuali enim solstitio eo altitudinis peruenit, quo altius venire nõ põt. & in hyemali quæ bruma dr̃ tantũ descendit: vt nõ sit, quo amplius seruato suo motu descendat. Quantsq; nox tropico se porrigit in capricorno. vide Calderinum. porrigit .i. extendit, cõponitur enim a porro, & rego. tũc enim nox maxime porrigitur. hanc rem sic primo æneι. consequitur. Quid tantum oceano properent se tingere soles. Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet. Cogitat frequentatiuũ est a cogo, quod cõponitur a co, & ago, & est co[illegible]ere in vnũ locum compellere: vt Tityre coge pecus, inde sumitur cogitare, quod est omnes ingenij, intelligentiæq; vires in vnũ cõpellere ad quãuis rem intelligendam. Cogitat ergo vir sapiens. quippe qui externis rebus occupatus non est. Et iusto trutine se examine pensat. Hoc est (meo quidẽ iudicio) Postq̃ astrorum concitationes exceperit, videbit quo ab illis magis trahatur, fortẽq; se illorum violentiæ obijciet ita vt in neutrã partẽ flectat, sed lances ipsius trutinæ æqualiter sese habeant. Trutina est: qua res pensitant, & trutinant, vocaturq; alio noĩe statera. Examen est illud, quo examinat .i. exquiritur rerũ positarum in lancibus põdus. Est etiã fœtus apũ eductacũ, vt Iuuenalis. Examenq; apũ lõga cõsederit vua. Pensat frequentatiuũ est a pendo. Et quia ante pecuniã signatã olim omnis solutio fiebat pẽdendo, pendere accipit pro satisfacere. Quia vero pendẽdo pondus, vt valor rerum discernitur: Pensitare accipit pro æstimare. Vnde trassumit ad significandũ explorare, & de hoĩe inerti dicimus, q̃ nihil pẽs .i. firmi, rati, & explorati habeat. Nunq̃ dhiet, &c. Ostẽdit cãm, quare vir bonus se pensat. simulq; ostẽdit fidelitatẽ trutinæ. Põt enim dari globus auri, aut argenti, qui teres sit, atq; rotundus, & tamẽ externã labe admittat, si intus inanis, & concauus sit: quã rẽ non videndo: non tangendo, sed pẽsitãdo depræhendis. Nõ ergo satis est, vt vir sapiens foris, hoc est in oculis hominũ plenus sit, & contentus suis opibus. Verũ oportet, vt intus quoq; hoc est in iudicio conscientiæ suæ totus plenus: & solidus sit. Pẽsat ergo se. Ne quid hiet .i. ne aliqua fissura, aut rima, seu cõncauitas sit alterius rei capax. Præterea, vt de primo mobili diximus, necesse est nullus sit angulus in viro sapiente, quia si fuerit angulus, hoc est qua vis pars eleuata eminens, atq; extans. necesse est, vt manẽ sit, quia sicut mons non appareret si non esset vallis. sic nec angulorum asperitas, nisi assit pars depressior. dicit ergo. Ne quis angulus perturbet se quibus verbis excludit manitatem externam, sicut superioribus internam. Aequis partibus, vt coeat. alia via idem ostendit. Potest enim fieri, vt aliquod corpus plenum sit. neq; angulosum, sed ex vna parte maius q̃ alia: vt videre est in ouo, & tale facile externum in partem minorem admittit. ideoq; dicit, vt coeat .i. consolidetur æquis .i. æqualibus partibus. Nil vt delĩret amussis. Amussis, vt notat Calderinus: est norma, seu regula, qua fabri in æquandis muris vtuntur. ea enim depræhendunt, an partes coeant, quia si delĩret .i. extra directum tramitem oberret, certũ est al[illegible] muro extare: & asperũ esse. aut partes inæquales esse. delirare. vt Domitius exponit, est extra lirã, id est sulcũ errare. [illegible] delirus, quod senectutis adiectiuũ est, quoniã titubãt, & oberrãt senes. Referturq; ad aĩam tametsi corpis est. Solidũ [illegible] quodcunq; subest. exclusit rimas exclusit angulos exclusit inæqualitatem: exclusit asperitatem: nunc excludit latentem concauitatem dicens [illegible] solidum quodcunq; subest. Solidum dicitur: qđ est stipatum, & vndiq; plenum. & densum. tale autem durum est, ideo corpora dura solida vocamus, eo q̃ nihil raritatis habeant, nihil per poros recipiant, vt solida marmora, solidus adamas, &c. Subesse dicitur subtus esse, sed qđ subtus est. latet, & occultum est. ideoq; transsumitur, vt significet latere, & occultum esse. Enimuero sub eam naturam habet in compositione: vt occultationem importet. Quemadmodum surripio, clam rapio. Sublego clam lego .i. furor, similiter susurror, suppono, subduco. subtraho, &c. Nec inania subtus, &c. Ordo est. Nec ictus .i. violentius ductus seu tractus, vnguiũ, vt faciunt marmorarij, iudicet inania esse subtus digitis palantibus .i. oberrantibus. Icere est ferire, & percutere. vnde dicimus per metaphoram, ab antiqua militia, ictum fœdus .i. percussum, Inde etiam dicitur ictus, tamen qđ significat violentam impulsionem, qua opus est, vt vngues ducens sentiat asperitatem, nam si molliter ducat, posset etiã in aspero non delirare. Palare autem est oberrare, & extra tramitem rectum vagari, quo vocabulo Salustius frequens vtitur. Non ergo leges digitis pallentibus. Non prius in dulcem declinat lumina somnum. sancta profecto sententia etiam paulo digna. Aut animaduerte autem q̃ accurate omnia dicantur. Primum dulcem somnum dicit. Est etenim quies donum deorum. vnde in secũdo æneι. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris, Incipit, & dono diuum gratissima serpit. ideoq; Vergilius quotiens aliquem grauiter somno excussum dixit. malum subsecutum edocuit. Licet ergo dulcis sit somnus. non tamen prius declinat, &c. Semper enim, quæ ad salutem spectant, prima facienda sunt. vnde in quarto æneι. At pius Aeneas q̃q̃ lenire dolentem, Solando cupit. & dictis auertere curas. Multa gemens, multoq; aĩum labefactus amore. Iussa tamen diuum exequitur, classemq; reuisit. Sic in Geor. In primis venerare deos. Quã acceptũ aũt deo sit reputare acta diei ostendit diuinus vates dicẽs. dixi confitebor aduersum me iniustitiã meã domino: & tu remisisti impietatẽ peccati mei, Dicit pterea: declinat, hoc est, deflectit. Negligẽtiæ enim argui deceret, si pfundo somno sopiret, priusq̃ reputauerit acta diei, verũ deus imbecillitati humanæ ignoscere posset, si grauatus somno declinet lumina. Itẽ lumina dicit, q̃ vt primũ tenui cilio tegant, luminis vnde dicunt experta sunt. Addit oĩa acta. Integra enim debet esse cõfessio. Sequit longi diei, quẽ p singulas ptes, quas mõ memorauimus, discurrẽdo lõgũ efficit. Tametsi enim in toto nihil est, qđ nõ in aliqua parte, copiosius tamẽ qđ esse videt, dũ singulas eius partes enumeras. Quocirca (authore Seruio) Iupiter in primo æneι. ad Venerẽ loquẽs de imperio æneæ, ne parũ videret, si triẽnio ipsum regnaturũ diceret diuisit annum dicens. Sublimenq; feres ad sydera cœli. Magnanimũ æneam, &c. Tertia dũ latio regnãtẽ viderit æstas Ternaq; transierint rutulis hyberna subactis. Qui itaq; in dolore sunt, & singulas temporis percipiscunt partes, multo lõgius tempus putant, q̃ qui in delitijs. Reputauerit vero. cumulatissimam diligentiam importat. Putare enim est, vt in vite superflua resecare. Putamus autem inquit donatus. præsentia, & instantia, reputamus præterita. Sicut ergo putator vitium diligenter exquirit, qui es palmes futuris vuis producendis erit vtilis, & quis mutilis, sic vir bonus, & sapiens reputans acta totius diei offensis prauis, dat palmam, & præmia rectis. Similem confessionem profitetur. Hora. in sermonibus. vbi docet resipiscendi viam dicens. Sic teneros animos aliena opprobria sæpe. Absterrent vitijs: ex hoc ego sanus ab illis, Perniciem quæcunq; ferunt mediocribus & quis, Ignoscas vitijs teneor, fortasse & istinc, Largiter abstulerit longa ætas. liber amicus. Consilium proprium, neq; enim cum lectulus, aut me, Porticus excepit desum mihi rectius hoc est, Hoc faciens viuam melius, sic dulcis amicis, Occurram, hoc quidam non belle, nunquid ego illi: Imprudens olim faciam simile? hæc ego mecum, Compressis agito labris, &c. Quo prætergressus. Venerabile verbum, & multa sanctitate fœcundũ, quod tametsi aliquibus forte prolixitate odiosus fiam siccis pedibus transire non possum. Sapiens inquit non solum considerabit, prætergressus metas recti ne sit. Verumetiã animo complectetur, quo prætergressus sit, idest in quantam culpam ceciderit. In qua re satius, ac humanius sentit q̃ ipsi stoici, qui (vt in paradoxis etiam Cicero monstrare contendit) peccata omnia paria esse censent, nihilq; referre, parum ne, an multum transgrediaris, si modo transgressio fuerit. Nam auri nauem euertat gubernator an, paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris iustitia nihil interesse aiunt. Quã rẽ vrbane dãnat Flaccus primo sermonũ dicens Quis paria esse fere placuit peccata laborãt, Cũ ventũ ad verũ est, sensus, moresq; repugnãt. Atq; ipsa vtilitas iusti ppe mater, & æqui, reliqua vide Saty. iij. Vergilius ergo vult nos attendere ad pondus peccatorum non solũ ad peccata. Nam (vt docet in sexto, & noto versu dicitur) qui deliquit grauis grauioribus ille subyeitur pœnis. Quid gestũ in tempore, quid nõ. In tempore. hoc est tẽpestiue, & quo tpe oportuit

quæ res

Sub cũ q̃bus iũgatur

Solstitiũ vñ dcm

Cogito quid sit

Delirare quid sit

Palare quid sit

Somnus quid sit

Putare quid sit

quæ res ad virtutem moralem plurimum facit. Non ergo simpliciter intelliges, quid enim non fit in tempore. Cur isti facto decus affuit, aut ratio illi. Diligenter inquit disquiret opera sua, ne forte benefecisse existimans peccauerit. Itaq; ad philosophiam moralem nos cohortatur. Principium enim recte faciendi est recte sapere. Eorum vero, quæ recte geruntur, quædam sola consuetudine probantur. vt sunt instituta, qualia lætum continuam interdum agere, amicis arridere. & reliqua, quæ temporis loci, personarumq; decorem expetunt. de illis ergo dicit. Cur isti facto decus affuit. Alia vero immutabili ratione obseruantur. qualia sunt iuris præcepta, & apud nos mandata dei. contra quæ ne mortis quidem metu faciendum est, talibus ergo quadrat, aut ratio illi. Cur hæc sententia sedit, quam melius mutare fuit. Diceres forte virum bonum, & sapientem non posse peccare. quia si bonus est, volet bene operari, si sapiens scit, quomodo bene operandum est. Scienti autem, & volenti nunquam deest virtus. nam non effectum, sed affectum deus aspicit. Itaq; non addunt ad scientiam, & voluntatem, potentiam, quia si illa desit, virtus tamen non minus affuerit. Ad hac rem per antipophoram videtur poeta respondere neminem in hac mortalitate omnia scire, sed paulatim per experientiam nunc hoc: nunc illud. Quapropter vir bonus vbi viderit, quod bonum putaret esse contra vitæ decorem. dicat mecum, cur hæc sententia, quam melius mutare fuit, sedit .i. placuit, & firmiter hæsit, vt in. iiij. æneid. Si mihi non animo fixum immotumq; sederet. Est ergo plus sententiam sedere quam placere, tunc enim sedet. quum fixa est, & super ea quiescimus. Miseratus egentem. Cur aliquam, &c. Magni momenti sententia, quam ne nostræ religionis sanctitati contrariam putes, altius exequar. Primumq; poetæ nostri verba ex fine secundi Geor. repetam: vbi inquit. Felix qui potuit rerum cognoscere causas, Atq; metus omnis, & inelucatabile fatum, Subiecit pedibus, strepitumq; acherontis auari. Fortunatus & ille deos, qui nouit agrestes. Panaq; syluanumq; senem, nymphasq; sorores. Illum non populi fasces, non purpura regum, Flexit, & infidos agitans discordia fratres, Aut coniurato descendens dacus ab istro. Non res Romanæ, perituraq; regna, neq; ille, aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti. &c. Quibus superius verbis idem videtur dicere quod hic, virum bonum, & sapientem miseratorem esse non decere. quo nihil remotius a sanctitate nostra abest. Sic enim Iesus Christus nostræ vitæ author, & decus: nos instituit, vt supra omnia misericordes simus. Quin & ipse poeta in durissimo carcere occlusos. dicit, pœnasq; expectare, Aut qui diuitijs soli incubuere repertis, nec partem posuere suis: quæ maxima turba est. Ad hanc obiectionem sic respondet Seruius in illud Geor. Cice. in tusculanarum lib. v. hoc tractat dicens. In quem cadit vna mentis perturbatio, posse in eum omnes cadere, sicut potest omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. Vnde nunc Verg. noluit (inquit) dare rustico misericordiam, ne ei daret etiam cæteras animi passiones, quas nouimus a bonis, & a malis venire rebus. A bonis opinatis duas, vnam præsentis temporis: vt gaudium, vnam futuri, vt spe. A malis similiter duas: vnam præsentis: vt dolorem, & vnam futuri: vt metum. Quas passiones esse animi non dubium est. Vnde & ipse ait in sexto. Hinc metuunt cupiuntq;, dolent: gaudentq;. Salust. et in Catilinæ bello ait omnes homines, qui de rebus dubijs consultant: ab odio, amicitia, ira, atq; misericordia vacuos esse decet. Nam animus haud facile verum prouidet, vbi illa officiunt. Ergo aut secundum tractatum Ciceronis hoc dicit. Aut (quod absolutius est) intelligamus, ideo rusticum paupertatem non dolere, quia eam malum esse non credit, sed munus deorum. Luca. de paupertate. Et munera nondum intellecta deum. Hæc ibi Seruius. Possumus ad confirmationem posterioris opinionis, qua dicit rusticum paupertatem modeste pati: afferre Ofellum horatianum, qui rusticus a suis agris expulsus postquam eos annua pensione a milite redemerat, sic inquit. Sæuiat, atq; nouos moueat fortuna tumultus. Quantum hic imminuet. &c. & concludit. Quo circa viuite fortes. Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus. Sed Verg. nunc de rustico non loquitur. imo de viro sapiente, & bono. Sed ad hanc purgationem huiusmodi ambagibus minime opus est. Non enim poeta vetat virum bonum esse misericordem, sed ne sic misereri, vt dolorem, aut tractæ mentis perturbationem inde sentiat. Quamobrem dixit in illo Geor. Neq; ille, aut doluit miserans inopem, & hic miseratus egentem: Cur aliquem, &c. cuius ordo est, cur miseratus egentem præsensi aliquem dolorem fracta .i. effœminata mente, hoc est, cur sic miseratus, vt inde dolearum? Nam de vera charitate, & humanitate, quam proximos misericorditer suscipimus vir bonus dolere non potest. Dolet autem, si vel propter turpem causam miseratum se sentit, vel propter metum futuræ egestatis: quoniam ipsum sui non eius, cui dat miseret. Vt autem ad grammaticem respiciam dicimus miseror aris. cum accusatiuo, vt. ij. æneid. Nunc lachrymis victus dedit, aut miseratus amantem est vbi significat ut (quod nunc diximus) virum fortem non miserari ex turpi causa. Dicimus etiam misereor eris. cum solo genitiuo inquit Seruius vt in secundo æneid. Miserere animi non digna ferentis. & in quarto, Miserere, domus labentis. Nostri dicunt miserere nobis, quod est ignosce, & da veniam. Dicimus præterea miseret impersonale verbum, quod vtrumq; simul regit & accusatiuum & genitiuum vt in quinto. Et te lapsorum miseret. Dicimus ad hoc miserescit, quod impersonaliter sumptum a miseret impersonali, deducitur, & eosdem casus habet, vt inopis te miserescat mei. Personaliter vero misereor flecti vt, & nonnunquam datiuum regere. vt ij æneid. His lachrymis vitam damus: & miserescimus vltro. Quid volui. quid nolle bonum foret: certum est quod dicat. Foret .i. certum esset, & habet hic præteriti imperfecti significationem, aliquando præsentis. Fore autem semper futuri significationem, gerit, idemq; est quod futurum esse: quo circa nunquam participijs præcipue futuri temporis, sed semper nominibus iungitur, vt non dices, spero te amaturum fore: sed vel amaturum, esse, vel amatorem mei fore. Nec dices, intellexi te iam sanum fore. imo sanum esse. Vtile honesto. cur malus antetuli. Sententia sapiente viro digna. Nam est in paradoxis. Quod honestum sit id solum bonum esse. Multa tamen multis videntur vtilia, quæ honesta non sunt. vt carni inseruire: voluptatibus indulgere per phas & nephas diuitias accumulare. Pulchre ergo dicit, Cur malus antetuli, hoc est prætuli quasi dicat, si bonus essem, bona dumtaxat quærerem. Iucundum autem est, si aduerteris, quod vir bonus se malum dicat. Accipitur autem malum tot modis, quot bonum, contrariorum enim (vt aiunt) eadem est disciplina. Num dicto, aut de, &c. Si legeris quisq; iustum virum describit. Iustitiæ enim præcepta sunt honeste viuere. vnde est vtile honesto, cur malus antetuli, Alteri non nocere: vt hic, Cur quisq; est perstrictus .i. male affectus verbo, aut vultu meo. hoc est truculentia vultus. Item ius suum vnicuiq; tribuere. vnde sequetur, Offensus prauis dat palmam: & præmia rectis. Videtur tamen melius cæteris quadrare, si legerimus quicquam, vt sit sensus, Cur ego perstrinxi hominem quicquam .i. quouis modo, aut dicto, aut vultu. Itaq; omnes partes, quibus peccare posset exquirit. Peccamus enim facto, vt vtile honesto, Cur malus antetuli. verbo & cogitatione. Cogitationis autem tacite iudex est vultus, qua a volendo dicitur pro duobus ergo posterioribus dicitur. Num dicto, aut denique vultu, & cætera. vel refertur ad fortitudinem, vt sit, Cur malus non fortem animum omnibus obieci, sed visus sum perstrictus, arctatus, commotus dicto, hoc est obmurmurando, aut denique sistat enim vultu motum animi prodidit cur me natura magis quam disciplina trahit? vt hoc quoq; verbum, cui equidem palmam tribuendam arbitror, altius exordiar. Sciendum est vulgarem fuisse opinionem, fatorum, astrorumq; violenta necessitate omnia in terris geri. atq; vt quisq; optime natus fuerit, ita eum sanctissimam vitam ducere oportere. Vnde illud Satyricum. Distat enim quæ sydera te excipiant modo primos incipientem edere vagitus: & adhuc a matre rubentem, si fortuna volet fies de consule rhetor. Si volet hæc eadem fies de rhetore consul. Ventidius quid enim: quid Tullius an ne aliud quam, Sidus & occulti miranda potentia fati. Hæc Iuuenalis. Quia igitur multis mortalibus persuasum est, omnia ex necessitate contingere, in cassum se eniti dicebant. quo circa multos excepit ignauia. Contra quem errorem dicit aureus poeta noster. Naturam quidem .i. nascendi rationem nos trahere, sed si velimus medicas manus adhibere, atq; bonis præceptionibus acquiescere possumus disciplinam sequi, & naturam comprimere. Sunt enim contra singula vitia certa remedia. Vnde Hora. in epistolis. Laudis amore tumes, sunt certa piacula quæ te, Ter pure lecto poterunt recreare libello. Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator. Nemo adeo ferus est: vt non mitescere possit. Si modo culturæ patientem commodet aurem. Hæc ille. Disciplina dicitur a discipulo. vna enim, eademq; res prout a doctore procedit: doctrina dicitur, qua quia a discipulo suscipitur: disciplina vocatur. Sic dicta & facta per omnia ingrediens. hypermetrum versum fecit: qui quoties fit syllaba abundans apud Vergilium quidem a sequenti vocali abijcitur, vt hic a peri. Et (ne quem lateat) hypermetrum dicimus, in quo syllaba vltima abundat ὑπὲρ enim est super, & μέτρον mensura. Ortoq; a vespere. idest vt primum vesper oritur. de vespere iam diximus. Sunt qui hic, sensum putent ab orto vespere, idest a lucifero, qui idem noctu sæpe vesper dicitur, sed acquiesco priori. Offensus prauis. vtilitatem huiusmodi examinis ostendit esse consumationem pœnitentiæ. Quem enim vere pertæsum est peccati, pœnam sibi statuit, ne recidat. & pro bene gestis modeste gaudet. licitum enim est enim viro christiano quoties deum obsecrare vult, aut desperationis nebulas repellere, de bene actis lætari, & ea recensere. Offensus dicitur is, qui a re, quam offenderit læsus est, & idcirco illi succenso. Offendere enim est citra spem inuenire, vt dum lapidum ingrediens pedibus ignoranter impello. ipsum offendere dicor. & ille item me offendit, hoc est lædit. Ob enim præpositio apta est rebus quæ insperatæ obueniunt. Offensus ergo prauis dat palmam, idest laudem, & gloriam. Nam summis victoribus palma dabetur, non (vt opinatur Plynius) quia semper vireat. id enim lauro. buxo. alijsque pluribus datum est: sed quia lignum eius semper contra pondus renitatur, atque incuruetur, Sic vir fortis contra aduersa: quoties ita factum decet, fortis inuictusq; procedit, eoque acrior. quo res, quam aggreditur, difficilior est.

Sedere quid sit

Pauptas quæ sit

Iustitiæ præcepta quæ

Fatum quid sit

Hypermetri versus qui



ASCEN.

consuleret, q eum in erumnis occiderat, & q hæc prima Herculis adolescentis certatio fuerat, Eius simulachrum virgini proximum est Nigidius hunc leonem tradit a luna iussu Iunonis in terra arcadica, & regione nemeæ educatum, & deinde inexitum Herculi dimissum, quem Hercules iussu Eurysthei claua, quam a Molorcho hospite acceperat: interfecit. Itaqz postea claua pro gladio, pelle leonis pro scuto vsum Herculem fuisse leonem vero a Iunone inter syder a relatum, q ad occasum spectans, supra caput hydræ constitutus, dictus est. & nemæus leo a nemæa sylua inter cleonas, & phliuntem, in qua argiui ob Herculis memoriam nemæa sacra celebrare cō sueuerunt. Sunt autē cleone oppidum in via situm, quæ ex argo corinthum ducit, distatqz ab argo stadijs .cxx. a corintho vero .lxxx. vnde hic cleonæi leonis, & apud Lucanum. Ille cleonæi proiecit terga leonis. Proxima .s. erumna .i. secunda, quæ est proxima a prima, hoc est hercules in secunda erumna, con tundit ferro, & face .i. igni hydram .i. serpentem aquatilem lernæam .i. in lerna lacu versari solitam, quam hercules cum totam regionem deuastaret, primo claua percussit, sed cum amputato vno capite, continuo bina renascerentur, congesta lignorum strue: in cauernis abditā igni exussit, atqz deleuit, vnde Maro noster alibi Quinquaginta atris immanis hyatibus hydra, & Sen. Quid sæua lernæ monstra numerosum malum, Non igne demum vicit, & docuit mori. hoc ideo fictum quidam existimant. quia cum lernæ palus frequēter siccaretur, ac denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit venas terræ incendio posse præcludi, atqz ideo postq̄ exhausit eam ignem adhibuit, & si qua vnda prorumpebat obstruxit: hinc monstro hydræ nomen fabulæ imposuerunt, quoniam hydor aquam significat, Mox .idest paulo post vis tertia, scilicet herculi facta idest violenta, aut vis, idest virtus tertia, perculit (a percello) idest percussit aprum: idest suem syluestrem. erymantheum, idest arcadicum ab erymantheo sylua arcadiæ denominatum; herculea enim aprum miræ magnitudinis arcadicum agrum vastantem occidit, vel vt quidam uolunt viuum cœpit, & detulit Eurystheo. Sene. Solutum qz densis hispidum erymanthi iugis arcadica quærere nemora mœnalium suem. Dictus est hic aper mœnalius a mœnalo arcadiæ monte, quamuis & oppidum sit eiusdem nominis, quod & mœnalia dicit. Et supple hercules tulit, idest abstulit quarto, scilicet loco, aut quarto labore cornua aurea ceruæ aeripedis .i. aerios, hoc est veloces pedes habentia vt per apheresim, aut synæresim eripedis pro aeripidis dictum sit vt æneid. vj. fixerit æripedem ceruam licet, aut erimanthi. Erat enim illic dicit cerua: vt hic ceruus aureis cornibus & pedibus, vt qdam dicunt æreis, vt alij aereis .i. velocissimus, quam vel quæ hercules cursu superauit in mœnalo mōte arcadiæ, & spoliauit. Et pepulit .s. a sedibus suis volucres .i. aues aquaticas, stymphalidas .i. in stymphalo lacu arcadiæ immorantes, dicuntur autem fuisse tantæ magnitudinis, vt solis radios obumbrarent, omnem arcadiam deuastantes. Est aūt stymphalus arcadiæ lacus, ex quo erasinus fluuius erumpit in æginam terram, quondam vero exitum non habebat, vrbs autem vicina stymphalum dicitur pepulit dico discrimine .s. periculo, & labore quinto, & spoliauit amazona .i. reginam amazonum threiciā .i. iuxta thraciam, & scithas regnantem, spoliauit dico baltheo .s. aureo, quem ad eurystheū reportauit, Sene. non vicit illum cœlebis semper tori regina gentis vidua thermodontiæ. Dicitur autem amazon quasi sine mamilla, eo q alteram inurunt, vt alibi sat. s dictum est, spoliauit autem sexto .s. discrimine, aut periculo. ¶ Septima impensa laboris, est sup. in stabulis argeis .i. argiuis, vbi ferocientem taurū interfecit. ¶ Octaua adorea .i. octaua laus bellica. Sic enim interpretatur adorea ab adore, eo q victores adorentur a victis. vnde & festus: adoream laudem dicebant, gloriam, & gloriosum putabant esse, qui farris copia abundabat. Pli. autem gloriam denique ipsam a farris honore adoream appellabant, Ergo octaua adorea .i. laus numeratur, tauro expulso: alij legunt numeratur octauo, vt sit discrimine, aut labore. Et loquitur de tauro atticam regionem deuastante. Sene. Taurumqz centum non leuem populis metum. ¶ Victoria nona, sup. numeratur in quadrigis .i. equis qdrijugalibus diomedis .i. quos humanis carnibus aluerat diomedes bistonius. vnde sipontinus. Præterea Hercules Diomedem thraciæ rege virū, ac sanguinarium hominem. qui equos suos aduenarū carne in tyrida Thraciæ oppido pascebat, occidit, eumqz iumentis suis epulandum apposuit. Seneca, Quid stabulantemorem viri bistonij regis Nā bistonis stagnū & regio Thraciæ a Bistone rege denominatur. ¶ Hiberia .i. hispania dat decimam palmam. Gerione .s. rege hispanorum tricorpore, extincto .i. interempto, cui & boues abstulit: e quibus cacus nonnullos furatus in Italia ab eodem occisus est, vt æneid. vj. late scribitur, dicitur autem tricorpor, qui tribus insulis præfuit. ¶ Mala hesperidum .i. atlantidum puellarum, quæ aurea mala .i. poma habuerunt, distracta .s. per Herculem, occiso peruigili dracone, sup. dant vndecimum triumphum: vnde Lucanus, abstulit arboribus pretium nemorisqz laborem, Alcides, passusqz inopes sine pondere ramos. Pertulit argolico fulgentia poma tyranno .s. Eurystheo. Sunt qui per poma oues intelligant, quia græce mela: & poma, & oues significant, & per draconem pastorem earum custodem. ¶ Cerberus canis triceps triplicem Plutonis potestatem significans apud inferos, est suprema .i. vltima meta extremi laboris. Nam cum perithoua ad inferos detrusus esset, accessit eo cum Theseo, & Cerberum canem tricipitem ad superos traxit, e cuius vrina inter cotes sparsa aconitum natum fingitur. Sunt autem plures alij labores Herculis, vt de antheo, & busiri, acheloo, & caco. sed nos quoqz his contenti sumus.

Mœnalium vbi locorum

Diōedes q fuerit

Cerberus qd notet

Compressit &c. (si mō idē est author) alijs psequitur verbis, quo circa qui a fabulas satis aperuimus, erimus ordine contenti, q talis est. Hercules sup. cōpressit primum leonem nemeæ .s. syluæ virtute .s. sua, verūtamen dicitur adhuc in cunis positus, serpentes fraude Iunonis immissos strangulasse, vñ non dicemus hunc primū laborē fuisse, sed primum narratum, nisi dicamus additum esse virtute ad discretionem eorum, quæ gessit nō virtute: sed diuino auxilio adiutus. non enim vero simile est infantem angues potuisse necare, nisi Iupiter pater auxilio fuisset, hydra anguis: quæ pullulat, quia amputato vno capite, bina renascebantur. Sus .i. aper erymanthius ingens .i. valde magnus euictus est tertius .s. ordine quarto ceruum auratis cornibus .i. habentem cornua aurata. Et deycit stymphalidas .s. volucres arcu horrisono .i. horribiliter sonante, quinto .s. ordine (Prius secundom) corripuit dicens Stymphalidas pepulit volucres, Eandem tamē hic producit, sicut & Martialis dicens, Auripedem sylus ceruam: stymphalidas vndis, abstulit. Item in sexto ceruam cum Martiale posuit, hic & prius ceruum, sed cornua ceruo congruunt, Abstulit .s. Hercules hippolitæ .s. amazonum reginæ victæ .s. a se sua vincula .i. balthea, quibus vinciebatur. Septimus labor egerit vndis stabulum Argei .s. tyranni. Et Hercules domuit, Octauo .s. discrimine aut labore taurum .s. ferocientem, & atticam regionem deuastantes domuit inquit magno luctamine. Tū .i. deinde .s. nono sup. labore, aut luctamine, sup. domuit, equos Diomedis .s. Thracij, qui humanis carnibus ab eo pascebantur, cum rege .s. Diomede perempto .s. a se. Et vicit decimo .s. labore Gerionem .s. regem hispaniarum, cum triplici corpore .i. habentem triplex corpus, & id poetice: aut cum triplici cor .s. cum triplici exercitu ex tribus insulis collecto. Cerberus .i. canis infernalis, abstractus .s. ab inferis, vidit astra noua, idest quæ non prius viderat, cum tamē apud inferos astra testetur in sexto dicens, solemqz suum sua sydera norunt. Vndecimo .s. labore, prius autem dixit vltimo, vnde non obseruat ordinem rei gestæ. Et Hercules victor, tulit postremo .s. labore .i. per postremum laborem, quem vndecimum prius posuit mala .i. poma aurea hesperidum .s. puellarum in hesperia minore degentium.

ASCEN.



Publii Vergilii Maronis de musarum inuentis

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpsicore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, uultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vrania ipsa poli motus scrutatur, & astra.
Signat cuncta manu, loquiturq; Polymnia gestu.
Mentis Apollineæ uis has mouet undiq; musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.
Clio historias inuenit, Melpomene tragœdias.
Thalia comœdias, Euterpe tibias Terpsicore
Psalterium, Erato geometriam, Calliope litteras.
Vrania astrologiam, Polymnia rhetoricam.

ASCEN. Clio gesta canens, &c. Opusculum hoc de musarum inventis inscribitur. Quo circa de musis, quæ collegimus, alias paucis repetam. Musa secundum nonnullos dicitur a μυεῖν, quod est instruere, & in sacris initiare Hesio. in theogonia ait, musas Iouis & Mnemosynes filias in pierio monte ex eadem nouem noctibus genitas, quarum nomina sic ponit. κλειώ τ' εὐτέρπη τε, θάλειά τε μελπομένη τε τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνιά τ' οὐρανίη τε καλλιόπη θ'. idest Clio te euterpe te (sed per collisionem profert pro te euterpe, te euterpe, te autem est apud græcos id, quod que apud nos) thalia te mellepomene te. Terpsicore, te erato te polymnia, te vraniæ, te calliopem. quod sic dices. Et clio, & euterpe, &c. Clio autem dicitur quia cleos gloria est. Et poetæ ex laudibus, quas aliis tribuunt, & sibi: & illis maximam gloriam parant hæc hic dicitur historias inuenisse: vnde ordo est. Clio canens gesta, idest res gestas. reddit tempora transactis scilicet rebus, idest reducit ad memoriam res transactas memorans, quibus temporibus actæ sunt. & paulo post. Clio historias inuenit, Melpomene (vt sequar ordine poetæ) proclamat, idest porro exclamat, boatu tragico, idest quasi tragico vultu, qui tragœdias agunt, existens mœsta: idest præ se ferens maestitiam, quia res mœstas agit Et paulopost, Melpomene tragœdias, supple inuenit, dicitur autem a cantus sua ui se. Nam μέλπομαι & μέλπω, idest Melpome, & melpo dicitur canto, Thalia, scilicet musa comica) quia thalia comœdias supple inuenit) gaudet sermone lasciuo, idest amantibus & parasitis ac seruis nequam apto, dicitur autem ἀπὸ τοῦ θάλλειν, idest a thalun, quod est florere. Per eam enim poetæ diu florent, Euterpe. s. musa vrget, idest inflat, calamos, idest fistulas, & tibias, flatibus dulciloquis: quia euterpe tibias: supp. inuenit. Euterpe vero dicitur a iocunditate. nam euterpos dicitur iocundus, Terpsicore mouet affectus cytharis & imperat. s. affectibus, & auget. s. eos. Terpsicore psalterium, supple inuenit. Et dicitur a delectando, nam terpo significat delecto, & terpome delector, & terpsis delectatio Erato. scilicet musa gerens plectra: idest instrumenta musica, quæ plectuntur, idest feriuntur saltat pede carmine vultu. Erato, supple inuenit geometriam, & dicta volunt ab amore, quem erota vocant græci. Calliope s. musa mandat libris carmina heroica. Calliope supple inuenit literas, dicta autem est a pulchra voce. Vrania, scilicet musa scrutatur motus poli, idest cœli, & astra. s. cœlestia. Vrania, supple inuenit astrologiam vnde a cœlo: nam græce οὐρανος vranos, dicitur nomen accepit. Polymnia, scilicet musa signat, idest indicat cuncta manu, & loquitur gestu, idest per gestum, vnde rhetoricam inuenit, quæ docet cum honesto, & decenti gestu orare, dicta autem est a multa memoria, aut multa laude. Vis mentis apollineæ idest apollinis, idest solis mouet vndique has musas, quia phœbus, scilicet Apollo residens in medio complectitur omnia, scilicet musarum inuenta, & conamina. Est. n. medius planetarum, sed per musas philosophi syrenas intelligunt, quas singulis orbibus, aut sphæris cœlestibus præsidere etiam Plato asserit, vnde mirabilem concentum in cœlis ponit, sed satis, superque hæc a nobis dictum putamus.

Musarum nota vnde dicta

De cantu

De cantu syrenarum.

Syrenes uarios cantus Acheloia proles.
Et solito mistos ore ciere modos.
Illarum uoces, illarum musa mouebat.
Omnia q̄ Thimele carmina dulcis hēt.
Quod tuba, quod litui, qd' cornua rauca sonentum.
Quodq; foraminibus tibia mille sonat.
Quodq; leues calami, quod suauis cantat Aedon.
Quod lyra, qd' cytharæ, quod moribundus olor.
Illectos nautas dulci modulamine uocis.
Mergebant auidæ fluctibus Ionius.
Sanguine Sisyphio generatus magnus Vlysses.
Hac tutos solida præstitit arte suos.
Illeuit cera sociorum callidus aures.
Atq; suas uinclis præbuit ipse manus.
Transiluit scopulos & inhospita littora classis.
Illæ præcipites dissiluere freto.
Sic blandas uocis notulas, ac carmina uicit.
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

Eiusdem de die festo.

Lætus in offenso radiabat lumine Titan.
Lætificusq; dies erat oībus æthere puro.
Vosq; simul iuuenes ais, & uoce fauentēs
Cōcelebrate diem uotis felicibus almum.
Prosp ut is semp redeat, natiq; quotannis
Asmenidæ referant alacres sua mantua uati.

De fortuna.

Fortuna omnipotens insipientibus.
Tantum iuris atrox quæ tibi uendicas.
Euertensq; bonos, eligis improbos.
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa uiros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitiis beat.
Hæc aufert iuuenes & retinet senes.
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit transit ad impios.
Nec discrimen habet, rectaq; iudicat.
Inconstans, fragilis, perfida lubrica.
Nec quos clarificat perpetuo fouet.
Nec quos deseruit perpetuo premit.

De Orpheo.

Threicius quondam uates
Fide creditur canora
Mouisse sensus trium fratrum.
Atq; amnes tenuisse uagos.
Et surda cantu concitasse saxa.
Suaui sono testudinis.
Arbores secutæ umbram ferunt præbuisse uati.
Sed placidis hominum dictis
Fera corda mitigauit.
Doctaq; uitam uoce temperauit.
Iustitiam docuit, cœtu quoq; congregauit uno,
Moresq; agrestes expoliuit Orpheus.

ASCEn. Syrenes. Quæ reliqua sunt Vergiliana opuscula tā facilia sunt, vt explanationis nō egeant. ne tñ nihil dicā, interīī vocabula explanabo. Syrenes solis ex Acheloo amne filiæ, tres legunt, parthenope, a quo Neapolis olī dicta erat leucosia, & lygia dictæ ab eo qd' est, σειρὰν pnectere, & retinere: mutata aspiratione i. s. fuerūt ingl Ser. in parte vgines, in pte volucres, Acheloi & Calliopes musæ filiæ, har vna voce, altera tibijs: alia lyra canebat, & iuxta pelorū post in capreis insula habitarūt, quæ illectos suo cātu in naufragiū deducebāt. Scōm veritatem meretrices fuerūt, quæ transeūtes qm deducebat ad egestatē: ibi fictæ sunt inferre naufragia, has Vlyxes pténēdo deduxit ad morte, hæc ille. Obstruxit enī socioꝝ aures, & se alligari ad malū pcepit, donec eos ptrāsierat. Carminis earum pncipiū est apud Cice. O decus Argolicū qn puppim flectis Vlysse. Miseros modos, cātus ad miseriam deducētes. Legendū tñ putem miros. Thymelæ dr̄ pulpitū. & cena. vnde fictū est nomē vxoris mimi cuiusdā latini noīe apud Iuuena. saty. j. Litui sunt tubæ clarisonæ, Aedo musici nomē, Moribundus olor, Mar. Cantator cignus funeris ipse sui sanguine sisyphio. hoc illi apud Ouid. improperatur, nā Sisyphus eius matrem cum ad laerte duceret stuprasse dr̄, & Vlyssem genuisse, Illeuit i. obstruxit, Callidus. s. Vlysses nō circe. Præbuit manus vinculis, qr se ligāri fecit: ne captus dulcedine cantus eas sequeretur.

ASCEn. Clarus in offenso. Festiuā lucē patriæ suæ carmine celebrat. In offenso. i. nō offenso. Titā sol lætificus, lætos faciēs dies, & voce, aibi. ais, linguisq; fauete, quotānis, singulis annis sua mātua, alij mœnia: alij munera legūt, vtcūq; certū est corruptū eē.

ASCEn. Fortuna omnipotens. hoc quoq; carmen mutilū inuenimus, pōt tamen sic perfici. Fortuna omnipotens insipientibus: qr vt dicit Iuuen i. Nullū numen habes, si sit prudētia sed te, Nos facimus fortuna deam, cœloq; locamus. Genus carminis est lyricum asclepiadeum constans spondeo & dactylo, & cæsura: hoc est syllaba abundante, & duobus dactylis.

ASCEn. Threicius quondam vates. Fabula Orphei in. iiij. georg. explicata est fatis late, hanc aūt interptatur, Hora. sic, Syluestres hoies sacer, iterpresq; deoꝝ. Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tygres, rabidosq; leones.

De seipso, aut alius eius nomine.

Mellifluū quisquis romanū nescit Homerū
Me legat, & lectum credat utrūq; sibi.
Illius immensos miratur Græcia campos.
At minor est nobis, sed bene cultus ager.
Non miles, pastor, curuus non desit arator.
Hæc Grais constant singula, trina mihi.

ASCEn. Mellifluū quisq;. Aut de se loqtur poeta, aut qs alius noīe poetæ, vr̄ aūt phrasis esse Ouidiana, Cōparat aūt se Homero, cæterisq; græcis, atq; id cū sui platione qd' Vergilianæ modestiæ nō q̄drat vti in culice. Vtq; araneoli tenuē formauimus orsum. Minor ager. i. libroꝝ copia. Nō miles, vt Aeneas pastor, vt nō Buc. in arator curuus, vt in Geor. desit. i. defecit mihi. hæc grays ɔstant singula. Miles Homero in Iliade. Pastor Theocrito, & arator Hesiodo.

P. Verg. Maronis de speculo.

Redditur effigies, liquidaq; tuētis ī unda.
Qualis i aduerso speculorū cernit̄ orbe
Formā pura refert oculis spectātib⁹ unda.
Quales obiecti speculi fulgore uidentur.
Fōtis aq̄ referūt simulachra imitātia uerū.
Qualis leue refert speculi cum cernimus æquor.
Exprimit, oppositas immobilis unda figuras.
Leuan quales speculi nitor ipse remittit.
Apparet mendax in limi fonte figura.
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.
Vnda quieta refert alto de gurgite formas.
Ac ueluti speculum nitido splendore coruscans
Spectantis faciem mundissimus assimulat fons.
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.
Forma repercussus liquidarum fingit aquarum.
Qualis purifico speculi tum ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis, simplex generatur imago.
Vt solet e speculo facies splendente referri.
Effigies liquido respondet ab æquore fontis.
Qualis & a speculo simulatrix unda resultat.
Effingit species purissimus ardor aquarum
Palma uelut speculi uiuas imitantia formas.
Fonte repulsatur depicta uentis imago.
Ceu leui in speculo solet apparere figura.

Spectātis

Redditur

ASCEn. Redditur effigies. Eandem rem vario modo cõsequitur, atq; exprimit, quo & ingenij sui vbertatem, & in versibus effingendis experientiam demonstrat. Sũma aũt hæc est, ita in aquis reddi effigiem: vt in speculo. Fontis aquæ ordo est, Aquæ fontis referunt simulachra, idest effigies, imitantia. i. quæ imitantur, & representant, verum rem, cuius sunt, qualia. s. simulachra, refert. i. representat æquor leue. i. spacium planum, & non asperum speculi. Forma repercussus. i. reuerberationis. Ab æquore. i. æqualitate, & planicie fontis. s. tranquilli, Purissimus ardor. i. splendor aquæ. Binis vbiq; versibus sniam concludit. Tuentis. i. inspicientis imago.

Mira Verg. uersus experientia de glacie.

Qua ratis egit iter iuncto boue plaustra trahuntur.
Postq̃ tristis hyems frigore iunxit aquas.
Sustinet unda rotam patulæ modo peruia puppi.
Vt concreta gelu marmoris instar habet.
Quas modo plaustra premũt undas, ratis ante secabat.
Postq̃ brumali diriguere gelu.
Vnda rotam patitur, celerem nunc passa carinam.
In glaciem solidam uersus ut amnis abit.
Quæ solita est ferre unda rates, fit peruia plaustris.
Vt stetit in glaciem marmore uersa nouo.
Semita fit plaustro, qua puppis uecta cucurrit.
Postq̃ frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita signat iter, modo qua citus alueus exit.
Strinxit aquas tenuis ut glacialis hyems.
Amnis iter plaustro dat, qui dedit ante carinæ.
Duruit, ut uentis unda sit apta rotis.
Plaustra boues ducunt qua remis acta carina est.
Postq̃ diriguit crassus in amne liquor.
Vnda capax ratium plaustris iter algida præbet.
Frigoribus sæuis ut stetit amnis iners.
Plaustra uiam carpunt qua puppes ire solebant.
Frigidus ut boreas obstupefecit aquas.

Vt

ASCEn. Qua ratis egit iter. Eadem facilitate, eodẽq; artificio constrictionem aquarum in glaciem, vt rotis curuum iter pbeant describit, vnde cum pedibus semper concludens. Est enim carmen elegiacum hexametro, & pentametro constans. Qua ratis. i. nauis. Modo. i. pauloante, pertransibilis. Instar. i. formam & statum, seu duriciem marmoris. Diriguere. i. ꝯgelatæ sunt, & in glaciem concretæ. Nouo marmore. i. specie marmoris. s. cristallini. Qua puppis vecta. Sunt qui legant auecta, sed ae breuem primam producit. Bruma: idest tempestas breuissima. hoc est hyems accipiendo tempus pro qualitate eius. Coegit. i. coagulauit, condensauit, constrinxit, seu congelauit. Orbita. i. circumferentia rotæ, signat iter, qua alueus citus. i. fluctum rapidum, exit pro exijt, modo. i. pauloante. Vt idest postq̃ hyems glacialis strinxit aquas tenuis. i. fluxibiles: & cito congelari se permittentes. Amnis iter plaustro dat. s. modo. Duruit, vt ventis. i. postq̃ idurata est boreali præsertim frigore. Crassus liquor. i. aqua cõmixta terrestribus, quæ facilius cõgelatur. Vnda capax ratium. i. nauium, sup. paulo ante, algida. i. ꝯgelata, præbet iter plaustris. Iners amnis frigore pigro torpens. Obstupefecit. i. torpore affecit aquas. Est autem noue, & artificiose dictum, vnde Flaccus, dixeris egregie notum si callida verbum, reddiderit iunctura nouum. Vt idest postq̃ boreas, frigidus: aut Cum frigus boreas, pro boreæ legendum est.



Mira Ver. experientia de Iri.

Thaumantis proles uarianti ueste figuras.
Multicolor picto per nubila deuolat. arcu.
Iris & insigni decorat curuamine coelum
Cum sol ardentes radios in nubila iecit.
Cumque colorifico nymbos fulgore repleuit.
Apparet uarii radiis distincta coloris

Iris

Clara

Clara sub æthereis fulgens Thaumantia proles,
Nubibus ut radiis pluuiam sol attigit hymbrem,
Et picturato cœlum uelamine cingit.
Discolor æthereis appaet nubibus Iris.
Postq flammifero rapuerunt lumina solis,
Et cœlum uariis mitanda coloribus ornat.
Vmbriferas nubes radiis ubi contingeret sol,
Luce sub aduersa uarios facit unda colores,
Dicitur hæc Iris picto spectantibus atq.
Dum nubes radiis fulgentibus attigit atras.
Phœbus & aduerso lumen resplenduit hymbri.
Tunc iacet insignes per nubila densa colores.
Mirifico nubes ambit Thaum inte creata.
Quis cum ex aduerso tetigit loca aurgida solis,
Tunc Iris uario circundat nubila cinctu.

Nuntia Iunonis uario decorata colore.
Aethera nubificum complectitur orbe decoro.
Cum phœbus radios in nubem iecit aquosam.
Nubila cum Phœbus perfundit numine claro.
Tunc fit ut humor aquæ suffulgeat, atq colores
Sub uaria specie iaciat miral iris arcus.
Tum radiis hymbres, & aquarum pendulus hūor.
Frangitur, existit, quam Græcia nominat Iris
Multorum insignis uario splendore colorum.
Iris habet uarios subiecta luce colores.
Quam sol hymbrifera fulgens de luce creauit.
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris.
Luce repentina tum sol impleuit aquosus.
Aduersas nubes effulget protinus Iris
Picta ueste decens, & multi coloribus alis.

ASCEN.

Nuncia

THaumantis proles, Similr modo arcum cœlestem. i. irim describit, quæ thaumantis filia dicitur. Vnde Tortelius Thaumantias voca ... tris ab thauma, qđ est miraculum, seu admirabile. Nam sic quoq apud mortales is di/uersorum colorum aspectus visus est, & ideo thaumantis. i. miraculi filia dicta est, vnde thaumantis deriuatus est Verg. æneid. ix. Ad quem sic roseo tl. aumantias ore locuta est. ha cille. Verum hoc verbi in a genitiuo græco thaumatos, quasi a nominatiuo thauma, non fieret patronymicum thaumantias, vnde videntur poetæ finxis/se viri nomen thaumas thaumantis, nullum enim græcum exit in ns, sed multa in as recipiunt n in obliquis: ve (?) gigas gigantis. calchas calchantis. Thaumantis igitur proles, idest iris insigni curuamine, idest arcu varijs colorib. ue insigni eo. aduerso lumen resplenduit hymbri. Semper enim ex aduerso solis nascitur iris, vnde idem Maro, Mille trahit varios ad/uerso sole colores. Nuncia Iunonis, vnde alibi Irim de cœlo misit saturnia Iuno. Est enim Iuno dea aeris: in quo iris apparet, & qui coloribus causa est, vnde & patio tutelæ Iunonis ascribitur, quia varietas colorum eius aeri obnoxia est, sed iris etiam a Ioue missa legitur. humor pendulus, periphrasis nubis. Quam græcia nominat iris alij legunt irim, & id quidem magis ele/ganter, in agi qz latine, cum superius magis grammatice dicatur. Quam sol hymbrifera fulgens de luce creauit de hymbrife/ra luce, aut fulgens, aut vtrūq dicamus, Sol aquosus. i. aquis interimedijs obtenebratus Picta veste decens & multi coloribus alis. Nim. un festiuc, atq lepide dictum principio correspondens, varianti veste figuras. Multicolor, &c.



De quattuor temporibus anni.
Erq nouum stabat cinctum florente co/rona.
Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.
Stabat & autumnus calcans corbibus uuas.
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.
Vere sinum tellus aperit, flores p ministrat.
Tempore solis ager messs fert pinguis opimas.
Fœcundus autumne lacus de uitibus imples.
Vis hyemis glacie currentis alligat undas.

Frigoribus pulsis nitidum uer æthera mulcet,
Scindit agros æstus phœbeis ignibus ardens.
Autumno dat hyems mixtum uicina teporem.
Albentes hæc durat aquas & flumina nectit.
Ver pingit uario gemmantia prata colore.
Ignea uestit agros culmis cerealibus æstas.
Vitibus autumnus turgentes detrahit uuas.
Frigidus hyberno grauidus niue, nubilus æther
Vere uenus gaudet florentibus aurea sertis.
Flaua ceres æstatis habet sua tempora regna.
Vinifero autumno summa est tibi Bacche potestas,
Imperium sæuis hyberno tempore uentis.
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas
Frugiferas agris fert æstas torrida messes
Pomifer autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hibernis albescit operta pruinis.
Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
Et riget æstiuis hyrsutus campus aristis.
Labra per autumnum musto spumantia feruent.
Et ponunt frondes hyemali frigore syluæ,
Ver placidum uario nectit de flore coronam.
Spicea serta gerit calidissima solibus æstas.

Temporaq; autumnus cingit tua bacche racemis,
Tristis hyems montes niueo uelamine uestit.
Ver agrum nitidum gemmis stellantibus ornat.
Et feruens æstas pinguissima frugibus arua.
Mox autumnali redolet uindemia foetu.
Fronde nemus male nudat hyems, amnesq; rigescunt
Purpureos flores humus effert uere comantes.
Et certis donis horrescunt arua per æstum,
Bacche tuo tempus fluit, autumniq; liquore.
Obtegitur tellus per frigora uesta niuali.
Vere tepet picto zephyris spirantibus aer.
Decrescunt celeres æstiuis ignibus amnes.
Temperies autumne fluit tua nectare dulci.
Perque hyemem lentus cœlo niuis aduolat imber.
Veris honos tepidi floret, uere omnia rident.
Arua sub æstiuis nudant torrentia labris.
Vite coronatas autumnus degrauat ulmos.
Decutit ipse rigor syluis hyemalis honorem.
Flore solum uario depingit odoriferum uer.
Falciferamq; deam messes memorantur in æstu.
Dat musto grauidas autumnus pomifer uuas.
Scythonia glacialis hyems niue cana senescit.

Temporaq;

ASCEN. Lerq; nouum. Eãdem experientiã suam docet in tẽporibus anni describẽdis, quæ vt quattuor sunt, quaternis canit versibus, singula quidem singulis. videtur aũt abũdareq; in principio cũ dicit, verq; nouũ stabat, vnde sunt, qui scripturam asserãt. Ver nudũ stabat, sicut Plautus, mustã .i. recentem virginẽ dixit. Florẽte corona .i. ex floribus facta, vnde sunt plebei versiculi. Ver præbet flores æstas pro vomere fruges. Poma dat autũnus frigore torquet hyems. Nuda æstas, quia nudos facit vt in Geor. Nudus ara, sere nudus. Serta spicea .i. ex spicis, propter serta verna, quæ ex floribus sunt. Calcatis corbibus .i. corbibus vuis, sunt qui sordibus legãt, sed minus diligẽter. Canos capillos pruinæ. Sinũ aperit. vt in Geor. Vere nouo gelidus canis cũ montibus humor Liquitur, & putris Zephyro se gleba resoluit. Opimas messis .i. frugis accusatiuus est: sicut currentis, cum dicitur currentis alligat vndas. Phœbeis ignibus .i. solaribus. Teporẽ mixtũ, quia est autũnus inter æstatẽ, & hyemẽ vtriusq; particeps. Albẽtes .s. niue, gelu. & pruina. oĩa enim, quæ a frigore producunt, albescũt, quæ a caumate nigrescũt. nectit flumina .i. constringit gelu. Prata gẽmantia .i. flor nodis exuberãtia. Vuas turgẽtes .s. vino. Aethere, est sup. frigidus hiberno .s. tpe, & grauidus niue, & nubilus cinctus. Venus aurea .i. pulchra. Sua tẽpore. Ordo est ceres flaua habet sua regna tẽpore æstatis. Imperium, subaudi est. Mox humus .i. terra albescit hibernis pruinis. Cãpus hirsutus, propter spicas hirsutas .i. asperas: & barbaras. Labra per autũnũ. Labra sunt vasa magna, quibus vinum effunditur, vel labra torculariũ. Tẽporaq; autũno. Ordo est. O bacche, autũnus cingit tua tpa .i. coronã capitis tui, racemis. Gemmis stellãtibus .i. floribus rutilãntibus. Autũnali foetu .i. vino. Male .i. cũ malo & dãno, quia tunc nudatur arbores, quæ deberent vestiri. Comati .i. comas hoc est frõdes, & flores producẽti. Bacche. Ordo est O Bacche, tpus fluit liquore tuo, & autũni .i. vino. Vbi apte coniunctio diuersos casus copulat. vere oĩa rident, vnde in Buco. Nunc rident syluæ, nunc formosissimus annus. Decutit. Ordo est: rigor hyemalis decutit honorem syluis .i. frondes: & flores. Scythonia. Ordo est. hyemis glacialis senescit .i. senij indicium præ se fert: existens cana niue scythonia .i. Thracia, quia iuxta Thraciam: & Scythiam perpetuæ sunt niues.



P.V.Maronis de ortu solis.

Aurora oceanum croceo uelamine fulgens
Liquerat, & biiugis uecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfundit candidus orbis.
Et clarum emicuit sole oriente iubar.
Rosida puniceo palantias exit amictu.
Astrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis.
Extulit oceano caput aureus igniferum sol.
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere deo tenebræ, rebusq; colores.
Lux iterum cunctis reddidit alma suis.
Tithoni coniunx roseo sub lumine iubar
Inficit, & cœlum luthea sydereum
Tum sol igniferos curtus e gurgite magno
Sustulit, & claris astra fugauit equis.
Nox abit astrifero uelamine, cincta micanti,
Et retegit stellas, exoriturq; dies.
Emicat oceano Phœbi rota clara relicto.
Illustrata nitent lumine cuncta suo.
Aurea fulgebat roseis aurora capillis
Et matutino rore madebat humus.
Tethyos undiuago cum prosilit æquore Titan
Flammiferos uultus ore micante ferens.

Exoritur

Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti.
Et maria, & terras, stelliferumq; polum.
Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis.
Et nox sydereas occulit astra faces.
Sol oriens, cursusq; suos e gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem.
Flammiferumq; iubar, terræq;, poloq; reduxit.
Et pepulit radiis astra repente suis.
Memnonis ut genitrix infecerat humida cœlum.
Et roseis manibus sydera dispulerat.
Phœbus Athlanteis e fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum: luxq;, diesq; redit.

Prævia flammiferi cursus aurora rubebat.
Extuleratq; alto gurgite Phœbus equos.
Noctiuagosq; simul radiis uagantibus ignes
Depulerat cœlo, reddideratq; dies.
Vix aurora suo rubefecerat æthera curru.
Summaq; canebat roribus herba nouis.
Prosilit e mediis candens rota Tethyos undis.
Et uaga cesserunt sydera solis equis.
Surgit ab oceano Tithoni fulgida coniunx.
Et ueste ambrosea subruit ipsa pedes.
Tum Phœbus radiis nitidum fulgentibus orbem
Depulit e tenebris, noxq; peracta fuit.

Prævia

ASCEN.

Aurora, &c. Eandē pictam suam in solis ortu describēdo varijs modis eruditissimus poeta ostendit. velamine croceo .i. luthei coloris. Biiugis eqs, cū sol quadriiugis vehi singat. Candidus orbis .i. globus solaris, cadens, vbi paulo altius, ascenderit, aut vbi in ortu sudum est, vnde addit. Et clarū emicuit sole oriente iubar, qr plurima ipendente iubet orbis solis: Palātis hic pro aurora ponitur. rosida .i. rore perfusa, amictu puniceo .i. roseo. Prodiit ab æquoreis thetyos ortus aqs. Sol ortus ab aqs æquoreis tethyos .i. magnæ maris oceani vxoris. Quā primam, & interdum secūdam noīatim pducit. vt in Geor. Teq; sibi generi uni tethys emarorbus vndis. Thetys aūt mater Achillis aliter scribit, & vtraq; corripit. Sane poetæ alludētes opionem vulgi dicūt solem in oceanū occidere, & rursus inde oriri, vt æneid. j. Quid tantū oceano pperent se tīgere soles, Hiberni: &c. Fugerūt, vel quatuz ad apparētiā, qr maius lumē offuscat minus, vel quantum ad opinionem vulgi negantis interdiu sydera in cœlo nostro esse. Rebusq; colores, qr sine luce colores non discernuntur. Ipse alibi Et rebus nox abstulit atra colores. Tithoni coniunx, scilicet aurora. Erat autem Tithonus frater Laomedontis qui senio in cicadam mutatus fingitur, vnde Flaccus in carminibus. Nihil est ab omni parte beatum, abstulit clarum cita mors Achillem. Longa tithonum minuit senectus. De hac re Verg. in æneid. sic Tithoni croceum linquens aurora cubile, &c. Sublimine iubar, si vera est lectio præter morem iubar prima longa posuit. Nam prius dixit, sole oriente iubar. Et alibi. Iam iubare exorto, iam rebus luce repertis. Legi potest phœbum aut solem, aut mundum, aut quid simile. Luthea crocei coloris a lutho coloris genere. Velamine astrifero micanti, distinguenda sunt epitheta. Regit stellas, idest iterum regit Aut reregit, idest aperit terras legendum est. Thetyos vndiuago. Ordo est, cum idest quando, titan, idest sol, prosilit, idest porro exilit, æquore thetyos: idest maris oceani æquis aquis vndiuago: idest vndis vagante, &c. Est ergo legendum vna dictione vndiuago. non vndauago. Crinibus aureis, sineresis quam & alibi sæpe facit. Et nox, scilicet atra, oculi faces sydereas. Cursusq; suos, alij currus legunt, & pro equis intelligunt. Loquitur autem secundum opinionē vulgi, vt iam te igimus. Nam credit vulgus solem in occasu descendere ad mare oceanum vt illic resocilletur. Memnonis vt genitrix, idest aurora. Roseis manibus, idest radijs suis, Athlanteis, idest hesperis, aut mauritaniceis in quibus Athlas olim regnauerat. Et veste ambrosea, idest ambrosei odoris, vt .j. æneid. Ambrosiæq; comæ diuinum vertice odorem. Spirauere, dicitur autem cibus deorum, sicut nectar potus. Tum phœbus, bene cōmiscet epitheta cum substantiuis: scilicet radijs fulgētibus & orbem nitidum. Sed finis nobis faciendus est.

P.V.M. De signis cœlestibus.

Primus adest aries, taurusq; insignibus auro
Cornibus, & fratres, & cancer aquatile signum.
Tum leo terribilis ueniens, atq; innuba uirgo.
Libra subit, caudaq; animal, quod dirigit ictum.
Armatusq; arcu chiron, & corniger hircus.
Fusor aquæ simul, & fulgenti piscis in auro.
Proditor est helles, & proditor europeus.
Et gemini iuuenes, & pressus ab hercule cancer.
Horrendusq; leo sequitur cum uirgine sancta
Libraq; lance pari, & uiolentus acumine caudæ.
Inde sagittiferi facies senis, & capricornus.
Et qui portat aquam puer urniger & duo pisces
Signorum princeps aries, & taurus, & una
Tyndaridæ iuuenes, & feruida brachia cancri.
Herculeusq; leo, nemeæ pauor, almaq; uirgo.
Libra iugo æquali pendens, & scorpius acer.
Centaurusq; senex chiron, & cornua capri.
Et iuuenis gestator aquæ, piscesq; supremi.
Corniger astrorum ductor, taurusq; secundus.
Tum sydus geminum, & cancri repentis imago.
Truxq; leo, & uirgo quæ spicea munera gestat.
Et libram, quam cæsar habet, chælasq; minaces.
Atq; arcu pollens, & salsi gurgitis hircus.
Vrnaq; nymbiferi, piscisq; nouissima forma.
Dux aries, & frons tauri metuenda minacis.

ASCEN.

Primus adest aries. Eadē varietate describit duodecim Zodiaci signa, de quibus in Georg. Per duodena regit mūdum sol aureus astra. Sunt aūt nominibus fere aialium designata, & eorum figuras situ stellarum repsentātia, quorum ingr. Primus adest aries. Hunc aūt quidam arietem voluēre esse illum aureo vellere, in quo phryxus trāsuectus est, qdam eum, quē Bacchus in lybya vidit in harena fontem demōstrantem cum siti cōficeret, quem & Iouem patrē esse putauit, in cuius gratiam tēplum Amonis, idest Iouis arenarij illic extruxit, volens aūt vtrumq; confundere in principio, non dat illi epitheton: postea tamen manifeste loquitur de Helleo: seu Phryxe dicens, Proditor est helles. Item Velleris aurati fulget pecus aurea cœlum, vbi pecus etiam de masculo dicitur, quia de ariete. Taurusq;, idest & taurus cornibus insignibus, idest habens cornua insignia & insignita auro, quæ honesta est locutio, licz Seruius magis grāmatice dictum censeat, taurus insignium cornuum. Hunc quidam cēsent eum, in quem Iupiter versus eurōpam Agenoris filiam auexit, Alij eum quem Hercules domuit. Sed author hic manifeste loquitur de europes vectore dicens, & proditor europeus. Aut & portitor est Europes. Item Europæ quoq; vector. Et fratres, scilicet gemini Pollux & Castor, quorum alter ex Ioue, alter ex Tyndaro natus dicitur. vterq; autem ex Læda. Cum vero Castor diem obierat, rogauit Pollux patrem, vt pro fratre alternis vicibus obiret, quod cōcessit. vnde Aeneidos sexto. Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Idq; reditq; viam toties, &c. Author tamen hic vtrunq; filium Iouis censet vbi dicit: Et proles duplex Iouis. Hoc autem fictum volunt, quod tam latum est geminorum signum, vt dū alter oritur, alter occidat. Et cācer. hūc miræ magnitudinis a Iunone, dum Hercules cum hydra pugnaret, missum dicunt. q hydræ suppetias ferret. Hic pedem Herculis mordiens apphendit cuius vulneris dolore permotus Hercules cancrum interfecit, quem deinde Iuno in cœlum transtulisse dicitur. Et cancer igitur signum aquatile, primo in aquis versari solitum, cū sole existente in cancro torrida sit æstas. Tum leo terribilis veniens, de hoc in erumnis Herculis, dictum est. Atq; virgo innuba, quæ ad nuptias nō peruenit, vt Erygone Icarij filia, de qua

Aries q fit

Cancri fabula

ad illud

ad illud Bucoli. Iam redit & virgo, satis dictum est. Libra, sub/bit, idest subsequitur: inter signa. Et animal quod vrgit ictu cauda, idest scorpius. Et chiron, scilicet sagittarius, iustissimus centaurorum armatus arcu. Et hircus corniger, idest capri/cornus, & fusor aquæ, idest aquarius, simul & piscis in auro fulgenti. Creditor est belles, senis versibus eandem rem pro/sequitur. Creditor est belles: idest aries, qui bellen transuchē dum suscepit, sed non retinuit, vnde et creditor dictus est. Et p/ditor europeus, idest taurus in quem Iupiter versus Euro/peus prodidit, spondaicus est versus, legendus sic: Creditor est belles, & proditor est europes, pro quo mendose legitur et eropeus, sed verior lectio est proditor est belles. Et proditor europeus, quia aries bellen, & taurus europen trāsuexit. Vio/lentus acumine caudæ, scorpius. Tyndaridæ iuuenes, gemi/ni: Almaq; vgo erigone. Chelatq; minaces, quæ brachia scor/pij sunt. Lædæ soboles, gemini, speciesq; virginis q; commu/nis est syllaba sic æneid. iij. Liminaq; laurusq; dei, totusq; mo/ueri. Troianusque puer, aquarius, scilicet Ganymedes trois troianorum regis filius, quem Iupiter forma eius captus ab aquila in cœlum raptum ministrum suū in loco hebes fecit, raptus autem dicitur, cum vrna: qua aquam afferre parabat, alij tamen deucaliona putant propter diluuium sub eo factū, alij cecropem: qui ante vini vsū regnauit: quo tempore aqua in sacrificijs vtebantur. Momentumq; sequens, idest libra amussim, iuuenis vector. aries phryxi. Proles Iouis gemini. Nepa, cancer hoc loco, multi tamen contendunt scorpium ne/pam dici. violenta cuspide sæuus, scorpius in cauda venenū gestans. Seminir centaurus, semiequus chiron sagittarius. Terribilisq; feræ, leonis. Nigrumq; ferens in acumine virus.

Scorpio quid sit

Scorpius, Sane animal scorpius, flagelli species scorpio recte dicitur. Puella virgo. Corniger i ductor gregis aries ouiū Eu/ropæ vector. taurus. Trutinæ, libræ. Iuuencus, taurus. Cau/daq; ferens lætale: idest mortiferum venenum, scorpius, Tū geminus chiron biformis: quia partim homo: partim equus. Germani fratres gemini. Iam comes æstus. quia olim in ags erat. Deucalionis aquæ, nunc sequitur secundam de aquario opinionem. Aequale iugum, scilicet libræ, Neptunia proles, hircus æquoreus. Et pisces: appositione, vltimus ordo. Quod verbum nescio, quo euentu etiam vltimo loco inter opuscula vergiliana posuimus. Nam quæ sequentur fragmenta nō sa/piunt Vergilianam phrasin, præter primum fortassis mono/stichon, cuius simile fecerat distichon. Nocte pluit tota, &c. Se nex: ex his varietatibus patet quanta fuerit poetæ nostro in carminibus faciendis dexteritas: quantaq; ingenij vbertas, qui vnam rem tot modis explicare valuit: atque ita explica/re, vt nescias, quis omnium sit optimus. nam malus nullus est. Quocirca eundem mihi videtur in illorum sententiam, qui poetam nasci aciunt, sic tamen vt (quod Horatius sentit) studium non desuerit, nam huiusmodi varietate vsus vide/tur non tam ad ostentandum, q̄ ad periclitandum ingeniū suum poeta. Sed finem facio.

¶ Iupiter &c. Versiculis, cum sermoq; sunt authoris, non mul/ta eger explanatione. Primus sensum tenet, quem Donatus in vita authoris explicat, cum his. Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane, Diuisum imperium cum Ioue Cæsar ha/bet. Tarpeio quondam, hoc Vergilianum non esse docet Sue/tonius in Cæsarum vitis. Litera rem gestā. Hæc autem phra/sis se Vergilianam negat. Sus iuuenis, &c. sed ne hoc quidem Vergilianam venam sapit. Argumentum autem est. Iuuenis videns fuentem syluestrem ipsum cuspide citus petijt, sed inter inuadendum serpentem pedibus offendit, simulque aprum percussit: & a serpente percussus est, atq; in ipsum cadens, eundem occidit, quocirca tres simul periere. Non puto tamē Vergilianum, sicut nec obscœnum carmen Vergilianum est, vt in facie huius Angeli politiani attestantur eruditissima te/stimonia, nos itaq; bis ptenti exoptatum portu3 itramus.

τέλος.

Et lædæ soboles, & cancri torridus ignis.
Terribilisq; leo, speciesq; uirginis almæ.
Momentumq; sequens, caudaq; timendus adunca.
Hinc tendens arcum, liquidi capri æquoris inde.
Troianusq; puer, geminiq; sub æthere pisces.
Nubigenæ iuuenis uector, taurig; trucis frons.
Et proles duplex Iouis, & nepa torrida flammis.
Aestifer inde leo mixta cum uirgine fulgens.
Quam sequitur libra, & uiolenta cuspide sæuus
Seminir arcupotens, subdit & capricornus aquosus.
Et cui nomen aquæ faciunt, piscesq; gemelli.
Corniger in primis aries, & corniger alter
Taurus item, gemini, sequitur quos cancer adustus.
Terribilisq; feræ species, & iusta puella.
Libra simul, nigrumq; ferens in acumine uirus.
Centaurusq; biformis adest, pelagiq; puella.
Atq; amnem fundens, & pisces sydus aquosum.
Corniger e ductor gregis, europæ quoq; uector.
Et duo tyndaridæ tum cancer sole perustus.
Herculeaq; manu pressus leo. & optima uirgo.
Hinc trutinæ species uenit, armatusq; ueneno
Scorpius, atq; sagittifer, æquoreiq; capri frons.
Quiq; urnam gerit, & pisces duo signa sub uno,
Principium signis ouium sator, inde iuuencus.
Progenie duplex. & aquarum cancer alumnus.
Pressa sub herculeis manibus fera. iustaq; uirgo.
Libra subest caudaq; ferens lætale uenenum.
Tum geminus chiron. & corniger æquoris alti.
Dilectusq; Ioui puer, & duo sydera pisces.
Dux gregis & placidum pendens sup æthera taurus.
Germani e pares. & cancro iam comes æstus.
Atq; leo primus labor Herculis, & pia uirgo.
Libra comes sequitur, minitans, & scorpius ictu.
Et qui tela gerit centaurus. & æquoris hircus.
Deucalionis aquæ, & pisces extrema figura.
Vellens auream fulget pecus aurea cœlo.
Lætus & Amphion, cancriq; figura calentis
Insequitur leo sæuus, & almæ uirginis astrum.
Hinc æquale iugum, caudaq; ueneniferi unca.
Centaurusq; minax arcu, & Neptunia proles.
Quiq; refudit aquas, & pisces, ultimus ordo.

Monosticon Vergilii
Iuppiter in cœlis, Cæsar regit omnia terris.

Distichon.
Tarpeio quondam consedit culmine cornix.
Et bene non potuit dicere, dixit erit

Alind.
Littera rem gestam loquitur, res ipsa medullam
Verbi quam uiuax mens uidet, intus habet.

Morstrium animalium.
Sus, iuuenis, serpens, casu uenere sub uno.
Sus iacet ex ictu, serpens pede. & ille ueneno.

Idem aliter.
Anguis, aper, iuuenis, pereunt ui, uulnere, morsu.
Hic fremit, ille gemit, sybilat hic moriens.

Idem adhuc aliter.
Sus, serpens, iuuenis pariter periere uicissim.
Dente perit iuuenis, serpens pede, porcus ab ictu.

Finis Opusculorum.

Diuersorum

Diuersorum ueterum Poetarum in priapum
Lusus.
Ad lectorem.
Carminis incompti lusus lecture procaces,
Côueniens latio pone supercilium.
Non soror hoc habitat phoebi, non uesta sacello.
Nec quæ de patrio uertice nata dea est.
Sed ruber hortorum custos membrosior æquo.
Qui tectum nullis uestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ.
Aut quibus hanc oculis aspicis, ista lege.
Ad priapum.
Ludens hæc ego teste te priape
Horto carmina digna, non libello,
Scripsi non nimium laboriose.
Nec musas tamen (ut solent poetæ)
Ad non uirgineum locum uocaui.
Nam sensus mihi, corq; defuisset,
Castas pieridum chorum sorores
Auso ducere mentulam ad priapi,
Ergo quicquid id est, quod otiosus
Templi parietibus tui notaui.
In partem accipias bonam rogamus,
Priapus.
Obscure poteram tibi dicere, da mihi, quod tu.
Des licet assidue, nil tamen inde perit.
Da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim.
Cum tenet obsessas inuida barba genas.
Quodq; Ioui dederat, qui raptus ab alite sacra,
Miscet amatori pocula grata suo.
Quod uirgo prima cupido dat nocte marito.
Dum timet alterius uulnus inepta loci.
Simplicius multo est, da pædicare latino
Dicere, quid faciam? crassa minerua mea est,
Ad priapum.
Obscœnas rigido deo tabellas.
Ducens ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage, rogatq; tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.
De priapo,
Quam puero legem fertur dixisse priapus,
Versibus hic infra scripta duobus erit.
Quod meus hortus habet, sumas impune licebit,
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.
Priapus.
Quod sim ligneus, ut uides, priapus,
Et falx lignea, ligneusq; penis.
Prendam te tamen, & tenebo prensam.
Totamq; hanc, sine fraude, quantacunq; est,
Tormento, citharaq; tentiorem,
Ad costam tibi septimam recondam.
Priapus.
Cum loquor una mihi peccatur littera, nam. T.
P. dico semper, blæsaq; lingua mea est
Priapus.
Matronæ procul hinc abite castæ.
Turpe est uos legere impudica uerba,
Non assis faciunt, euntq; recta.
Nimirum sapiunt. uidentq; magnam
Matronæ quoq; mentulam libenter.

Priapus.
Cur obscœna mihi pars sit sine ueste requiris.
Quæro regat nullus cur sua tela deus?
Fulmen habet mundi dominus, tenet illud aperte.
Nec datur æquoreo fuscina tecta deo,
Nec Mauors illum, per quem ualet, occulit ensem.
Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phœbum portare sagittas?
Clam ne solet pharetram ferre Diana suam?
Num tegit Alcides nodosæ robora clauæ?
Sub tunica uirgam num deus ales habet?
Quis Bacchum gracili uestem prætendere thyrso?
Quis te cælata cum face uidit Amor?
Nec mihi sit crimen, quod mentula semper aperta est.
Hoc mihi si telum desit, inermis ero.
Priapus
Insulsissima quid puella rides?
Non me Praxiteles, Scopas ue fecit.
Nec sum phidiaca manu politus,
Sed lignum rude uillicus dolauit.
Et dixit mihi, tu priapus esto.
Spectas me tamen, & subinde rides.
Nimirum tibi salsa res uidetur,
Astans inguinibus columna nostris.
Priapus.
Ne prensere caue. prenso nec fuste nocebo.
Sæua nec incurua uulnera falce dabo.
Traiectus conto sic extendere pedali.
Vt culum rugas non habuisse putes.
Priapus
Quædam iunior Hectoris parente
Cumeæ soror, ut puto, Sibyllæ,
Aequalis tibi, quam domum reuertens.
Theseus repperit in rogo iacentem.
Infirmo solet huc gradu uenire,
Rugosasq; manus ad astra tollens,
Ne desit sibi mentulam rogare.
Hesterna quoq; luce, dum precatur,
Dentem de tribus exscreauit unum,
Tolle inquam procul, ac iube latere
Scissa sub tunica, stollaq; rusa,
Vt semper solet, & timere lucem,
Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naso.
Vt credas Epicuron oscitari.
Priapus.
Præcidere puer moneo, futuere puella.
Barbatum furem tertia pœna mane.
Priapus.

Huc huc. quisquis es, in dei salacis
Diuerti grauere puta sacellum.
Et si nocte fuit puella tecum.
Hac re quod metuas adire non est.
Istuc cœlitibus datur seueris.
Nos uappæ sumus, & pusilla culti
Ruris numina, nos pudore pulso
Stamus sub Ioue coleis apertis.
Ergo quilibet huc licebit intret:
Nigra fornicis oblitus fauilla.
Commisso mihi non satis modestas.

Quicunq; tulerit manus agello.
Is me sentiet esse non spadonem.
Hic inter frutices loco remoto,
Dicat forsitan hoc sibi ipse nemo
Præcisum sciet esse me, sed errat.
Magnis testibus ista res agetur.

Ad priapum.

Qualibus Hippomanes rapuit Schœneida pomis.
Qualibus hesperidum nobilis ortus erat.
Qualia credibile est spatiantem iure paterno
Nausicaam pleno sæpe tulisse sinu.
Quale fuit malum, quod littera pinxit Aconti.
Qua lecta cupido pacta puella uiro est.
Talia cunq; puer dominus florentis agelli
Imposuit mensæ nude Priape tuæ.

Priapus.

Quid mecum tibi circitor moleste?
Ad me quid prohibes uenire furem?
Accedat sine, laxior redibit

Priapus.

Cõmoditas hæc est in nostro maxima pene.
Laxa quod esse mihi fœmina nulla potest.

Ad Priapum.

Hic quando Theletusa circulatrix.
Quæ clunem tunica tegente nulla
Extis aptius, altiusq; motat.
Crissabit tibi fluctuante lumbo?
Sicut non modo te Priape posset,
Priuignum quoq; sed mouere Phædræ,

Priapus.

Fulmina sub Ioue sunt, Neptũni fuscina telum.
Ense potens Mars est, hasta Minerua tua est.
Sutilibus Liber committit prælia thyrsis.
Fertur Apollinea missa saggita manu.
Herculis armata est inuicta dextera claua.
At me terribilem mentula tenta facit.

Ad Priapum.

Copia me perdit, tu suffragare rogatus.
Indicio nec me pro de priape tuo.
Quæq; tibi posuit tanquam uernacula poma,
De sacra nulli dixeris esse uia.

Priapus.

Fœmina si furtum faciet mihi, uirq;, puerq;.
Hæc cunnum, caput hic, præbeat ille nates.

Priapus.

Quicunq; hic uiolam, rosam ue carpet,
Furuum ue olus aut inempta poma.
Defectus puerorq; fœminaq;,
Hac tentigine, quam uidens in me,
Rumpatur precor usq;, mentulaq;
Nequicquam sibi pulset umbilicum.

Priapus

Hic me custodem fœcundi uillicus horti
Mandati curam iussit habere loci.
Fur habeas pœnam, licet indignere, feramq;
Propter olus dicas hoc ego, propter olus.

Priapus.

Hoc sceptrum, quod ab arbore ut recisum est,
Nulla iam poterit uirere fronde.
Sceptrum quod pathicæ petunt puellæ,
Quod quidam cupiunt tenere reges,
Cui dant oscula nobile cinædi,
Intra uiscera furis ibit usq;
Ad pubem capulumq; coleorum.
Porro (nam quis erit modus quirites?)
Aut præcidite seminale membrum,
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ sine fine prurientes,
Vernis passeribus salaciores
Aut rumpar, nec habebitis Priapum.
Ipsi cernitis exfututus ut sim,
Confectusq;, macerq;, pallidusq;.
Qui quondam ruber, & ualens solebam
Fures cædere, quamlibet ualentes.
Defecit latus, & periculosam
Cum tussi miser expuo saliuam.

Ad Priapum

Delitiæ populi magno notissima circo
Quintia uibratas docte mouere nates,
Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
Ponit, & adducta tympana pulsa manu.
Pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat,
Tentaq; ad exemplum sit sua turba dei.

Priapus.

Tu qui non bene cogitas, & ægre
Carpendo tibi temperas ab orto.
Pædicabere fascino pedali.
Quod si tam grauis, & molesta pœna
Non profecerit, altiora tangam.

Ad Priapum.

Obscœnis peream Priape, si non
Vti me pudet, improbisq; uerbis,
Sed cum tu posito deus pudore,
Ostendas mihi coleos patenteis.
Cum cunno mihi mentula est uocanda.

Ad priapum.

Falce minax, & parte tui maiore Priape,
Ad fontem quæso, dic mihi qua sit iter.
Pr. Vade per has uites, quarum si carpseris uuas,
Cur aliter sumas hospes habebis aquam.

Priapus.

Donec proterua nil mei manu carpes.
Licebit ipsa sis pudicior Vesta.
Sin, hæc mei te uentris arma laxabunt.
Exire ut ipsa de tuo queas culo.

Priapus.

Vuis aridior puella passis,
Buxo pallidior, nouaq; cera,
Collatas sibi quæ suisq; membris,
Formicas facit altile uideri.
Cuius uiscera non aperta thuscus
Per pellem poterit uidere auspex,
Quæ succo caret, utq; putris pumex.
Nemo uiderit hanc ut expuentem,
Quam pro sanguine puluerem, scobemq;
In uenis medici putant habere.
Ad me nocte solet uenire, & affert
Pallorem maciemq; larualem.
Ductor ferreus insularis æque

Laternæ

Laternæ uideor fricare cornu.

Priapus.

Naiades antiqui, Driadasq́ habuere priapi,
Et quo tenta dei uena subiret erat.
Nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido.
Vt nymphas omneis interiisse putem.
Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar,
Falce manu posita, fiet amica manus.

Ad priapum.

Cum sacrum fieret deo salaci.
Conducta est pretio puella paruo,
Communis satis omnibus fututa,
Quæ tot nocte uiros peregit una,
Tot uerpas tibi dedicat salignas.

Priapus.

Pædicabere fur semel, sed idem
Si prehensus fueris bis, irrumabo.
Quod si tertia furta molieris.
Vt pœnam patiare, & hanc, & illam,
Pædicaberis, irrumaberisq́.

Priapus.

Notas habemus quisq́ corporis formas.
Phœbus comosus. Hercules lacertosus.
Trahit figuram uirginis tener Bacchus.
Minerua flauo lumine est, Venus peto.
Fronte crinitos Arcades uides faunos.
Habet decenteis nuntius deum plantas.
Tutela Lemni dispares mouet gressus.
Intonsa semper Aesculapio barba est,
Nemo est feroci pectorosior Marte.
Quod siquis inter hæc locus mihi restat,
Deus Priapo mentulatior non est.

Voti solutio.

Cur pictum memori sit in tabella
Membrum quæritis, unde procreamur.
Cum penis mihi forte læsus esset.
Chirurgiq́ manum miser timerem.
Dis me legitimis, nimisq́ magnis,
Vt phœbo putatq́ filioq́ Phœbi,
Curatum dare mentulam uerebar.
Huic dixi fer opem priape parti.
Cuius tu pater ipse par uideris.
Qua salua sine sectione facta,
Ponetur tibi picta, quam leuaris,
Parq́, consimilisq́, concolorq́.
Promisit fore, mentulámq́ mouit.
Pro nutu deus, & rogata fecit.

Priapus.

Simpliciter tibi me quodcunq́ est dicere oportet.
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Pædicare uolo. tu uis decerpere poma.
Quod peto si dederis, quod petis accipies.

Priapus.

Forma Mercurius potest placere.
Forma conspiciendus est Apollo.
Formosus quoq́ pingitur Lyæus.
Formosissimus omnium Cupido est.
Me pulchra fateor carere forma.
Verum mentula luculenta nostra est.
Hanc mauult sibi, quam deos priores,
Si qua est non fatui puella cunni.

Ad priapum.

Nota suburranas inter Theletusa puellas.
Quæ puto de quæstu libera facta suo est.
Cingit inaurata penem tibi sancte corona.
Nunc pathicæ summi numinis instar habent.

Priapus.

Quisquis uenerit huc poeta fiat.
Et uersus mihi dedicet iocosos.
Qui non fecerit, inter eruditos
Ficosissimus ambulet poetas.

Ad priapum.

Lætus Aristagoras natis bene uillicus uuis,
De cæta facta dat tibi poma deus.
At tu sacrati contentus imagine pomi.
Fac ueros fructus ille priape ferat.

Priapus.

Nolite omnia, que loquor, putare
Per lusum mihi, per iocumq́ dici.
Deprehensos ego ter, quaterq́ fures.
Omnes ne dubitetis, irrumabo.

Priapus.

Velle quid hanc dicas, quamuis sim ligneus, hastam,
Oscula dat medio si qua puella mihi.
Augure non opus est in me, mihi credite dixi,
Vtetur ueris usibus hasta rudis.

Priapus.

Cum quendam rigidus deus uideret
Feruenti caput ustulare ferro.
Vt maturæ similis foret puellæ.
Heus inquit tibi dicimus cinæde
Vras te licet usq́ torquearis.
Num tandem prior es puella quæso?
Quam sunt mentula quos habet capillis?

Priapus.

O non candidior puella mauro:
Sed morbosior omnibus cinædis,
Pygmæo breuior gruem timenti,
Vrsis asperior, pilosiorq́,
Medis laxior, indicisq́ bracis
Manes hic licet ut libenter ires.
Nam quamuis uidear satis paratus.
Erucarum opus est decem maniplis.
Fossas inguinis ut teram, dolemq́
Cuni uermiculos scaturientes.

Priapus.

Quicúq́ uestrum, qui uenitis ad cœnã,
Libare nullos sustinet mihi uersus.
Illius uxor, aut amica, riualem
Lasciuiẽdo languidum precor reddat.
Et ipse longam nocte dormiat solus,
Libidinosis incitatus erucis.

Priapus

Quod partem madidam mei uidetis,
Per quam significor priapus esse.
Non ros est, mihi crede, non pruina.
Sed quod sponte sua solet remitti.
Cum mens est pathicæ memor puellæ.

Priapus.

Tu quicunq́ uides circa tentoria nostra

Non nimium casti carmina plena ioci.
Versibus obscœnis offendi desine, non est
Mentula subducti nostra supercilii.

Ad priapum

Quædam, si placet hoc tibi priape,
Ficosissima me puella ludit.
Et nec dat mihi, nec negat daturam.
Causas inuenit usq; differendi
Quæ si contigent fruenda nobis.
Totam compatibus priape nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Priapus.

Quid hoc negotii est? qua ue suspicer causa
Venire in hortum plurimos meũ fures?
Cum quisquis in nos incidit, luat pœnas.
Et usq; curuos excauetur ad lumbos.
Non ficus hic est præferenda uicinæ,
Vuæq;, quales flaua non legit Crete.
Non mala truncis afferenda picenis,
Pirum ue tanto qd' periculo captes.
Magisq; cera luteum noua prunum,
Sorbum ue uentres lubricos moraturum
Præsigne rami nec meiferunt morum,
Nucem ue longam, quam uocant auellanam?
Amygdalum ue flore purpureo fulgens.
Non brassicæ fero gulosior caules,
Betasue, quantas hortus educat nullus.
Crescens ue semp in suum caput porrum.
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam.
Ad ocymum ue, cucumeres ue humi fusos.
Venire credo, sessiles ue lactucas.
Nec ut salaces nocte tollat erucas,
Mentamq; olentem, cum salubribus rutis,
Acres ꝑ cepas, alliumq; furatum.
Quæ cuncta quamuis nostro habemus in septo.
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum uenitis improbissimi fures.
Nimirum apertam conuolatis ad pœnam.
Et uos hoc ipsum, quod minamur, inuitat.

Priapus.

Heus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto.
Iam primum stator hic libidinosus
Alternis, & eundo, & exeundo,
Porta te faciet patentiorem.
Accedent duo, qui latus tuentur,
Pulchre pensilibus peculiati.
Qui cum te male foderint iacentem,
Ad partem ueniet salax asellus,
Nihil deterius mutoniatis.
Quare si sapiet malum cauebit,
Cum tantum sciet esse mentularum.

Ad priapum.

Contentus modico Bacchus solet esse racemo,
Cum capiant alti uix sua musta lacus.
Magnaq; fœcundis cum messibus area desit,
In Cereris crines una corona datur.
Tu quoq; diue minor maiorum exempla secutus,
Quamuis pauca damus, consule poma boni.

Priapus.

E, D, si scribas, temonemq; insuper addas.
Qui medium uult. D. scindere, pictus erit.

Priapus,

Credere quis posset, falcem quoq;, turpe fateri,
De digitis fures surripuisse meis?
Nec mouet amissi tam me iactura, pudorq;.
Quam præbent iustos altera tela metus.
Quæ si perdidero, patria multabor, & olim
Ille tuus ciuis Lampsace, gallus ero.

Priapus.

Derides quoq; fur, & impudicum
Ostendis digitum mihi minanti,
Heheu me miserum quid ista lignum est?
Quæ me terribilem facit uideri.
Mandabo domino tamen salaci.
Vt pro me uelit irrumare fures.

Priapus.

Cornix & caries, uetusq; bustum,
Turba putrida facta seculorum,
Quæ forsan potuisset esse nutrix
Tithoni, Priamiq;. Nestorisq;.
Illis ni pueris anus fuisset.
Ne desit sibi me rogat fututor.
Quid si nunc roget. ut puella fiat?
Si nummos tamen hæc habet, puella est.

Priapus.

Quicunq; fur fefellerit fidem nostram.
Effœminato emineat procul culo.
Quæq; hæc proterua carpserit manu poma
Puella, nullum inueniat fututorem.

Priapus.

Prædictum tibi, ne negare possis.
Si fur ueneris, impudicus ibis.

Ad priapum.

Si quot habes uersus, tot haberes poma priape.
Esses antiquo ditior Alcinoo.

Malus.

Quid frustra quereris colone mecum?
Quod quondam bene fructuosa malus,
Autumnis sterilis duobus adstem.
Non me prægrauat, ut putas, senectus,
Nec sum grandine uerberata dura.
Nec gemmas modo germine exeunteis
Seri frigoris ustulauit aura.
Nec uenti, pluuiæ ue, siccitas ue,
Quod de se quererer, malum dederunt.
Non sturnus mihi, graculus ue raptor,
Aut cornix anus, aut aquosus anser.
Aut coruus nocuit siticulosus.
Sed quod carmina pessimi poetæ
Ramis sustineo laboriosis.

Priapus.

Securi dormite canes, custodiet hortum
Cum sibi dilecta Sirius Erigone.

Priapus

Parum est miser quod hic fixi sedem
A gente terra p caniculam timas,
Siticulosam sustinemus æstatem.
Parum quod imi perfluunt sinus imbres.

Et in capillo sgrandines cadant nostros.
Rigetq; dura barba iuncta crystallo.
Parum quod acta sub laboribus luce,
Parem diebus puigil traho noctem.
Huc adde, quod me terribilem fuste
Manus sine arte rusticæ dolauerunt,
Interq; cunctos ultimum deos numen.
Cucurbitarum ligneus uocor custos,
Accedit istis impudentiæ signum
Libidinoso tenta pyramis neruo.
Ad hanc puella (pœnæ nomen adieci)
Solet uenire cum suo fututore.
Quæ tot figuris, quot Philenis enarrat,
Non inuentis pruriosa discedit.

Priapus.

Quidam mollior anseris medulla
Furatum uenit huc amore pœnæ.
Futetur licet usq;, non uidebo.

Ad priapum.

Hic tibi qui rostro crescentia lilia mersit.
Cædit e tepida uictima porcus hara.
Ne tamen extinctum facias pecus omne Priape.
Horti sit facias ianua clausa tui.

Priapus.

Tu quæ, ne uideas notam uirilem,
Hinc auerteris, ut decet pudicam.
Nimirum, nisi quod times uidere,
Intra uiscera habere concupiscis.

Priapus.

Penelopes primam, Didonis prima sequat,
Et primam cani, syllaba prima Remi.
Quodq; fit ex illis mihi tu deprnsus in horto
Fur dabis, hac pœna culpa luenda tua est.

Priapus.

Rusticus indocte siquid dixisse uidebor.
Da ueniam, libros non lego, poma lego.
Sed rudis hic dominam toties audire legentem
Constituiq; meras edidiciq; notas
Psoleon ille uocat, quod nos psolœnta uocamus,
Id, quod nos culum, coleon ille uocat,
Smerdaleos certe nisi res noo munda uocatur,
Et pædiconum mentula smerdalea est.

Priapus.

Quod nisi tænareo placuisset troica cunno,
Mentula, quod caneret non habuisset opus?
Mentula tantalidæ bene si non nota fuisset.
Nil senior Chryses quod quereret erat.
Hæc eadem socium tenera spoliauit amica.
Quæq; erat Aeacidæ, maluit esse suam.
Ille pelethroniam cecinit miserabile carmen
Ad citharam, cithara tentior ipse sua.
Nobilis hinc nota nempe incipit ilias ira.
Priocipium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est error fallentis Vlyssi.
Si uerum quæras, hanc quoq; mouit amor.
Hic legit radix, de qua flos aureus exit.
Quem cum moly uocat, mentula moly fuit.
Hic legimus Circen, atlantiademq; Calypso
Grandia dulichii iussa tulisse uiri.
Huius & Alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo uix potuisse tegi.
Ad uetulam tamen ille suam pperabat, & omnis
Mens erat in cunno Penelopea tuo.
Quæ sic casta manes, ut iam conuiuia uisas.
Vtq; fututorum sit tua plena domus.
Equibus ut scires quicunq; ualentior esset.
Hæc es ad arrectos uerba locuta pcos.
Nemo meo melius neruum tendebat Vlysse.
Siue illi laterum, seu fuit artis opus.
Qui quoniam piit, modo uos intendite, qualem
Esse uirum sciero, uir sit ut ille meus.
Hac ego Penelope potui tibi lege placere.
Illo sed nondum tempore factus eram.

Priapus.

Cum fici tibi suauitas subibit.
Et iam porrigere huc manum libebit.
Ad me respice fur, & æstimato
Quot pondo tibi mentula est cacanda.

Priapus.

Illa sit mihi pauper inquilinus,
Qui libum dederat; molaq; fusa,
Quare partibus additis in ignem.
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde uenit
Nidorem puto psecuta fumi.
Quæ libamine mentulæ comeso,
Tota nocte mihi litat rigendo.
At uos amplius hoc loco cauete
Quicquam ponere, ne famelicorum
Ad me turba uelit canum uenire.
Nedum me colitis, meumq; numen.
Custodes habeatis irrumatos.

Priapus

Si commissa meæ carpes pomaria curæ.
Dulcia quid doleam pdere, doctus eris.

Ad Priapum

Tutelam pomarii diligens priape facito.
Rubricato furibus minare mutino.

Priapus.

Quod moueat non est, quia si furaberis ipse,
Grandia mala, tibi brachia mala dabo,

Priapus.

Obliquis pathicæ quid me spectatis ocellis?
Non stat inguinibus mentula tenta meis.
Quæ tamen exanimis nunc est, & inutile lignum.
Vtilis hæc, aram si dederitis, erit.
Per medios ibit pueros, mediasq; puellas
Mentula, barbatis non nisi summa petet.

Ad priapum.

Dodona tibi Iuppiter sacrata est.
Iunoni Samos, & Mycenæ dites.
Vndæ Tenaros æquoosq; regi.
Pallas cecropias tuetur arces.
Delphos pythius orbis umbilicum.
Creten Delia, cynthiosq; colles.
Faunus Mænalon, Arcadumq; syluas.
Tutela Rhodos est beata Solis.
Gades Herculis, humidumq; Tybur.
Cyllene celeri deo niuosa,
Tardo gratior æstuosa Lemnos.

Aetnæ Cererem nurus frequentant.
Raptam cizicos ostreosa diuam.
Formosam Venerem Gnidos, paphosq;.

Priapus

Quod sum iam senior, meumq; annis
Cum barba caput albicet capillis.
Deprensos ego perforare possum
Tithonum, priamumq;, Nestoremq;.
Immanem stomachum mihi uideris.
Qui densam facitis subinde sepem.
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc est lędere, dum iuuans, hoc est
Non admittere ad aucupem uolucres.
Obstructa est uia, nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius usq;, & usq;, & usq;
Furum scindere podices solebam.
Per noctes, aliquot, dieśq; cesso.
Pœnas do quoq;, quod satis, superq; est.
In semenq; abeo, salaxq; quondam
Non uitam perago, quis hoc putaret?
Vt lusu citharœdus abstinerem?
At uos ne peream situ senili.
Quæso deinite esse diligentes.
Neue imponite fibulam Priapo.

Priapus.

At dii deteq; dentibus tuis escas
Negent amicas cunnilinge uicine.
Per quem puella fortis ante, nec mēdax.
Et quæ solebat impigro celer passu
Ad nos uenire, nunc misella Landace
Vix posse iuuat ambulare præfossis.

Ad priapum

Priape quod sis fascino grauis tento.
Quod exprobrauit hic tibi suo uersis
Poeta noster, erubescere hoc noli.
Non est poeta farcinosior nostro

Ad priapum.

At nō lōga satis, nō stat bene mētula crassā
Et quam si tractes, crescere posse putes.
Me miserū cupidas fallit mensura puellas.
Nō habet hæc aliud mentula maius eo.
Vtilior Tydeus, q, si quid credis Homero.
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.
Sed potuit dāno nobis nouitasq;. pudorq;
Esse, repellendus sæpius iste mihi.
Dū uiuis, sperare decet, tu rustice custos
Huc ades, & neruis tente priape faue.

Repertū in agro Patauino marmori isculptū extremis q̄busdā priorū quattuor carminū syllabis uetustate corrosis.

Ad priapum.

Villicus ærari quondā, nūc cultor agelli,
Hæc tibi pspectus templa priape dico
Pro q̄bus officiis, si fas est, sancte paciscor
Assiduus custos ruris ut esse uelis,
Improbus ut siqs nostrū uiolarit agellū.
Hunc tu sed tento scis puto qd̄ sequit̄.

M. V. Martialis.

Ad priapum.

Non horti, neq; palmitis beati,
Sed rari nemoris Priape custos,
Ex quo natus es, & potes renasci.
Furaces moneo manu repellas,
Et syluam domini focis reserues.
Si defecerit hæc, & ipse lignum es.

In antiqs libris separatū ab aliis ē Priapū lusibus sub Vergilii nomine legit̄.

Quid hoc noui est? quid ira nūtiat deū?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cum iaceret abditus sinu.
Venus fuit quieta, nec uiriliter
Iners senile penis extulit caput.
Placet priape, qui sub arboris coma
Soles sacrum reuinctus pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino.
At o priape sæpe floribus nouis
Tuas sine arte deligauimus comas.
Abegimusq; uoce sæpe, cum tibi
Senex ue coruus, impiger ue graculus,
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande destitutor inguinum,
Vale priape debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua squalidus situ.
Canis aut tibi sæuus usq; lig̃ñ
Lutosa sus fricabit oblitum latus.
Sceleste penis, o cui meum malum
Licet querare, nec tibi tener puer
Patebit ullus, imminente qui toro
Iuuante uerset arte nobilem natem.
Puella nec iocosa te leui manu
Fouebit, opprimet ue lucidum fœmur,
Bidens amica Romuli senis memor
Paratur, inter atra cuius inguina
Vacuaq; pelle tectus inguinum gelu
Araneosis obsidet fores situs.
Tibi hæc parātur, ut tuum ter antquar es
Voret, pfūnda fossa lubricum caput.
Licebit æger aut languentior cubes,
Tereris usq;. donec ah miser miser
Triplexq; quadruplexq; cōpleas specū
Supbia ista proderit nihil, simul
Vaguim sonante mersens caput luto
Quid est iners? piget ne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel.
Sed ille cum redibit aureus puer.
Simul sonante senseris iter pede.
Repente neruos excitet libidine,
Et inquietus inguina arrigat tumor.
Neq; mutare possit usq; dum mihi
Venus iocosa molle rupit latus.

P. V. Maronis Catalecta.

Priapus.

Vere rosa, autūno pomis, æstate frequētor
Spicis, una mihi ē horrida pestis hyems.
Nā frigus metuo, & ue reor, ne ligneꝰ ignē
Hic Deus ignauis præbeat agricolis.

Priapus

Priapus.

Ego hæc, ego arte fabricata rustica,
Ego arida o viator ecce populus
Agellulum hunc: sinistra tute quem vides.
Herisq; villulam, hortulumq; pauperis
Tuor, malasq; furis arceo manus.
Mihi corolla picta vere ponitur.
Mihi rubens arista sole feruido.
Mihi virente dulcis vua pampino.
Mihi glauca duro cocta oliua frigore.
Meis capella delicata pascuis
In vrbem adulta lacte portat vbera
Meisq; pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit ære dexteram.
Teneraq; matre mugiente vaccula
Deum profundit ante tépla sanguinem.
Proin viator hunc deum vereberis.
Manumq; sursum habebis hoc tibi expedit.
Parata nanq; crux est arte mentula.
Velim pol inquis at pol ecce villicus
Venit, valenti cui reuulsa brachio
Fit ista mentula apta claua dexteræ.

Priapus.

Hunc ego iuuenes locum villulámq; palustrem
Tectam vimine iunceo, cariciisq; maniplis.
Quercus arida rustica conformata securi.
Nutriui, magis, & magis vt beata quotánis.
Huius nã domini colunt me, deumq; salutát
Pauperis tugurij pater, filiusq;
Alter assidua colens diligentia, vt herba
Dumosa: asperaq; a meo sit remota sacello
Alter parua ferens manu semp munere larga.
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitiæ, & tenera virens spica mollis arista
Luteæ violæ mihi, lacteumq; papauer,
Pallentesq; cucurbitæ, & suaue olentia mala.
Vua pampinea rubens educata sub vmbra.
Sanguinea etiam mihi (sed tacebitis) arma
Barbarus hinc hirculus: cornipesq; capella.
Pro qs omnia honoribus, hoc necesse priapo
Præstare, & domini hortulum vineamq; tueri.
Quare hinc o pueri malas abstinete rapinas.
Vicinus prope diues est, negligens priapus.
Inde sumite semita hæc deinde vos feret ipsa.

Ad Tuccam.

De qua Tucca tibi venit: sed sæpe videre
Non licet, occulitur limine clausa viri.
De qua sæpe tibi, non venit adhuc mihi, nãq;
Si occulitur, longe est tangere, qđ nequeas
Venerit aut tibi, sed iam mihi nuntius iste
Quid prodest? illi dicite quæ rediit.

Corinthiorum amator iste verborum.
Iste iste rhetor. nanq; quatenus totus
Thucidides tyrannus atticæ febris
Tau gallicum spinæ ipsemet male illisit
Ista omnia, ista verba miscuit fratri.

Socer beate nec tibi, nec alteri,
Generq; Noctuine putidum caput,
Tuq; nunc puella talis, & tuo
Stupore pressa rus abibit, & mihi.
Vt ille versus vsquequaq; pertinet.
Gener, socerq; perdidistis omnia.

Superbe Noctuine putidum caput,
Datur tibi puella, quã petis, datur.
Datur superbe Noctuine, quã petis
Sed o superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium.
Duas, & hanc, & alteram tibi dari.
Adeste nunc, adeste, ducit vt decet.
Superbus ecce Noctuinus hirneam.

Iacere me quod alta non possim putas,
Vt ante vectari freta.
Nec ferre durum frigus aut æstum pati.
Neq; arma victoris sequi.
Valent, valent mihi ira, & antiquus furor.
Et lingua: qua adsim tibi,
Et prostitutæ turpe contubernium
Sororis, o quid me incitas?

Quid impudice, & improbande Cæsari?
Sed furta dicantur tua.
Et helluato sera patrimonio.
In fratre parsimonia.
Vel acta puero cum viris conuiuia,
Vdæq; per somnum nates.
Et inscio repente clamatum super.
Thalassio Thalassio.
Quid palluisti fœmina? an ioci dolent?
An facta cognoscis tua?
Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos fascinos.
Nec deinde mouere lumbos in rotulam
Prensis videbo altaribus.
Flauum prope Tyberim & olentis nauticum
Vocare, vbi adpulsæ rates
Stant in vadis cœno retentæ sordido.
Macraq; luctantes aqua.
Neq; in culinam. & vncta compitalia
Dapesq; dulcis sordidas.
Quibus repletus vt salinosis aquis
Obesam ad vxorem redis.
Et æstuantis dote soluis pantices.
Osusq; lambis sauij.
Nunc læde, nunc lacesse, siquicquam vales.
Et nomen adscribo tuum.
Cinæde luci. ante reliquerunt opes?
Fameq; gemini crepant?
Videbo habentem præter ignauos nihil
Fratres. & iratum iouem,
Scissumq; ventrem, & hirneosi patrui
Pedes inedia turgidos.

Ad Venerem.

Si mihi susceptum fuerit percurrere munus
O Paphon o sedes quæ colis idalias.
Troius æneas romana per opida digno
Iam tandem vt tecum carmine vectus eat,
Non ego thure mó aut picta tua tépla tabella
Ornabo, & puris serta feram manibus.
Corniger hos aries humilis, & maxima taurus
Victima sacratos tinget honore focos.
Marmoreusq; tibi, aut digne coloribus ales
In morem picta stabit amor pharetra.
Adsis o Cytherea, tuus te Cæsar olympo.
Et surrentini littoris ora vocat.

Ite hinc, inanes rhetorum manipli,
Inflata rore non achaico verba,
Et vos seliquati: Atquinq; Varoq;.
Scolasticorum verio madens pingui.
Ite hinc inanis cymbalon iuuentutis.
Tuq; o meorum cura sexte curarum
Vale Sabine iam valete formosi.
Nos ad beatos vela mittimus portus
Magni petentes docta dicta Scironis.
Vitamq; ab omni vendicabimus cura.
Ite hinc camœnæ vos quoq; iam ite sæuæ
Dulces camœnæ (nam fatebimur verum)
Dulces fuistis, & tamen meas chartas
Reuisitote, sed pudenter, & raro.

De Sabino

Sabinus ille, quem videtis hospites.
Ait fuisse mulio celerrimus.
Neq; vllius volantis impetum cisi
Nequisse præterire: siue Mantuam
Opus foret volare, siue Brixiam.
Neq; hoc negat Tryphonis æmuli domus.
Negare nobilem insulam ve cæruli.
Vbi iste post Sabinus ante quintio
Bidente dicit attondisse forcipe
Comata colla, ne quis sordidum iugo
Premente, dura vulnus ederet iuba.
Cremona frigida, & lutosa Gallia.
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait Sabinus, vitima ex origine,
Tua stetisse dicit in voragine.
Tua in palude deposuisse sarcinas.
Et inde tot per orbitosa millia
Iugum tulisse: læua, siue dextera.
Strigere mulas siue vtrasq; cœperat.
Neq; vlla vota semitalibus Deis
Sibi esse facta, propter hoc nouissimum

paterna

Paterna lora, proximúq; pectinem.)
Sed hæc prius fuere: nunc eburnea
Sedetq; sede, seq; dedicat tibi
Gemelle castor, & Gemelle Castoris.

Ad Varium

Si licet hoc, sine fraude Vari dulcissime dicam.
Dispeream, nisi me perdidit iste potus.
Sin autem præcepta vetant me dicere, sane
Non dicam, sed me perdidit iste puer.

Ad Villam Scironis.

Villula, quæ Scironis eras, & pauper agelle,
Verum illi domino quoq; diuitiæ.
Me tibi: & hunc vna mecū, quos semper amaui.
Siquid de patria tristius audiero.
Commēdo, imprimisq; patrem, tu nunc eris illi,
Mantua qđ fuerat: quodq; Cremona prius.
Pauca mihi niueo, sed non incognita Phœbo,
Pauca mihi docta dicite Pegasides.
Victor adest magni magnū decus ecce triūphi,
Victor qua terræ, quaq; patent maria.
Horrida barbaricæ portans insignia pugnæ,
Magnus vt Aeneidos, vtq; superbus Eryx.
Nec minus idcirco nostros expromere cantus
Maximus, & sanctos dignus inire choros.
Hoc itaq; insuetis iactor magis optime curis.
Quid de te possim scribere, quid de tibi.
Nanq; (fatebor enim) quæ maxima deterrendi
Debuit, hortandi maximus caussa fuit.
Pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,
Carmina cum lingua, tum sale cecropio.
Carmina, quæ Pylium secla accepta futuris,
Carmina, quæ Pylium vincere digna senem.
Certatim ornabant omnes Heroida diuæ.
Certatim diuæ munere quæq; suo.
Felicem ante alias tanto scriptore puellam.
Alter non famam dixerit ipse prior.
Non illa Hesperidum nl munere capta fuisset.
Quæ volucrem cursu vicerat Hippomanem.
Candido Cycneo non edita Tyndaris ouo.
Non supero fulgens Cassiopea polo.
Non defensa diu multū certamine equorum.
Optabant gramdæ qđ sibi quenq; manus
Sæpe animā generi pro qua pater impius hausi,
Sæpe rubro similis sanguine fluxit humus.
Regia non Semele: non inachis acrisione,
Immiti expectant fulmine, & imbre iouem
Cuius & ob raptum pulsi liquere penates
Tarquini patrios filius, atq; pater.
Illo, quo p̄mum dominatus Roma superbos
Mutauit placidis tempore consulibus.
Multa neq; immeritis donauit p̄mia alumnis,
Præmia Messalis maxima Publicolis
Nā quid ego si menti memorē studia ista laboris?
Horrida quid duræ tempora militiæ?
Castra foro solitos vbi præponere castra?
Tam procul hoc tāns to procul hac patria?
Immoderata pati nūc frigora: nunc q; calores?
Sternere vel dura posse super silice?
Sæpe trucem aduerso plabi sydere pontum?
Sæpe audēdo mare vincere sæpe hyemem?
Sæpe etiam densos immittere corpus i hosteis?
Communem belli nec timuisse Deum?
Nunc celereis Afros periuriæ in millia gentis?
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem?
Vincere & oceani finibus vlterius?
Non nostrum est inquā tantas attingere laudes.
Quin, ausim hoc etiam dicere vix hominū est.
Ipsa hæc ipsa ferent rerum monimenta per orbem.
Ipsa sibi egregium facta decus parient.
Nos ea: quæ tecum finxerunt carmina diui
Cynthius, & Musæ, Bacchus, & Aegisle.
Si laudes aspirem humilis, sed adire camoenas,
Si patrio graios carmine adire soles.
Possumus, optatis plus iam procedimus ipsis,
Hoc satis est pingui vel nihi eum populo.
Aspice quem video subnixum gloria regno.
Altius & cœli sedibus extulerat.
Terrarum hic bello magnum concusserat orbem.
Hic reges asiæ fre gerat, & populos.
Hic graue seruitium tibi iā tibi Roma ferebat.
Cætera nanq; viri cuspide conciderant.
Cum subito in medio rei iā certamine præceps,
Corruit e patria pulsus in exilium.
Tale Deæ numen, talime talia nutu
Fallax momento temporis hora dedit.

Quocunq; ire ferunt variæ nos tempora vitæ
Tangere quas terras, q̄sq; videre homines.
Dispeream si te fuerit mihi carior alter.
Alter enim quis te dulcior esse potest?
Cui venus ante alios, diuiti diuumq; sorores.
Cuncta neq; indigno Musa dedere bona.
Cūcta, qđ gaudet phœb⁹, chor⁹ ipseq; phœbi.
Doctior o quis te Musa fuisse potest?
O quis te in terris loquitur iucundior vno?
Clio nā certe candida non loquitur.
Quare illud satis est, si te permittis amari.
Non contra vt sit amor mutuus inde mihi.

Quis deus Octaui te nobis abstulit? an quæ
Dicunt, ab nimio pocula dura mero?
Vobis si culpa est bilis: sua quenq; sequuntur
Fata, quid immeriti crimen habēt cyathi?
Scripta quidē tua nos multū mirabimur, & te
Raptum, & romanam flebimus historiam.
Sed tu nullus eris peruersi dicite manes,
Nunc superesse patri quod fuit inuidia.

Q. Catuli.

Aufugit mi anim⁹ credo (vt solet) ad Theotimū
Deuenit, sic est, perfugium illud habet.
Quid si nō interdixem ne illum fugitiuum
Mitteret ad se intro: sed magis eiceret?
Ibimus quæsitum verum, ne ipsi teneamur.
Formido quid ago? da Venus consilium.

Eiusdem.

Constiteram exorientem aurorā forte salutans
Cum subito a læua Roscius exoritur.
Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra.
Mortalis visus pulchrior esse deo.

Valerij Aeditui.

Quid faculā p̄fers philerox quā nil op⁹ nobis.
Ibimus, hæc lucet pectore flamma satis.
Illam nam potis est vis sæua extinguere venti.
Aut imber cœlo candidus præcipitans.
At cōtra hunc ignem veneris, nisi si venus ipsa,
Nulla est quæ possit vis alia opprimere.

Eiusdem.

Dicere cum conor curam tibi pamphila cordis
Quid mi abs te quæram verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor.
Si tacitus subidus duplo ideo pereo.

Portij Licinij.

Custodes ouium videre [illegible] ignem.
Quæritis ignē? ite huc [illegible] ignis homo est
Si digito attigero, incendā syluā simul omnem.
Omne pecus flamma est, omnia quæ video.

Caij Cæsaris.

Thrax puer astricto glacie dum ludit in hebro.
Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumq; imæ p̄tes rapid, ot raherent ab amne.
Abscidit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentū mater dum cōderet vrna.
Hoc peperi flammis: cætera dixit aquis.

P. Ouidij Nasonis.

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus.
Sanguinis & torrens egrederetur ait.
Testetur cūctis me non violasse pudorem.
Ante virum sanguis, spiritus ante deos.

Incerti Authoris de Narciso.

Hic est ille, suis nimium qui credidit vndis.
Narcissus vero dignus amore puer.
Cernis ab irriguo repente m gramine ripam.
Vt per quas periit crescere possit aquas.

Actij Synceri.

Tractabat clypeum Marti placitura Dione
Sæuaq; fœmineas sumpserat arma manus,
Pone dea exclamat petulanti voce priapus.
Pone: decent istas hæc magis arma manus.

Eiusdem.

Dum venus armatū cōplectitur obuia Martē.
Distrinxit teneram fibula adunca manum.
Sensit: & ante Iouem ridens ait æmula pallas.
Bella

Bella iterum gessit cum Diomede foror.

¶ Sequuntur varia P. Vergilij Maronis operumq; eius pconia librorũ argumẽta, eiusq; epitaphia

Alcinoi versus

De numero vatum si quis seponat Homerum
Proximus a primo, tum Maro primus erit.
Et si post primum Maro seponatur, Homerum.
Longe erit a primo quisq; secundus erit.

Cornelij Galli versus.

Temporibus lætis tristamur maxime Cæsar.
Hoc vno amisso, quem gemo, Vergilium.
Sed vetuit relegi, si tu patiere libellos.
In quibus æneam condidit ore sacro:
Roma rogat, precibusq; etiam tibi supplicat orbis.
Ne pereat flammis tot monumenta ducum.
Atq; iterum Troiam, sed maior flãma cremabit.
Fac laudes italum, fac tua facta legi.
Aeneamq; suum fac maior nuncius ornet.
Plus satis possunt Cæsaris ora dei.

¶ Exclamatio Cæsaris Augusti in iussos Vergilij pæneidos, eo q̄ ipfectã dereliqueret, cõbustiõe.

Ergo ne, supremis potuit vox improba ṽbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes!
Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis?
Ah scelus indignum, soluetur litera dives?
Et poterunt spectare oculi, nec parcet honori
Flamma suo, ductumq; operi seruabit amorem?
Pulcher apollo veta, musæ prohibete Latinæ.
Liber, & alma Ceres succurrite, vester in armis
Miles erat, vester docilis per rura colonis.
Nam docuit quid ver ageret, quid cogeret æstas.
Quid pater autũnus qd bruma nouissima ferret
Arbuta formauit, sociauit vitibus vlmos.
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit: vt pereant, ipsum si dicere fas est.
Sed legum est seruanda fides, suprema volũtas
Quod mandat, fieriq; iubet, parere necesse est.
Frãgatur potius legum veneranda potestas.
Quam tot congestos, noctesq; diesq; labores
Hauserit vna dies, supremaq; verba parentis
Amittant vigilasse suum, si forte superbus
Errauit in morte dolor, si lingua locuta est.
Nescio quid titubante animo, non sponte: s; altis
Expugnata malis. odio langoris iniqui.
Si mens cæca fuit, iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere voces.
Ardebit miseræ post funera vulnus elissæ.
Tam sacrum soluetur opus: tot bella, tot enses.
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc pierides date flumina cuncta sorores.
Expirent ignes viuat Maro doctus vbiq;.
Ingratusq; sui, studiorumq; inuidus orbi.
Et factus post fata nocens: quod iusserat ille.
Sit vetuisse meum: satis est post tempora vitæ
Immo sit æternum, tota resonante camœna
Carmen, & in populo diui sub numine nomen.
Laudetur, vigeat, placeat relegatur, ametur.

Ouidius in laudem Aeneidos

Et profugum Aeneam altæ primordia Romæ.
Quo nullum Latio clarius extat opus.

Propertius in laudem eiusdem

Cedite Romani scriptores, cedite Graij.
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Idem de Bucolico carmine

Tu canis vmbrosi subter pineta galesi.
Tirsin, & attritis Daphnin arundinibus.
Vt decem possint corrumpere mala puellam.
Missus & impressis hœdus ab vberibus.

Versus Ouidij.

Qualis Bucolicis, quantus tellure domanda.
Vitibus, arboribusq;, apibus, pecorisq;, satisq;
Aeneadum fuerit vates, tetrasticha dicent
Contineat quæ quisq; liber, lege carmina nr̃a.

Summa Vergilianæ narrationis in tribus operibus Bucolicis, Georgicis: & Aeneide.

Pastorum musam vario certamine promit.
Ruris item dociles culturam carmine monstrat
Arboribus vitem, prolemq; quoq; iungit oliuæ.
Pastorumq; palem, & curam tradit equorum.
Tunc apium seriem, mellisq;, & dona recenset.
Aeneas profugus intrat Carthaginis oras.
Conuiuio series narratur Troica belli.
Tertius hinc complet narrantis in ordine gesta.
Ardet amans dido fatum sortita supremum
Quintus habet tumuli varia spectacula patris.
Infernos Ditis manes, & regna pererrat.
Aeneas Latium italas simul intrat in oras.
Intonat hic bellum tecti de culmine turnus.
Eurialum & Nisum deflet cum matre iuuentus.
Pallanti exitium, & Turno deluditur orsus.
Euandrusq; sibi multorum funera deflet.
Mezenti interitus canitur post funera Lausi.
Victa dehinc fertur telo mactata Camilla.
Turni vita fugit infernas mœsta sub vmbras

Argumẽta duodecim librorũ æneidos.

Primi.

Aeolus immittit ventos iunone precante.
Troianosq; vagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido.
Cui venus Ascanij sub imagine mittit amorez.

Secundi.

Cogitur æneas bellorum exponere caussas.
Graiorumq; dolos, & equuz. fraudẽq; Sinonis.
Excisamq; vrbem, priamiq; miserrima fata.
Vtq; patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit clara atq; amiserit ipse Creusam.

Tertij.

Post casum Troiæ fabricata classe superstes.
Velabat æneas vrbemq; in litore Thraces.
Mox aliam pulsus Cretæis condidit oris.
Cedit & hic, Helenũq; videt, præceptaq; sumit.
Aeternum Cyclopa fugit, sepelitq; parentem.

Quarti.

Ardet amore grauiter dido, soror anna suadet
Nubere, iunguntur nymbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem cõtemptus Hiarbas.
Nauigat æneas iussa iouis, illa dolore
Impatiens: & amore necez sibi protinus infert.

Quinti.

In Sicul'as iterum terras fortuna reducit
Aeneam, tumuloq; patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere Troadas iris.
Troes ibi linquunt socios, venus anxia placat
Neptunũ, somnus palinurum mergit in vndas

Sexti.

Sacratam phœbo Cumarum fertur in vrbem.
Rex phrygius, vatisq; petit responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit: post hæc addit infera regna.
Congressusq; patri discit genus omne suoruz.
Quoq; modo casus valeat superare futuros.

Septimi.

Tandem deueniunt Laurentia troes in arua
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte satam iuno furiam vocat illa Latinos
Inter & Aeneadas bellum serit, & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit itala turmas.

Octaui.

Vidit vt æneas summis vi bella parari.
Arcadas: Euandrũq; senem sibi fœdere iungit
Dardanioq; duci sociatur Hetruria tota.
Arma petit genetrix, dat Mulciber, in clypeoq;
Res pingit Latias, & fortia fata nepotum.

Noni.

Ad turnum propere iunoni mittitur iris.
Infestatq; animos, acies mouet ille, phrygasq;
Obsidet, inde igni eursa est ænea classis,
Euryalus, Nisusq; ruunt nece præ[...]
Vi turnus potitur castris, impellit[...]

Decimi.

Placat & vxorem dictis & iurgia natæ
Iupiter: auxilijs instructus Troius h[...]
Aduenit, occurrũt populi: atq; in litto[...]
Occidit a Turno pallas, victorq; supe[...]
Aeneæ eripitur, Mezentius interit ace[...]

Vndecimi.

Occisis proprium pars vtraq; reddit ho[...]
Supplicibus Calydõe satus negat arm[...]
Cum Turno alterno iurgat certamine
Aeneas equitem præmittit. & obuia vi[...]
Excipit, extincta Rutuli dant terga Cam[...]

Duodecimi.

Troianis: Rutulisq; placet coniungere fœ[...]
Id Rutuli rumpũt, nato Venus alma m[...]
Dictamo, Rutuliq; cuntu periuris victi
Cogitur æneæ Daum concurrere proles
Pallantæa necem misero dant cingula tu[...]

¶ Epitaphia Vergilij, quæ fecerunt diuers[...] nominis præponentur hoc ordine.

Palladius.

Conditus hic ego sum, cuius modo ru[...]
Per syluas, per rus veni ad arma vi[...]

Asclepiades.

Tityron: ac segetes cecini Maro, & arma v[...]
Mantua me genuit, parthenope sepelit

Eusebius,

Vergilius iacet hic. qui pascua versibus
Et ruris cultus & phrygis arma viri.

Pompeianus.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prælis vi[...]
In calabris moriens hac requiescit hum[...]

Maximianus.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canet
Nomen inextinctum Vergilius meruit.

Vitalis.

Mantua mi patria est, nomẽ Maro carmi[...]
Ruraq; cum bellis, parthenope tumulu[...]

Basilius,

Qui syluas, & agros, qui prælis versibus o[...]
Mole sub hac situs est ecce poeta Maro.

Asmodianus.

Pastores vates ego sum, cui rura, ducesq;
Carmina sunt, hic me pressit acci ba qui[...]

Vomanus.

A syluis ad agros, ab agris ad prœlia veni
Musa Maronis adest nobilis ingenio.

Eugenius.

Bucolica expressi, & ruris præcepta colend[...]
Mox cecini pugnas, mortuus hic habit[...]

Iulianus.

Hic data Vergilio requies, qui carmine r[...]
Et pana, & segetes, & fera bella canit.

Hilasius.

Pastores cecini, docui qui cultus in agris.
Prælia descripsi, contegor hoc tumulo.

Vlud de pictura eius.

Subduxit morti viuax pictura Maronem.
Et quem parca tulit, reddit imago virum


Aliud.

Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ.
Qem præsentat bonos carminis, & plur[...]
ergilius, aut alius eius nom[...]
Mantua me genuit: Calabri rapuere, ten[...]
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.
Pastor, arator, eques, paui, colui, superau[...]
Capras, rus, hostes, frõde, ligone, man[...]

Quidam de ipsius De[...]

Tristia fata tui dum fles in Daphnide flo[...]
Docte Maro, fratrem dijs immortalibus[...]

FINIS



in Seruianis Commentariis pluribus in locis graeci citentur authores, ne in illis legendis quis titubet, pauca pro illorum intelligentia annotare ... etium duximus.

... igitur apud graecos sunt quattuor & viginti. α.β.γ.δ.ε.ζ.η.θ.ι.κ.λ.μ.ν.ξ.ο.π.ρ.σ.τ.υ.φ.χ.ψ.ω. Sunt etiam alii characteres, quibus cum ... iccirco eos annotare praetermisimus, hae autem literae in duas diuiduntur partes. εἰς φωνήεντα καὶ εἰς σύμφωνα, hoc est in Vocales & co... Sunt autem Vocales septem. α.ε.η.ι.ο.υ.ω. Consonantes vero decem & septem. β.γ.δ.ζ.θ.κ.λ.μ.ν.ξ.π.ρ.σ.τ.φ.χ.ψ. Vocales autem diuidu... εἰς μακρὰ εἰς βραχέα καὶ εἰς δίχρονα. hoc est in longas, breues & ancipites, Vocales autem natura longae sunt duae. η.&.ω. Natura breue... ε.& ὀμικρόν. Ancipites tres. α.ι.υ. ex Vocalibus Diphthongi propriae sex sunt, αι αυ ει.ευ.οι.ου. Abusiuae vero quinque. ᾳ ῃ ῳ ηυ.υι. Caeter... monebo quoties in latinum sermonem vertenda est aliqua dictio in qua sit η. semper in e longum commutanda est, vt ὁ Δημοσθένης τοῦ ... hic demosthenes huius demosthenis. ἡ γραμματική τῆς γραμματικῆς haec grammatice huius grammatices. At si quis cupit haec ada... gnoscere Constantini seu Vrbani erotimata perlegat.

...etis Vergilii Poetae eminentissimi bonarum literarum Candidati, opera omnia nuper summis vigiliis, ...oque labore recognita, emaculata: expolita, multis que graecorum authoritatibus, quae in seruianis comēta deerant locupletata: Adiectis etiā lusibus illis: qui vulgo Priapeae nomine appellantur a Seruio viris que aliis eminentissimis Iuuentuti poetae attributis. Impressa vero Venetiis Sūma diligentia per Gregorium de Gregoriis. Impensis vero. D. Lucae Antonii de giunta Anno a Natiuitate Seruatoris nostri. M.D.XXII. Die XX. Mensis Nouembris.

Registrum huius operis

a b c d e f g h i k l m n o A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD EE FF aaa bbb ccc ddd eee fff
Omnes sunt quaterni preter EE FF eee fff qui sunt terni.